



SPVRII
G A L E N O
 ASCRIPTI LIBRI,

QVI VARIAM ARTIS MEDICAE
 farragineim ex varijs auctoribus excerptam
 continentes, optimo, quo fieri potuit,
 ordine sunt dispositi, & in vnum
 corpus redacti.

OCTAVA HAC NOSTRA EDITIONE
 non parum ornamenti adepti, locis pluribus quam
 in alijs superioribus editionibus, ad græcorum
 librorum fidem emendatis.

Locis etiam Hippocratis in margine notatis.

Librorum seriem sequenti pagina habes.

T A N o b .



VENETIIS APVD IVNTAS, M D C IX.



S P V R I I L I B R I.

De Historia philosophica liber, à Julio Martiano Rota latinitate donatus.	fol. 2
Prognostica de infirmorū decubitu ex mathematica scientia, à IACOBO MARISCO-	
TO Medico Florentino translatus, & quamplurimis locis ad antiquorum græcorum codi-	
cum fidem emendatus.	12
De partibus artis medicinæ liber ex veteri Nicolai Regini Calabri translatione restitutus.	16
De Dynamidijs liber sine principio.	16
Alter liber de Dynamidijs, magna ex parte ex Aetio desumptus, plurimis in locis correctus.	19
De Spermate liber.	36
De Incantatione, Adiuratione, & Suspēsione liber, Galeno falso adscriptus, grècè non habet.	41
De Natura, & ordine cuiuslibet corporis.	42
De Anatomia parua.	43
De Anatomia viuorum.	44
De Anatomia oculorum, Nicolao Regino Calabro interprete.	58
De compagine membrorum, siue de natura humana.	59
De Virtutibus nostrum corpus dispensantibus, ex Galeni libris.	61
De Voce & anhelitu.	62
De Utileitate respirationis,	63
Compendium pulsuum.	64
De Motibus manifestis, & obscuribus liber, quem Ioannitus de græca lingua in arabicam trāstu-	
lit, Marcus autem Toletanus de arabica in latinam.	67
De Dissolutione continua.	72
De Aquis, ex Galeno, & alijs præstantissimis medicis, capita sex Oribasij, Augustino Gadaldino	
interprete. Hic libellus in prioribus editionibus De bonitate aquæ inscriptus, mutilus lege-	
batur,	76
De Vinis ex Galeno, caput sextum libri quinti Collectionum medicinalium Oribasij ad Iulia-	
nū Imperatorem, Augustino Gadaldino interprete.	79
Præfagium experientia confirmatum, Georgio Valla interprete.	81
De Vrinæ significatione ex Hippocrate, eodem Georgio interprete.	83
De Simplicibus medicamentis ad Paternianum.	84
De Virtute Centaureæ, Nicolao Regino Calabro interprete.	96
De Catharticis.	99
De Gynæcis, idest passionibus mulierum, Nicolao Regino Calabro interprete.	100
Liber Secretorum ad Monteum.	101
De Medicinis expertis liber, cui titulus est, Medicinalis experimentatio.	108
De Melancholia ex Galeno, Rufo, & Posidonio caput nonū libri sexti Aetij, Iul. Martiano Ro-	
ta interprete.	114
De Cura Icteri liber.	115
De Cura lapidis liber.	116
Quæsita in Hippocratem.	118
De HV M O R I B V S Augustino Gadaldino interprete.	
De PLANTIS translatus Marsilię per Dominum Grumerum Iudicem de Placentia, & per	
magistrum Abraham medicum de Arabico in latinum, & est De medicinis occultis quas no-	
luit propalare, nec consignare in libris suis alijs, quæ sunt experimenta, & probata.	
De Clysteribus, & colica libellus iterato nunc in lucem datus.	

Siquid superesse videbitur in antiquis translationibus, quod in hisce nouis non reperiatur: id titu-
lorum diversitate contingere scias, non quia prætermisso aliquid sit. Nihil est enim in uetus illis co-
dicibus, quod in hisce nouis non continetur: nam aut idem sunt, verum alio nomine insigniti: aut com-
pædia: aut partes: aut fragmenta. Exempla aliquorum subiicitur. Opus, quod illic Myamir appellatur,
idem est, ac id, quod hic De compositione medicamentorum secundum loca inscribitur. Libri item de iu-
uamentis membrorum, compendium sunt librorum De usu partium. Libellus de præfigitura, finis est li-
bri De constitutione medicinae. Et qui de commoditatibus theriaca inscriptionem habet, fragmentum
est libri De theriaca ad Pisonem.



GALENI LIBER DE HISTORIA PHILOSOPHICA

B

Iulio Martiano Rota interprete

Hunc librum Galeni esse cum satis non constet, videndum num fortasse sit Aetij. Theodoretus enim lib. 2. & 4. de curatione Græcarum affectionum scribit Plutarchum, & Aetium Collectanea de placitis Philosophorum edidisse; Porphyrium vero non modo philosophicam eiusce generis confecisse historiam, uerum etiam opinionibus vitam ac mores philosophorum adiunxit. Quare cum Plutarchi liber habeatur, hic aut Porphyrio (quem forte Laertius est imitatus) tribui non queat, fit, ut Actio potius, quam vlli alteri adscribendus videat. Nisi forte quis putet, eo quod hic & apud Plutarchum eadem sepe verba legantur, ex utroque fuisse congregatum.

Qualis Philosophia fuerit ante Socratem: Quas ipse partes addiderit: ac de proposito Libri.



Cum illi, qui se primum ad philosophiam contulerunt, de rerum natura solummodo disceptarent, atque in ea finem studiorum suorum posuissent, multis post seculis natus Socrates, illorum sententiam improbavit, sicut non posse dicens, ut ab homines ea perciperentur, quæ tam remota à nostro sensu forent. Existimabat. n. summè difficultatis else tam abditarum rerum certam notitiam consequi; plusque utilitatis homines habituros, si scrutarentur, quo modo quis feliciter vitam traduceret, & se, quam plurimis bonis fruens, à malis omnibus tueretur. Hoc itaq; cum utilius fore Socrates iudicasset, dissertationes de natura rerum, quod parum humanæ vitae conducere uiderentur, omisit: & eam disciplinam excogitauit, quæ quid bonum, quid malum: quid turpe, quid honestum: quidq; honore, aut vituperatione dignum sit, inuestigat, arbitratus illos, qui hæc antea secum meditati fuissent, ab oībus vitae incommodis se facile explicaturos: atq; philosophiæ pars altera hinc addita est, quæ de moribus agit, & illos instruit, qui vitam optime degere uelint. His autem ita mente præsumptis, idē quo q; cum aīaduerteret, opus sibi fore, ut quos inuentorum suorū participes esse vellet, eos et assentiri faceret: idq; solum fieri posse, si q; bus cū sermonē instituisset, vere quæ diceret affirmare videatur: rerū oīum magistram differendi facultatē adiuuenit: cuius argumentationibus ducti a malis discedimus, & ea amplectimur, quæ prodeſſe ſemper, obesse nunquam ſuapte natura queunt. Sic itaq; Socratis opera, philosophia, quæ ad ipsum usq; naturalium rerum cognitionem nō excepferat, tres partes obtinuit. Hec præfari nos oportebat, ut calle quodam ad philosophiæ historiam veniremus: de qua nobis recensere hoc in libro propositum est, non quia noui aliquid ipsi apportemus: uerum ut quæ ab antiquis de primo eius genere sparsim & fuse dicta sunt, in unum colligamus, breuiterq; & dilucide ea explicemus: ne, si prius hæc nostra legerint, qui descendit studio tenentur, expositoribus egeant, neve per se ipsos unaquaq; in re, quid ab antiquis philosophis pronunciatum sit aperte non intelligent. Commodius aut qd dicimus, efficiemus, si & enunciatorum comprobationes, & uerborum phaleras omittemus: nam neq; oītationis gratia scribere hæc aggressi sumus, sed ut ijs cōmodi effemus, qui sibi utile quippiā ex philosophia sumere decreuerint: quiq; non solum abolla & pallio indutos, philosophos arbitrantur, sed et eadē quæ ceteri ueste utentes, mō animū philosopho dignum habere studeat. Perspicue uero nunc omnia, quæ à doctoribus meis accepi, quæq; ipse legendo consecutus sum, in unum redigere curabimus: ut ex his intelligat uniusquisque, unde primum philosophia ad Græcos peruererit, quibusq; auctoribus in Græciam transierit: ac demum qui ipsi animum adjacentes ceteris preſtare nisi sunt.

De successione philosophorum.

Constat igitur inter q; plurimos Thaletem Milesium, philosophiam primū apud Iones inuixisse: unde & eius etatis sapientiā oīs Ionicam appellantur. Huius familiaris Anaximāder extitit: qui & ipse eodē pacto philosophatus est, Anaximenēq; doctrinæ suæ successorē, & emulū *spurj.*

A& 2 reli-

L I B E R

reliquit. Anaximenes Anaxagorā docuit, q Miletō relicta, migravit Athenas, vbi Athenensem Archelaū ad studia philosophiæ concitauit. Archelaū Socrates audiuit, is qui & etatis suę, & post se' genitis hoībus, in causa fuit, vt sincero aīo philosophiæ incüberent: oēs. n. fermè quotquot ad iplum accedebant, philosophiæ desiderio inflāmatos dimittebat. Quāuis at multi fuerint appellati Socrati, in præsentia tñ eorum tñ mentionē faciam, q disciplinæ successores ab eo electi sūt. Horum vñus Plato fuit, qui cæteris oībus plurimum excelluit, & vt ali quis diceret, solus inuidia superata, Socrati nomen obtinuit. Clarus itaq; apud oēs cū esset, veteris Academæ princeps ex titit. Hunc Speusippus fecutus est, q in eiusdem quidem inuentis mansit, sed in articulare morbū incidens nō multo postea naturæ cōcessit, Xenocrate relicto, q Platonis auunculi dogmata explicaret. Xenocrati Polemo successit, qui & ipse a Platonis disciplina non deuiauit, Cratēq; instituit, in quo vetus academia finē habuit: nā Archeslaus, qui Cratē audiuit, mediā Academiam inuexit, & ἦρχεν hoc est sententiæ suæ reticentia, excogitauit. Hunc fecutus Carneades, academiæ nouæ fundamenta iecit, Clitomachum q; dogmatis sui sectatorē reliquit. Fuerunt præterea duæ aliæ academiæ, quarum priori Philo, posteriori Antiochus p̄fuit. E reliquis autē Socratis, quos plures admodum fuisse constat, multis parem, inferiorē nemini Antisthenē arbitror: is. n. au steram vitā agēs, philosophiam primus in opus deduxit. Antisthenem Diogenes sectatus est, & illi similis uitæ instituto fuit. Hunc Zeno Citieus audiuit, qui & Stoicam sectā inuenit, & Cleanthes docuit. Chrysippi magister Cleanthes fuit: ambo q; Z. nonis doctrinā & vitæ institutū tenuere. Chrysippus Diogenem Babilonium discipulum habuit: Diogenes Antipatrum instruxit: Antipater Posidoniu docuit. Rursus quoq; Aristippus vñus ex Socratis auditoribus fuit, a quo Cyrenaicus cum esset, Cyrenaicā sectā accepimus. Sed nec Megarensiū dialecticā/hoc. n. nomen, ea secta habuit) iure quispiam despiciet: huius auctor Euclides Megarensis fuit, qui Stilponē docuit, & ingenij subtilitate nemini eorū, qui Socratem audierunt, inferior fuit. Stilponem Menedemus Erytriensis audiuit, à quo Erytriaca philosophia cognomen accepit. Phædonem Eliēsem nemo non nouit ut inter Socratis e primis vñus habitus sit. Hunc Anaxarchus Abderita sectatus est, qui Pyrrhonē docuit, Scepticæ philosophiæ auctorē. Aristoteles aut̄ diu qdē Platonis inuentis adhæsir, sed tandem seipsum nouo dogmati addixit, & Theophrastū scolæ & disciplinæ h̄eredē si bi elegit. Theophrastus Stratonem docuit, qui suo quodā iure, de rerū natura disputauit: nā Epicurus philosophiæ, ut quidā opinantur, eruditione contempta, disciplinæ genus quodam inuexit quod ab accuratis philosophis nō est approbatū. Epicurum uero Metrodorus audiuit & Hemachus, q Epicuro successit. Porrò philosophorū genera duo suprema: fuerunt, Ionicū & Italicum. Sed de Ionico multa satis ī diximus, Itali ci vero eius qdē, q Crotone & Tarento viguit, princeps extitit Pythagoras: eius aut̄, q Elææ floruit, Xenophanes Colophonius, quē pleriq; dubitādo potius, q aliquid statuēdo, philosophatū ferūt. Xenophanis placitis delectati sūt Melissus & Parmenides, quē abditarū rerū notitiā adeptū sic tradūt, ut Zenonē Elæatā cōtētiosā philosophiā. Zenonis auditor Leucippus Abderita fuit, q primus atomos excogitauit: q dogma susceptū à Democrito, & stabilitū est. Democriti Protagoras discipulus fuit, q primus oratoriā facultatē philosophiæ coniunxit.

De cognominibus Philosophiæ.

Philosophia uero cognomen adepta est, partim ab auctoribus, ut Pythagorica, & Epicurea: partim ab eorum patria, ut Pretriaca, Megarica: partim à fine, vt Pudæmoniaca, siqdē Anaxarchus philosophiæ, quæ suo r̄ p̄e uiguit, finem esse felicitatem dicebat: partim ab actionibus, ut Peripatetica. Aristoteles nanq; deambulādo cum sermonem ad discipulos h̄et, hoc cognomine philosophiæ suam appellandam censuit: partim ab aduersando, ut Cynica: partim ab aliqua eius portione, cui p̄ceteris operam dederint, ut Dialectica: partim à locis, in quibus diuersabantur, vt Academica, & Stoica: partim ab effectu, quo docentes utebantur, ut Sceptica: partim ab auctoribus, fine, & patria simul, ut quam Aristippus introduxit, quę ab ipso Aristippica dicta est, ab eius patria Cyrenaica, à fine voluptaria, uoluptatem enim philosophiæ dicebat finem esse. Voluptatem autem illum plerique significasse affirmant, non illam, sensuum motione excitatā dulcedinem, sed eum animi statum, qui molestia careat, nec illecebris ullis mulceatur.

De ordine & definitione philosophiæ.

Eam philosophiæ partem, q nobis differendi artem tradit, duabus reliquis eius partibus anteponendam censuere, q posterioribus seculis extitere philosophi, arbitrātes eos qui accurate uelint philosophiæ operā dare, non prius alias partes attingere dcbere, q disceptandi peritiam adepti sint, & qd sit unūq; dīq; cognoscendi: philosophiā nāq; cognoscendi facultatē esse qdā dicebant, & artē vitā optime traducendi: optimū autē uitā scđm uirtutē uiuere. Quidam uero ipsam definiebant, exercitationē artis ad uitā optimē degendā necessariæ. Ac exercitationē quidē philosophiū esse omnes existimāt: artē uero sapiētiā, q humanaū & diuinarū rerū cōprehēsio est. Quidā uero ipsam esse potius arbitrati sunt facultatē spectandi quæ eligenda fugienda: q; sint per eligenda, bona: pfugienda, mala significantes: bona enim esse, quæ propter se sequenda sunt, & adepta possidētibus utilitatē apportant, mala uero, quæ uitanda, & obtenta damnum habētibus inférūt.

De

DE HISTO. PHILOSO.

3

A

De Partibus Philosophiae.

Philosophiae partes ex sententia plurium, & eorum, q̄ diligentissimi fuisse creduntur, tres esse in superioribus iā diximus. Harum prima Rationalis dicit, qua scimus vniuersitatem rei substantiam ab accidentibus discernere, & quo quidque ab alio differat. Secunda naturalis vocatur, per quam intelligere valemus, quid in causa sit, ut cœlum tanto ordine circumvoluat, & quæ partium eius tarditatis ac velocitatis ratio sit, ac id genus alia. Tertia, quæ alijs duabus magis est necessaria, & ad opus vitae longe utilior, Moralis nuncupatur: qua commode colloqui, & pacate conuersari scimus, ac imperiosos quidem & elatos, non odio prosequendo, sed partim eludendo, partim misericordia, contemnere: mansuetos autem, & officiosos ē contrario diligere, Horum autem vitam agere melius atq; facilius est, cum expositi omnium commodis sint: illorum autem & malum & difficile, quia nec adiri uolunt, & adeuntibus molesti sunt.

De Sectis, quid sēt a sit, & quot numero.

Sectam aliqui tribus modis dici affirmant, cōiter, proprie, & propriissime: ac cōiter quidē consensum esse reliqua in re, quæ ad uitam degendā pertinet: proprie uero cōsensum in artis alicuius exercitatione: propriissime autem consensum rerum ad philosophiam spectantium. Hanc sic ex notione definiunt. Secta est collectio multorum dogmatum sibi ipsis concordantium, & ad unū finem tendentium. Sectæ vero quas maxime generales existimant iij, quibus ista curæ fuerunt, quatuor enumerantur. Dogmatica, quæ in multis constituta & stabilis est. Sceptica, quæ de singulis dubitat. Contentiosa, q̄ cauillis superior esse in concertationibus studet: sunt autē cauilli, sicut si dixeris, quod ego sum, tu non es: homo sum: ergo tu non es homo: & id genus aliæ pueriles & litigiosæ deductiones. Mistæ, quæ licet multa decreta habeat, de multis tñ adhuc dubitat, nec ita de singulis disputat, ut ea constituat. Dogmaticos fuisse tradunt Pythagorā Samium, & Epicurum Atheniensem. Scepticos Zenonē Elæatem, Anaxarchum Abderitam, & Pyrrhonem, quem exactissimum in hoc genere fuisse dicunt. Contentiosos autem appellant Euclidem, Menedemū, & Clitomachum. Mistos vero Xenophanē, qui de rebus omnibus dubitauit, illudq; solum assertuit, cuncta unum esse: Deumque, & finitum, & immutabilem, & rōne p̄ditum: Item Democritū, qui nulla alia de re sententiam suam protulit, sed tantū atomos, vacuum, & infinitum assueverauit.

De Exortu Philosophiae & cur inuenta.

Principium philosophiae tribus modis dicitur, inuestigandi, constituendi, demonstrandi. Principium inuestigandi est, quod primos hoīes in opinionem philosophiae induxit; cōstituēdi, pars ea philosophiae, quæ prior in artem redacta fuit: demonstrandi, illud unde probare incipimus ea, quæ apud nos inuenta & constituta fuerunt. Xenocrates ideo repartam philosophiam asserit, q̄a cum turbulentia sit actiua uita, se ad contemplationis studium prudentes homines contulerunt.

De Signo.

Signum à dialecticis definitur proloquii mentis coniunctum: item antecedens, cui consequēs aliquid annexum sit. Signorum autem quēdam ostendere, quēdā admonere dicuntur. Ostendunt, quæ sic annexa significatis sunt, ut cū primum apparent, nos in cognitionem rei significatae ducant, ut fumus, quē simul atq; conspeximus, ignem subesse statim intelligimus. Admonent, quæ non nisi prius obseruata, in notitiam rei significatae, nos adducunt, ut lac in papillis: id enim ubi prius adesse cognoverimus, antea peperisse mulierem intelligimus.

De Syllogismo.

Syllogismus est oratio, quæ ex concessis ab eo cum quo disputamus, inexpectatum aliud quipiam colligit, veluti in primo de republica, Thrasymacho concedente, iustum id esse quod urbiū magistratibus est utile, magistratusq; interdum aberrare, colligit Socrates iustum quoq; id esse, quod magistratibus inutile sit.

D

Definitio est concisa oratio, quæ nos dicit in cognitionem vniuersitatem. Vel definitio est oratio, quæ breui quadam commonfactione, nobis propositas res detegit. Definitionum aliæ à substantia, aliæ à notione sumuntur.

De Divisione.

Divisionem existimant separationem esse eorum, quæ in unum conuenerint: diuidi autem non in significationes: totū, in partes: genus, in species & differentias: species, in singularia: & hęc in accidentia: accidentia, tum in se ipsa, tum in subiecta.

De Iudicio.

Iudiciū est rē discernens cōsideratio. Duplex aut iudiciū habemus, vnum quo uiuimus, alterius quo res ēē vel nō ēē dijudicam'. Tribus modis uero dī iudiciū, cōiter, proprie, & maxime pprie.

De uero.

Verum est, quod alicui oppositum cum re conuenit. Differt autē uerum à ueritate, substantia, constitutione, potentia: Substantia, quoniam uerum incorporeum est, cum dignitas sit quæ ab oībus proloqui solet, ueritas autem corpus: nam omnium rerum scientia est, scientia principalis animi facultas, principalis facultas spiritus esse uidetur, qui merito corpus existimatur. Constituēti.

Spurj.

LIBER

tione, quia verum euidentis est, ut ego dispuo: ueritas autem à nobis inquiratur oportet cum bona vniuersa comprehendat: Potentia, quoniam verum malis & ineruditis hominibus, nam vera interdum & ipsi dicunt: veritas autem non nisi probis & eruditis viris inesse potest.

De Demonstrationum Generibus.

Qm ad eam philosophiae partem, quā logicam uocant, pertinere vñ de demonstrationibus docere, consentaneum est, vt de his quoq; aliquid dicamus. Demōstrationes uoco syllogismos, qui euidentibus propositione & assumptione, conclusionem ostendunt: vel qui nulla alia egeat comprobacione. Sunt autem bifariam distincti: nā alij cathegorici, i. prædicatiui, alij hypothetici hoc est conditionales, appellantur. Horum alij modum hñt, alij modo carent, alij misti sunt; alij q; secundum, alij tertium adiacens prædicant. Conditionalium species sunt septem: Prima est in quod duobus positis, quorum vnum præcedat, alterum sequatur, præcedens assumit, & sequens inferatur, vt, si dies est, lux est: sed dies est: ergo lux est. Secunda est, quæ ex antecedente & opposito consequentis, oppositum præcedentis colligit: ut, si dies est, lux est: sed lux non est: ergo dies non est. Tertia est, in qua ex aīnexo negato & opposito vnius partis alterius partis oppositū deducitur: vt, non si dies est, lux non est: atqui dies est: igitur lux est. Quarta est, in qua ex disiuncto & partis vnius opposito, alterū probatur: vt uel dies uel nox est: sed dies nō est: igitur nox est. Quinta est, in qua ex disiuncto & una eius parte, altera non esse arguitur: vt uel dies uel nox est: atqui dies ē igitur nox non est: Sexta est, quæ cōiuncto negato & una eius parte, reliquam nō esse concludetur: vt, non & dies & nox est, sed dies est: igitur nox non est. Septima est, in qua ex coniuncto, & parte vna negata, alteram colligimus: ut aut dies aut nox est: sed dies non est. ergo nox est.

De Naturalis Philosophiæ genere, ac primo de efficiente, & materia.

Quantum igit par fuit de ijs agere, q; ad rōnalem philosophiæ partē attinent, à nobis est alio in opere suse conscriptū. Hic aut pauca quædā solummodo perstringentes, ad ea recensēda properamus, q; de natura rerū antiqui tradidere. Nemo vero mihi succensere debet, si quæ ab alijs inuolute, & pplexo scripta sunt, ea nos facile & explicite reserre confidimus, nā & hoc fieri non posse nō dubitamus & rudib. satis fore cēsemus, hinc philosophiæ dogmatib. tanq; sacris q; busdā, initiati. Exordiū aut faciemus à primis rerū naturaliū principijs, tā efficientibus, q; materia libus: quibus cū aīum adieciſſim⁹, iure omnib. anteponēdas duximus causas efficientes, inter quas Deus principē locū obtinet, quē oīum q; sunt, quæq; in dies fiunt, auctorem, & artificē, ut ita dixerim, ueteres afferunt. Plato siquidē & Stoicus Zeno quid esset Deus explicantes, nō munidum, ipsum esse dixerunt, sed p̄ter hæc oīa quiddā aliud, incorporeū quidē, vt Plato sentit: corporum vero, sicut Zeno asseuerat. Neuter t̄, q; Dei forma sit exponere est ausus, sed Epicurus humānam ipsū h̄re figurā credit: Stoici propriam quidem eum semper non retinere, sed igneus spiritus cū sit, oīum q; bus affluxerit, formā facile suscipere, illisq; similem effici. Locū illi determinatū Epicurus inter mundos assignat, vbi Deum incedere, & ambulare dicit: Stoici rebus omnibus cū connasci, illisq; simile effectum, cum eisdem & moueri & locum mutare dicunt, ac ex ingenita sibi uirtute, cuicunq; rei sibi coniuncta prospicere: ijdem quoq; Deum quidē cuncta gubernare dixerunt, sed nullius rei curam peculiariter babere: Stoicis Epicurus hac in parte consentit, affirmans beatā incorruptibilem q; naturam, neq; ipsam in se molestias ullas habere, neq; alicui alteri negotium facessere, uniuersis tñ hominibus bona Deū elargiri. Plato aut opinatus est Deū & oīum simul, & unicuiusq; priuatim, curā habere in illis solummodo, quæ ad uitam spe&tant. Quicunq; mundum genitum putant, Deum inquit ipsius extructorem fuisse. nō tamē omnes qui genitum mundum concedunt, eandē quoque de ipsius fine sententiā habent. Verum Plato ex admirabili artificio eius, qui ipsum cōstruxit, neq; dissolui, neq; aboleri posse mundū existimat. Stoici contra absolum mundum putant, idq; ignis opera fieri in causa est, ut exustus in infinitum commutetur: sub quo certo quodam tēpore materia quiescit, torque commutatiū uacationem accipit, donec rursus in contrarium statum uergentibus rebus, alia quoq; elementa de novo prodire incipient: & rursus diuino iussu segregata, atq; in unum corpus redacta nouum mūndum constituant. Ac cæteri quidem oēs, qui Deum cunctarum rerum auctorem crediderūt, ipsum quoq; unum horum oīum causam statuunt. Solus Plato ideas introduxit, quarum exēplum Deus in conficiendis rebus sequeretur: item materiā oī qualitate carentem, ex qua singula quæq; componeret, & dissimiles inter se res distinctasq; faceret: neq; enim ex his unum aliquid sufficere sed tria simul hæc requiri censem, si quid absolui debeat. Verum qm de efficiente principio tatis multa attulimus, tempus est ut de materia quoq; aliquid dicamus. Oēs qui de terum natura aliquid locuti sunt, concordes materiam esse concedunt, quænam uero sit, non omnes consentiunt. Sed Pherecydes Syrus, terram eam esse credit. Thales autem, aquā. Anaximāder, infinitum. Anaximenes & Diogenes Apolloniata; aerem. Heraclitus, & Hippalus Metapōticus, ignē. Xenophanes Colophonius, aquā & terrā. Hippo Reginus, ignē & aquā. Oenopius Chius, ignem, & aerē. Empedocles, quatuor elementa, terrā, aquā, ignē, & aerē: His amicitiam, & litem adiungit, quārum altera coniungit, & unit, altera segregat, & distinguit. Democritus, & cum secessus Epicurus,

ato-

DE HISTO. PHILOSO.

A atomos oīum rerum materiam opinantur Heraclides Pōticus, & Asclepiades Bythinus, rerum principia faciunt moles quasdam oī actione carentes. Anaxagoras, minimas quasdam similes rerum particulas. Diodorus, qui Cronus appellatus est, individua minimaq; corpuscula. Pythagoras, numeros. Mathematici corporū fines. Strato Physicus cognomento, quas vocant qualitates. Plato, Aristoteles, & Stoici, naturam quandam informē, ex qua primum quatuor elemēta, tū reliqua fiāt: sed Aristoteles elementis quintum corpus addit, qđ circumvoluit, & est immutabile.

De Principij, & causæ differentia.

Principiū & causam aliqui nihil inter se differre putant. Aliqui principiū quidem rerū oīum originē præcedere uolunt, non tñ ipsum euentus huiuscē causam esse dicunt, sed id, quo sīm vnumquēque modū res fiunt. Causarū ḡna quatuor ijdem statuunt. Præcedens, quod ab euentu separari pōt, idq; quod iam effecit permanet: Continens, quod rē quā facit non desorit, nā eo p̄sente, res ḡgnit, absente desinit, vrgente crescit, desistente minuitur. Perfectum, quod per se sōlū rē peragit. Concausans, qđ cæteris partes vires in euētū confert: vt in arando videmus, in quo uel plurimum affert, qui in minimum etiā adiumenti confert, vt bobus quidē duobus arator indigat, sed multo facilius opus absoluat, si tertium iumentum adiunctum aliorum laborem leuet.

B De Principij, & elementi differentia.

Cum Iones elementū à principio nihil differre arbitrarentur, plurimū Plato interesse iudicauit, atq; ita vtrunq; distinxit, vt elementum id sit, quod cōpositum & effectū est, q̄uo terrā, aquā, aerē, & ignē elemēta uocamus: Principium uero dicas, q̄ se prius quicq; nō habet, ex quo gigni potuerit, alioquin principiū non fore elemētis, nāq; priora sunt, tū materia informis & perennis, tū forma, sp̄es, & ēt̄:λέχεια hoc est perfectio nuncupata: demū priuatio, quā absentiam definiūt rei, q̄ tū adesse debeat. Merito igit̄ Plato reperta differentia, veterē Ionicorū sōiam improbauit.

De Natura.

Naturā aliqui definiunt arte p̄ditū, suopteq; motu in ḡnitionē tendentem igneum spiritum. Alij nihil aliud, q̄ minutorum corporū congressum & discessum. Aristotelēs principium motus, & quietis eius, i quo est primo & nō sīm accidens. Naturalia vocat cū elemēta quatuor, tū cætera q̄ ex eis fiunt, aīalia, stirpes, metalla: & q̄ in aere ḡnāt imbr̄es, niues, fulmina, grandines, venti.

De Motu.

Motum oēs penē concedunt, quicunq; paulo diligentius philosophati sunt. Locorum cōmutationem: ut cum quis Alexandria Romam venit, vel Alexandriam Roma discedit. Qualitatem variationem, ut si quis ex frigido calidus fiat, vel ex calido frigidus euadat: Naturae uicissitudinem vt si quis antea non existens homo, nunc esse incipiat, vel contra existens homo, esse desinat. Statutæ mutationem, vt si quis è paruo magnus crescat, aut è magno in paruum decrescat.

De corpore.

Reliquis corpus esse dicenti bus quo dcunq; siue agat, siue patiatur, Mathematici corpus esse definiunt, qđ trifatiā extentum est, in longum, in latum, & profundum: Punctum nanque esse qui partes non habeat: Linēam vero longitudinē tantum: Superficiem, latitudinem longitudini coniunctam: Hanc, si profunditas accedat corpus appellari. Quidam etiam corporum fines corporis crediderunt. Plato molem esse corpus aferuit, quæ & locum occupat & intra se molem aliā non admittit, neque enim duo corpora vnum locum obtinere simul possunt.

De Figura.

Figura, corporis superficies, circumscrip̄tio, & finis. Figurarum verò, aliæ rotundæ sunt, aliæ angulares, quarum infinita pene uaritio est.

De Forma seu idea.

H Forma substantia est incorporea, q̄ quidē ex se nō subsistit, sed formis carentē materiā infirmans, omnia, q̄ videmus, extare facit: Socrates & Plato formas arbitrātur naturas cīs à materia separatas ī intellectu, cognitione q̄; Dei, hoc est in mēte diuina sitas. Aristoteles aut̄ formas qđē & sp̄es nō abstulit, sed eas materie cōiunctas esse uoluit. Stoici noīas ītellectiones formas appellarūt.

De Mundo.

S Toici mundum unum esse dixerunt, quem & totum esse, & corporeum arbitratī sunt. Empedocles mundum quidem vnum esse concedit, totum tñ ipsum negat, sed exiguum quandā totius particulam, reliquum vero, ociosam materiam. Plato mundū unum esse & totum, tribus argumentis coniecat, quia perfectus non esset, si omnia non contineret: nec ex ēplarisimilis, si unus non esset: nec eternus, si quid extra se haberet. Metrodorus tam absurdum esse putat unum mundum in infinito natum dicere. q̄ in agro magno, unam spicam nam cum infinitē cause sint, mundos quoq; infinitos else necesse est. Sunt autem infinitæ cause. i. atomi, quare & infinitos effectus else oportet, hoc est mundos, cum eorum quisque finitus sit.

De Constitutione mundi.

Mundus rotunda figura hoc pacto constituit. Individua corpuscula, quæ tum fortuito motu rebantur, cī unum in locū plurima cōueniēt, magnitudine, & figuris, differebāt. Quęcūq; igit̄

Spurij.

A. 4. an-

angulosa magna, & grauia fuerunt subsistere: quæ uero parua, leuia, & rotunda, in superiorem locum ab illis extruia sunt: nec prius ascendere desierunt, q[uod] impulsionis violentia cessauit: tunc n[on] retro acta, cum inferius descendere non possent, in loca sibi congrua deuenere, ea autem sunt quæ circumposita. Ut igitur inter se satis coagmentata sunt, quæ circum vndiq[ue] erant, extimū cœlū genuerunt: quæ vero illis & loco & natura proxima extiterunt, planetas effecerunt: nā aerem exhalatorum corporum multitudo composuit, qui concitatus in ventum, cœlum agitare cœpit, & eū in orbem actum circumuersare: quem motus ordinē stellas adhuc seruare uidemus. Ut at ex corporib[us] in sublime ejaculatis, cœlū, ignis, & aer, ortus est, ita ex subständibus nata est terra: quā multa materia nimium adhuc corpulentam, cum ventorum impetus, tum stellarū splendor compingendo attenuarunt, & ad eam quam spectamus paruitatem, redegerunt aqua expressa: q[uod] fluida cum sit, per declivia labi cœpit in loca concava: vel ipsa per se aqua huc illuc discurrens alueos sibi & latos sinus excavauit. Sic itaq[ue] præcipue mundi partes in lucem prodierunt.

De Deo.

Quae de Deo inter initia omisimus, ea nūc explicare nobis in animo est. Nā ex antiquis philosophis quosdam inuenimus, qui Deos non esse dixerunt: non tñ id palā fateri ausi sunt, sed autem ignorare se dicebant. Fuerunt autem Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenaeus, Euemerus Tegeata, & Euripides Atheniensis, quanq[ue] id ipse non dicit, sed Sisyphum id dicentem introducit ob metum Areopagitarum. Sed istos missos faciamus, & Anaxagorā potius audiamus, qui diuinam mentē afferit, res oēs à primordijs mundi inter se confusas distinxisse, atque ita res oēs procreasse. Vel Anaximandru, qui stellas cœlestes Deos arbitrabatur. Aut Democritum, qui mentem igneo circulari, corpore vtentem, hoc est mundi animam Deū esse affirmabat. Nam Pythagoras ex hisce, quæ ipse inter principia collocaui, uinitatē, hoc est vnius natūram, & mentem ipsam, Deum atq[ue] bonum existimauit. dualitatem vero, Dæmonem, & malum, q[uod] corporea moles circumstar, idest quem aspicimus mundum. Socrates autem, & eū secutus Plato, Deum id inquietum esse, quod vnum, quod solum, quod bonum, & ex se se est: quæ oīa illuc tendūt ut Deum mentem esse significant nulli materiæ commissam, nulliq[ue] affectui obnoxiam. Aristoteles vero supremū Deum formam esse definit, separabilem quidem, & thereo tātū corpori, quod quintum appellat, inharentem. Id autem cum in plures spheras natura quidē coniunctas, rōne uero distinctas, separat, quāq[ue] sphera animal esse censet, ex anima & orbe compositum: quorum hic æthereum corpus est, in circuitum volubile: illa ratio, quæ ipsa quidē motum non admittit, sed tñ motus est cā. Stoici Deū esse pronunciant, ignem arte præditū, rōneq[ue] & uia ad mundi generationem procedentem, atq[ue] omnes rerū oīum rōnes cōtinente, quib[us] vniuersa fato eueniunt. Itē aliter, spiritum toti mundo insulsum, qui varias appellationes sortitur pro diuersitate materiæ, in quā diffusus est. Deos at existimat cū stellas & cœlū, tū præcipue mentem. Epicurus Deos oēs humanā speciem habere credidit, uideri tamen à nobis non posse, ob summā tenuitatem atomorum, quæ ipsos componunt. Quatuor etiam alia rerum genera sempiterna statuit, atomos, infinitū, vacuum, & similitudines, quæ ab eo eiusdem rationis partes & aliorum elementa cēsentur.

Vnde in cognitionem Dei veniamus.

Dei vero cognitionem habuimus ex pulchritudine, quā cælo inesse spectamus: nihil. n. temere, aut casu, pulchrū oritur, sed artificis alicuius opera: quamobrē & Euripides stellas inquit ornatus gratia ab Opifice sapienti cœlo inditas fuisse: Deueniemus autem in huiusmodi cognitionem cum ex alijs stellis, tū præcipue ex Sole & Luna, que subterraneum iter emensa, eodem colore, eadem figura, eadem magnitudine nascuntur, eademq[ue] & tempora & loca seruant.

De Heroibus & demonibus.

Thales, Pythagoras, Plato, & cum his Stoici, unanimes afferunt, Dæmones naturales substātias esse. Heroas autem animas è corporibus separatas: & harū bonas esse, q[uod] hoīum fuerint sancte uitam traduentium: malas autem male viventium. Epicurus tam Dæmones, q[uod] Heroas non cōcedit.

De Anima.

Cum multa de aīa ab antiquis inter se controuersa dicta sint, nemo me à proposito introductionis modo discedere arbitretur, si paulo fusius eas cōmemorauerō, quæ ab illustrissimis quibusq[ue] dicta sunt. Animam igitur existimant aliqui spiritum esse toti corpori annexū, non tñ æquabiliter, sed uni membro magis, alteri minus: hoc Asclepiadis sectatores dicunt: Eandem alij facultatem, qua uiuimus, arbitran̄. Quidam principium motus oīum quæ fiunt & sunt. Epicurus at aerē illū, quē respirando attraximus, aīam esse credit. Cuius substantiam alij incorporeā dixerunt, ut Plato: Alij corporeā, ut Zeno, & ipsum secuti Stoici, nā spiritū ipsam esse opinati sunt. Item mortale alij, ut Epicurus & *Diocles: Alij immortalē, ut Plato & Stoici, ipsam existimatūt, quanq[ue] Plato suo le motu semper mouentē, nec unq[ue] interitum ipsam asseueret. Stoici contra, tamdui animam durare, quoad mundus dissoluatur, tunc enim ipsam quoque corrumpi. Rursus alij sic annexas corporibus animas aiunt, ut ex eis ipsas sponte natas dicant: hocq[ue] in causa esse, ut corporis uoluptatibus tantopere delectentur. Alij uero animam uolunt Dei particulam quādam

*Al. Dicēarchus.

DE HISTO· PHI LOSO.

5

Adām esse nec ullum extare elementum, quod oīotum sit, quodq; in cōpositarū rerū ratio nem non veniat. Peccare fiero animas inquiunt. Alij quia liberæ cum sint, suopte arbitrio ad malum ferantur: nam cum uoluptates appetant, ut eas assequantur, uitia persequi flagitiosum esse nō iudicant. Alij, cuncta fato euēnire putantes, aīam quoque nulla electione habita delinquere posse concedunt. Pœnas dare sceleratorū animas, vbi à corporib; solut; fuerint, existimat Plato; bonorū aut, ad Deum post mortem reuerti, & in astris habitare: Stoici nihil istorū admittunt, sed postq; aiunt, se in cōtæ corporib; fuerint, quæ intemperanter uixerunt, & uoluptatum adhuc auidæ sunt, corpus aliud iterum subeunt, desiderio uoluptatum ille cōtæ, quas corporis ministerio assequuntur: id aut eas tandiu facere, quoad uirtutem edocet, in cognitionem ueri boni deueniat ac meliorem uitam traducant: à qua statim vbi solutæ & iam ab impedimentis corporis liberæ fuerint, ipsis perseuerent interlucentibus honesti ac decoris, ideis uniuntur, à quibus nunq; sic affectæ postea diuelluntur. Partes animæ Plato tres fecit, rationem, iracundiam, & concupiscentiam. Ari stoteles quartum addidit naturalem, quæ corpus uegetat, Stoici & ipsi partes animæ quatuor enuerant, ratio cinandi sentiendi, loquendi & gignendi facultatē. Alij simplicē, & partibus carere animani arbitrantur: nihil enim aliud ipsam esse, q; prudentiam, quam tum mentem, tum intellectum, appellant. Menemachus unus ex sectatorib; Stoicæ disciplinæ, ubi suspicionem addidit, loquendi & gignendi potestatem ademit, eas sentiendi facultatibus attribuens. Nonnulli demum in sensum & rationem animam diuiserunt, quibus aliquis merito potius assentiri poterit.

De Minimo.

Ante quatuor elementa nonnulli fragmenta quædam eiusdem ratione paruissima & rotunda, cœu elementorum elementa extitisse dicunt. Heraclitus quoque frustula quædam cum minima tum indiuidua, cognitione tantum apprehensibilia concedit.

De Colore.

Color est qualitas corporis uisibilis. Pythagorici colorem appellant superficiem corporis. Empedocles, quod meatibus oculorum quadraret. Plato flammam è corporib; prodeuntem, cuius partes apte oculis incidunt. Zeno is qui Stoicorum princeps fuit, colores esse definit, primos materialē habitus. Qui Pythagoræ successerunt philosophi, colorum genera quatuor fecerunt, albū nigrum, rubrum, & pallidum. reliquas autem colorum uarietates ex diuersa elementorum commissione oriri: animalium uero etiam ex aeris, & locorum diuersitate consurgere.

De Missione.

C Prisci missionē elemētorū fieri dixerūt, ex mutua inter se se per primas qualitates actione. Anaxagoras, & Democritus ex eorum solummodo congressu. Empedocles è paruissimis micis elementa cōponit, quas minima quædam frustula, & veluti elementorū elemēta, esse dicit. Plato triā corpora ex se mutuo fieri credit, ignē, aerē, & aquā: terram nanq; solam immutabilem esse.

De Vacuo.

Qui à Thalete manarunt philosophi ad Platonem usque, uacuum oēs abnegarunt. Empedocles, intra mundum, inquit, uacuum res nulla, nec extra est. Leucippus, Democritus, Epicurus, & Methodorus atomos quidem multitudine, uacuum autem magnitudine infinitum dicunt. Stoici intra mundum vacui quidem nihil esse, extra uero infinitū: Alij tamen uacui solummodo extra mundū esse quantum respirationem mundi faciat mundum enim, igneus cum fit, euēntatione indigere.

De Loco, & receptaculo.

Stoici, & Epicurei locum à receptaculo differre cōsent, ac locum quidem esse, quod corpus totum tangit ut superficies: receptaculum autem, quod parte solum, ut uasis uinarijs contingit.

De Tempore.

Pythagoras tempus esse arbitratur, continentis nos coeli machinam. Plato mobile éternitatis. **D**imaginem, uel interuallum motus coeli. Eratosthenes, Solis circumuolutionem. Temporis autē essentiam Plato motum cōsistimat. Stoici fere omnes motum ipsum. Ac cæteri quidem ingenitum tempus arbitrantur. Plato genitum ex sensu nostri cogitatione.

De ortu & Interitu.

Parmenides, Melissus, & Zeno Elæata, ideo nec generari, nec corrumpi quicq; asseruerunt, q; uniuersum immobile ponunt. Epicurus & cæteri, quotquot è minutis corpusculis mundum extruunt, ex atomorum conuentu gigni, & eorum discessu aboleri cuncta affirmant. Hi autem neq; fieri quicquam neq; interire proprie dicunt: nam cum ex congerie, non ex alteratione gigui res uelint, non qualitatis sed quantitatis motum, ortus & interitus momentum præcedere faciunt. Pythagoras, & alij quicunq; materiam pati supponunt, ortum, & interitum proprie astruunt, cū elementorum qualitatibus immutatis nasci res, & dissoluī.

De necessitate.

Thales ualidissimam esse necessitatem dixit, cum uniuerso dominetur: Pythagoras mundo ea incubare credidit. Parmenides, & Democritus, omnia necessario euēnire dicunt: eandem que ipsam esse cum fato, cum iudicio, & cum prouidentia. Plato quædā in prouidentiam, quædam in necessitate.

cessitatem refert. Necessitatis aut̄ essentiam Empedocles arbitratus causam principijs & elemē-
tis utentem. Democritus, resistantiam motū, & impetum materiæ. Plato nonnunquam mate-
riam: interdum habitum eius, qui circa materiam operatur.

De Fato.

Heraclitus omnia fato euenire dicit: ipsumq; idem esse quod necessitas. Plato quamuis in ho-
minum animis & uita fatum constituat, ei tñ & libertatem nostram adiungit. Stoici Platonē hac
in parte sequuntur: ac necessitatem quidem definiunt insuperabilem & uiolētam causam: fatum
vero causarum seriem, in qua tñ illa quoq; cā cōtinetur, quæ in nobis est, ut quædam fato fiant, q
dam non fiant. Fati vero essentiam Heraclitus esse definit rationem, substantiam uniuersi per-
meantem: Fatum autem corpus æthereum, quo tanq; semine uniuersum gignitur. Plato peren-
nem rationem & legem naturæ totius uniuersi. Chrysippus uim ordine cuncta gubernantem;
Itē in definitionibus, fatum, inquit, est ratio seu lex, cuius prouidentia reguntur omnia, quæ sunt
in mundo: uel ratio per quam orta nata sunt nascentia oriuntur, oritura nascentur. Reliqui uero
Stoici fatum describūt causarum seriem, hoc est ordinem & nexus intransgressibilem. Possido-
nius tertium ipsum à Ioue facit, ut primus sit Iupiter, secunda natura, tertium fatum.

De Fortuna.

Plato fortunam definit causam, quæ se cōtetur & incidat rebus quas facere eligimus. Aristote-
les causam, quæ hisce rebus interuenit, quas alicuius gratia & uolentes facimus, obſcuram tñ &
instabilem. Differre vero fortunam à casu, ex eo, quia quæ fortuna fiunt, casu quoq; fiāt: cū fortu-
na solum in nostris actionibus veretur: quæ vero casu fiunt, non oīa fortuna, in his, n. casus etiā
consistit, q ad actiones nostras non attinent: Insuper fortunam ad hoīes tantū spectare: casū autē
non ad homines solum, sed ad bruta, & reliqua quoque vita carentia. Epicurus, inconstantem &
ipse cām modis, tēporib. plonis fortunā dicit. Anaxagoras & Stoici, cām quā humanus discur-
sus asseq. nō possit. Atq; alia qdē necessitate, alia fato, alia fortuna, alia casu fieri.

De Finitate & Infinitate Mundi.

Pythagoras primus hanc rerū oīum congeriē mundū appellauit, exactam eius dispositionem
cōtēplatus. Thales, & qui ab eo deriuarunt, unum mundū asséruit. Democritus & Epicurus,
& vtriusq; magister Leucippus, infinitos, in infinita uacui amplitudine sitos. Empedocles cum in
suprema parte mundi Solē circūuolui faciat, mundū finitū statuit, Seleucus aut̄ infinitū. Dioge-
nes uniuersū qdē infinitū dicit, mundū aut̄ finitum. Stoici multum inter uniuersum & totū in-
teresse dicunt: ac uniuersum quidē infinitū esse, cū uacuū quod infinitum est, cōprehendat, totum
autē quia uacuū excludit, finitū esse: quare cum totum & mundus idem sint, mundum finitū esse.

De Figura Mundi.

Aristoteles & Stoici rotunda figura mundum constare dicunt: Alij partim cono, partim ouo
similem malunt. Epicurus, & his, & id genus reliquis, mundum constare posse concedit.

De Anima Mundi.

Reliqui oēs aīam habere, prouidentiaque regi mundū arbitrantur. Democritus, Epicurus, &
quotquot atomos ac* calum introducunt, neq; aīam habere, neq; puidētia regi ipsum inquiunt,
sed bruta quadam natura. Aristoteles non aīa, nō rōne, non mente, non prouidentia, p̄ditū mun-
di oībus suis partibus existimat: sed ccelum tñmodo, cœlestes enim orbes singulos & animā &
uitā habere: reliqua uero infra cœlum posita, omnibus his carere: quod si ordine aliquo frui ui-
deantur, non ex se illa ipsum habere, sed incidenter, quatenus à cœlestibus corporibus reguntur.

De Aeternitate Mundi.

Pythagoras & Plato factum à Deo mundum arbitrantur, ac quantum in ipso est, interire pos-
se, nam cum sensibus percipiatur, corporeum est & dissolubile: non intercidet tñ, Dei prouiden-
tia & custodia præuentus. Epicurus & Stoici mundum interitatum concedunt, ortus cū sit: id q H
& reliquis accidere videmus & aīalibus & stirpibus. Xenophanes ingenitū, sempiternū, indelebi-
lem, defendit. Aristoteles, quæ infra Lunā sunt, mortalia: quæ uero supra, immortalia statuit.

An Mundus alatur.

Aristoteles, qui mundum sempiternum tuetur, nullo ipsum alimento indigere concedit, nam
si nutrimento egeret, interiret tandem. Heraclitus ex ijs, quæ hic corrumpuntur, ipsum sibi mun-
dum immutatione quadam nutrimentum subministrare putat. Philolaus ex Pythagoricis unus
corruptiones duas esse dicit, interdum nanque ignem è ccelo descendere, interdum uero luna-
ris aquæ circumuersatione aerem effundi: horum itaque exhalationibus cœlum nutriti.

A quo elemento Mundus Exordium cepit.

Physici mundū à terra ex ordium sumpsisse dicunt, tanq; à centro, qd̄ rotundis oībus esse priu-
cipiū solet. Pythagoras ab igne. Empedocles etherē primo exitisse dicit, tum ignē postea terrā
de qua circumuolentis se cceli impetu uehemēter astricta, exiliit aqua: quæ in vaporem conuer-
ta, aerem peperit: Cœlum autem etherē, Solem igne solo cōstare credit: reliqua vero, q hic apud
nos sunt, ex alijs. Plato cum uisibilem hunc mundum ad imitationem mundi intelligibilis factū
existi-

DE HISTO. PHILOS.

6

Aexistimét, animū primū extitisse dicit, tum corpus: quod ex igne & terra primo, ex aere & aqua secundo constat. Pythagoras cum quinque tantum figurās solidas esse cerneret, quas etiam Mathematicas appellant, è cubo terram natam credidit, epyramide ignem, ex octoedra, aerem, ex icosiedra aquam, è dodecaedra cœlū: atque Plato hac quoque in parte Pythagoram sectatus est.

De Ordine Partium Mundi.

Mundi partes ita inter se se complicatas Parmenides asseruit, ut una ab alia contineatur, ac q̄uis oēs ex raro & denso constent, eas tñ quæ in medio sunt, ex opaco & lucido mixtas: q̄ uero ceteras continet, instar muri solidam esse. Leucippus, & Democritus tunica & membranam quādam modo circūponunt. Epicurus partim raro, partim denso, mūdos operimento involuit, quorum aliis circūagi putat, alios autē minime. Plato supremo loco ætherē collocat, tñ ignem, postea aerem, deinde aquam, ultimo terram: interdū tñ ætherē igni coniungit. Aristoteles ætherēm primo collocat, quem incommutabilem, quintū corpus facit: ab eo commutabilia disponit, ignem, aerem, aquam, & infimo loco terram. His autem ita motum attribuit, ut quintum corpus, hoc est cœlestes orbes, circumvoluantur: alia uero, quæ infra cœlum sunt, recto motu ferantur: ac leuia quādem ascendant, ignis, & aer: grauia uero descendant, aqua, & terra. Empedocles nec definita, nec B eadem loca semper habere sensit elementa, sed in alterius locum omnia succedere.

De Mundi Inclinatione.

Diogenes & Anaxagoras, post mundi cōstitutionem & animalia genita ex terra, sponte mūdum unam suam partem ad austrum inclinasse aiunt, alteram ad septentrionem extulisse: fortasse uero diuina prouidentia, ut quædam mundi partes habitari possent, quædam nō habitari, p caloris, frigoris, & tempore conditione. Empedocles, aerem inquit Solis imperu adactum, boreales plagas extulisse, australes autem depresso, atque ita totum mundum inclinatum esse.

An extra mundum aliquid sit.

Qui duce Pythagora philosophati sunt, extra mundū uacuū esse dixerunt: uacuū nāq; respirādo mundus attrahit, exspirando remittit. Stoici quoq; iō uacuū foris esse uolunt, ut cū mūdus cōflagabit, in ipsum diffundi queat: id autē uacuū infinitū esse: quanq; Posidonius infinitum ipsum non facit, sed tñ solūmodo quantum ad dissolutionē mundi sufficiat libto primo de uacuo. Diogenes uacuum & ipse astruit. Plato & Aristoteles nec intra mundum, nec extra uacuum ponunt.

De dextra & sinistra Mundi parte.

Pythagoras, Plato, Aristoteles, dextram mundi partē orientalem faciunt, unde motus incipit: C occidentalem uero sinistram. Empedocles, q̄ ad solsticium, dextrā: quæ ad brumā, sinistrā definit.

De Celi essentia.

Anaximenes extimam mundi circunferentiā, terream esse credidit. Empedocles cœlum solidum esse putat, constareq; ex aere in morem crystalli ab igne durato, & utroque hemi sphēri tam ignem, quam aerem continere. Aristoteles è quinto corpore ipsum facit. Reliqui ex igne, ipsumq; ex calidi frigidq; commixtione compactum.

De Celi segmentis.

Thales, Pythagoras, & q̄ ab eis manarunt, cœlū in quinq; círculos diuidunt, quos zonas appellat. Horū is, qui nobis semper appetit, arcticus uocat: sequens, solstitialis: tertius, æquinoctialis: quartus, brumalis: vltimus, antarcticus, qui nostris oculis hic aspici non potest. Obliquus autē círculus, quem Zodiacum nominant, tres medios coniungit: ductos autem à septentrione ad austrū, æquinoctialis rectis angulis diuidit. Pythagoram uero ferunt Zodiaci obliquitatē primū animo concepisse, quod sibi tamen Oenepides Chius arrogare, tanquam à se inuentum, non dubitauit.

De stellis.

THales è terra quidem cōstare stellas opinat: verū ignitas esse. Empedocles ignem tñ, quem æther compressus, quo tempore dirimebantur elementa, illuc submisit. Anaxagoras ætherem igneum esse ex sua natura putat: ipsumq; circumvolutionis suæ vehementia, lapides è terra surripere, quos sursum euectos & inflammatos, stellas asserit. Idem rursus alio in loco stellas appellat saxa latentia, quæ crebro in terram decidentia extinguuntur: sicuti contingit cum in Aegos fluuiū cādēs faxū in more stellæ cecidit. Diogenes stellas opinatur perinde atq; pumices & raros lapides, ac per eos mundum respirare. Empedocles fixas, crystallo (sic. n. ipse cœlum appellat) annexas: errātes at solutas asseuerat. Plato quamvis stellas maiori ex parte igneas esse credit, tamē aliorum elemētorū ex ptes eas nō iudicat, sed elemētis glutinis vice contineri. Xenophanes è nubibus accēsis cōstare stellas arbitratur, easq; interdiu extingui, noctu accēdi, nō aliter atq; carbones solēt: ortūq; & occasū nihil aliud esse, q̄ nubiū accēsionē, & extīctionē. Heraclides & pythagorei singulā quanq;stellā, vñ mundū esse, terrā, aquā, aerē, ætherē cōprehēdētē, ferriq; p acri infinitū; hæc opinio in sacris Orhei cōtineri phibetur, qb. initiati quamq; stellam unum mundū arbitrantur. Epicurus nihil istorum non admittit: cum id genus oīa cōtingere posse cōcedat.

De Stellarum Figura.

Stoici stellas rotundas existimāt, vt & mundū & Solem, & Lunam. Cleanthes coni figu-

L I B E R

ra, Anaximenes, tanquam clausos coelo adactos. Alij tanquam folia cudentia, & picturas.

E

De ordine Stellarum.

Xenophanes superficie stellas oēs moueri credit. Stoici quasdam altius, quasdā submissius ferri. Democritus stellas ita disponit, ut fixæ sumimū locū teneant: uagæ succendentē, inter quas Solē & Lunā reponit. Plato post fixas, Saturnū collocat, deīde Iouē, postea Martē, deīde Venerē, postea Mercuriū, deīde Solē, vltimo Lunā. Mathematicorū alij Platonē sequuntur, alij Solē ī medio statuūt. Anaximander & Metrodorus Ch'i, atq; Crates, supmū locū Soli dāt, succedētē Lunæ, tertū stellis fixis & uagis.

De Motu Stellarum.

Anaxagoras, Democrit', & Cleāthes, ab ortu in occasum ferri stellas oēs existimant. Alcmæō & mathematici uagas ex aduerso fixis incedere dicunt, hoc est ab occasu in orientē. Anaximander uehi stellas existimat ab eo orbe, cui iſunt. Anaximenes eodē pacto sub terra, quo supra, moueri. Plato & cum eo mathematici Solem, Venerem, & Mercurium eodem tempore cursum suū absoluere dicunt.

De Stellarum Lumine.

Metrodorus oēs stellas tā fixas q̄ uagas lucē à sole accipere iudicat. Heraclitus & Stoici nūtriri stellas putant è vaporibus sursum eleuatis. Aristoteles non indigere nutrimento cœlestia dicit, æterna cum sint, & corrumpi nequeant. Plato vt mundum, sic stellas è se ipsis, nutriti sentit.

De Stellis quas Castoris & Pollucis uocant.

Xenophanes stellas, quæ in nauigiorum malis & antennis quandoq; vidētur, nubeculas quasdam esse credit, quæ certo quodam motu agitatæ resplendent. Metrodorus nautis timore consternatis oculos interlucere putat.

De Stellarum significacione.

Plato, Solem, Lunam, & alias stellas, tam vagas, quam stabiles, occasu, & exortu suo tempestates, quæ æstate & bruma contingunt, significare non dubitat. Anaximenes non ex alijs, sed ex Sole solo, hæc intelligi uult. Eudoxus & Aratus ex omnibus indifferenter.

De Sole.

Anaximander orbē Solis esse putat octies vigesies terra maiore, similem q; rotæ plaustrī cāthū habentem concavū, igne plenū, quē nobis ore quodā paruo, tanq; per modiolī foramē oñdit, hocq; Solē esse. Xenophanes è siccis vaporibus igniculos quasdā, cōuenire dicit, qui in unū corpus redacti, Solē constituant: vel Solē accensam nubem esse. Stoici Solē inquiunt ignitū fluētē esse, è mari illuc euctū. Plato ipsum maiori ex parte, igne cōstare credit. Aristoteles globum, G e quinto corpore. Philolaus Pythagoricus corpus vitro simile, quod ab igne, q; in mundo est, lucē suscipit, & eā ad nos remittit: quā obrē, tria req̄ri ad Solis cōstitutionē, ignē, q; in cœlo est: corpus, quod ab ipso perinde atq; speculū quoddā igniri & illustrari possit: & tertio lucē, quæ ab eo speculo repercutta ad nos vsq; diffundatur: nam & hāc lucē Solē appellare solemus, tanq; simula chrū simulachri. Empedocles duos Soles existimauit, vnum præcipū atq; primum, hoc est ignē qui est in opposita & dimidia cœli parte, quam replet, quiq; semper ex aduerso suæ imaginis, hoc est, Solis nostri, incedit: Alterū eū quē spectamus Solem: qui repercuſſio est lucis eius, quam ex præfata cœli parte aere concalafacto plena, antedictus ignis suffundit, ac in corpus solare, quod crystallo p̄simile, mittit: ubi refracta ad nos descendit, & ad primi Solis motum circunfertur. Atque ut tam multa duobus verbis explicem, Sol est repercuſſio ignis, qui circa terram mouetur. Epicurus collectionē terræ, pumicis spongiae persimilem putat, quā ignis eius foramina permans accedit. Heraclitus collectū vaporem, qui in oriente accenditur, in occidente extinguitur.

De Magnitudine Solis.

Anaximander Solem quidem equalē terrę credidit, orbem vero quo fertur, & è quo respīrat, septies vigesies terram exceedere. Anaxagoras multoties Pelopōneso maiorem. Heraclitus, H quantum est humani pedis longitudo. Epicurus omnia quē hactenus attulimus, alias contingere posse: talem tamē hunc esse, qualē ipsum spectamus, pauloq; vel maiorem vel minorē esse.

De Figura Solis.

Anaximenes Solem, vt folium extentum iudicauit. Heraclitus peluis instar intus concavum foris deuexum. Stoici rotundum, vt cœlum est, & stellæ. Epicurus ipsum posse hisce omnibus esse figuris admittit.

De Conuersione Solis.

Anaximenes ideo Solē conuerti putat, q; ab aere densato & obnitiensi retro pellatur. Anaxagoras cum repellit ab aere, qui septentrioni subest, censet: quemq; Sol ipse compingens valētiorē iā densitate reddidit. Empedocles cū ab orbe, qui ipsum defert, tum à brumæ & solstitii circulis, Solē phibeti credit, ne recta ad polos descendat: Diogenes, quia Sol extinguetur, frigore calore oppugnante. Stoici etenim Solē progredi volunt, quoad alimentū inueniat: oceanū aut & reliqua maria Soli nutrimentum subministrare vapores submissos, cū quibus terræ quoq; exhalationē admisceri volūt. Plato, Pythagoras, Aristoteles, ob signiferi obliquitatem, qua Sol oblique meare cogit, & scđ m brumæ solstitijq; circulos progredi. Hæc aut oīa ænea sphæra docet.

D

A

De solis defectu.

Thales interuentu Lunæ, quæ suapte natura opaca est, Solem deficere primus dixit, idq; ex supposito Soli speculo facile discerni. Anaximandret clauso foramine, per quod ignis euaporat Heraclitus conuersione partis eius, quæ cōcaua est, ad superiora: eius uero quæ deuexa est ad nostros oculos. Xenophanes deficientem Solem extingui putat, rursusq; renascentem alium accēdi, narratq; Solem aliquando integro mēnse defecisse: rursus alio tempore sic ex toto defecisse, ut interdiu nox esse uideretur. Sunt qui putent densam nubem nostris oculis incomptam Solem occupare. Aristarcus Solem inerrantibus stellis annumerat, terramq; circa Solis circulum mouet, qua inclinante Solis orbem adumbrari credit.

De Luna.

A Naximāder orbē Lunæ decies nouies terra maiorem existimat: ac quemadmodū de Sole diximus, rotæ plaustrī simile canthum habere, concavum, igne plenū, uno foramine uapo rante. Xenophanes accensam nubem. Stoici corpus igne & terra compactū. Plato ignē maiori ex parte. Anaxagoras & Democritus corpus solidum, ignitū, cāpos, montes, & ualles habens. Heraclitus terram nebula inclusam. Pythagoras & ipse, ignem esse lunare corpus existimat.

B

De magnitudine Luna.

Stoici maiorem terra Lunam computant, quemadmodum & solem. Parmenides æqualem Soli, à quo Lunam quoque illuſtrari dicit.

De figura Luna.

Stoici rotundā Lunā dicūt, sicut & Solē. Empedocles, disco simile. Heraclitus pelui, hoc est orbicularē & concavā. Nōnulli oblongā. Figurā uero Luna septem modis assumit. Nam ab interlunio descendens, cum primū apparere incipit, cornuta spectatur, tū dimidia, post semiplena, demū rotunda: rursus à plenilunio reuertēs semiplena euadit, hinc dimidia, postea cornuta, videri postremo definit, donec iterū nouetur. Multa uero hac de re ultro citroque dicuntur. Quidam id umbra terræ contingere credunt, quæ modo totam, modo partem aliquam eius occupet.

De Lumine Luna.

Anaximander ipsam peculiarem lucem habere censuit, rariorem tamē. Antiphō proprio Lunam splendore fulgere docet: q; si paulatim abscondatur, id illi contingere Solis propinquitate: sic enim à natura institutum esse, ut minor lux maioris accessu sopiatur: id quod & reliquis stellis evenit. Thales & qui ab eo deriuarunt philosophi. Lunam à Sole illustrari dixerunt. Heraclitus Cidem Lunæ, quod Soli contingere defendit: stellas enim, quoniam concavæ sunt & uapores excepti, lucere uideri, ac Solem quidem splendidius cum in puriori aere feratur: Lunam uero lāguidius, quia turbulentia magis incedat.

De Luna & Defectu.

Anaximander ideo Lunam deficere putat, q; os, rotæ obstruatur. Berosus, quia ad nos cōuerat partem quæ minus lucet. Heraclitus quia auertat partem quæ caua est. Pythagorēorum quidā Lunam assuerant reflectere, & intercipere lucem: illudq; nostra, hoc antipodium terra, fieri. Plato, Aristoteles, Stoici, & Mathematici, concordes asserunt Lunam congressu Solis occultari digressu illustrari: deficere autem terrenæ occursam umbræ, quæ tum temporis ex diametro, plus minus inter utrumque fidus porrigitur.

De maculis Luna.

Pythagorici Lunam idecirco maculis interpunctam arbitrātur, quia maiora animalia, & proceriores arbores habeat, q; hic apud nos reperiantur: esse uero decies quinques animalia illa nostris grandiora, robustioraq; nec usitatum ullum excrementi genus emittentia: dicim quoq; quantum diximus, longiorem nostro: Anaxagoras in diuersitatem partium hoc refert: Lunam enim ex attenuatis & corpulentis partibus componi, quāobrem opacam lucidis interiectam uideri: stellamq; lucis ementitæ Lunam ideo nuncupari. Stoici quoque non integre compactam Lunam fatentnr, quia dissimiles partes habeat.

De distantia Luna.

Empedocles plus duplo Lunam distare censeat a Sole quam à terra. Mathematici decies octies plus. Eratosthenes à terra distare computauit stadiorum millibus centum triginta, Lunam autem uiginti octo.

De Annis

A nnus, qui Saturno attribuitur, annorū est triginta: qui Ioui, duodecim: qui Marti, duorum: qui Soli mensium duodecim: Veneri totidem & Mercurio deputantur, eodem enim tempore, quo Sol, cursum suum peragunt Lunæ uero annus dierum est triginta: tot enim dies mensis comprehendit, si quis à congressu ad egressum numeret. Annum uero quem magnū appellat quidam octauo quoque anno compleri dicunt: alij decimonono: quidā sexagesimo primo: Heraclitus decē & octo millibus annorū solariū: Diogenes à trecentis sexaginta quinq; annis tam longis, q; eos Heraclitus facit: nonnulli septem millibus septingentis octoginta septem.

De

De Circulo Lacteo.

Circulus lacteus est nubibus constat: is noctu in aere semper apparet, lacteusque est de suo colore nūcupatus. Pythagoreorum aliqui crediderunt ipsum esse uestigium incendi stellæ cuiusdam, quæ Phaetonis tempore suis sedibus excidit, & loca per quæ circuolata est, excusit. Alij Solem antiquo tempore illac iter suum peregisse dicunt. Quidam nihil istorum uolunt, sed in modo sic nobis apparere ex multititudine luminis coelestis ignis: quod illis in locis à cœlo tanquam à speculo quodam fractum, ad nostros oculos reicitur, id quod et coelestis arcus nubes facere consueuerunt. Metrodorus, huc Solis circulum esse putat, qui Solis discessu conspici potest. Parmenides rurum deo com mistum, lacteum colorē procreare asseuerat. Anaxagoras umbrā terræ lacteum circulum existimat: quæ ideo cœlū ita occupare vult, quia Sol cum terræ subest, omnia illustrare non possit. Democritus splendorem multarum, partiarum, & cohærentiū stellarum: quæ crebræ cum sint, coniunctā lucem fūndere uidentur. Aristoteles exhalationis siccæ incendium, quæ iugiter & abunde succedit, non aliter atq; in crinitis sit: quas infra planetas esse non dubitamus, & ab igne accendi. Stoici ignis ætherei raritatem, ipsumque superiorem planetis. Posidonius & ipse ignis aceruum, lacteum circulum credit, qui licet stellis clarior lucet, splendorem tamen continuum habet.

Decrinitis & discurrentibus stellis ac trabibus.

Pythagoreorum aliqui crinitas inquiunt stellas esse de numero illarum, quæ non semper apparent, sed certis quibusdam temporum spatiis orientur. Aliqui repercussionē visus nostri ad Solem, non alter atque in speculis fieri solet. Anaxagoras & Democritus conuentū duarum plurium stellarum sese illustratiū. Aristoteles siccæ exhalationis accensam congerie. Strato sideris alicuius lucem densa nube retentam, id quod & laternis euenerit. Heraclides Ponticus nubem præaltam illuc à superna luce illustratam: eandem hic barbatis, areis, trabibus, colunis, & id genus alijs, caulam assignat, ut oēs peripatetici faciūt, qui ex inflammatis vaporibus species hasce fieri dicunt. Epigenes uaporem terræ commistū, in aum eleuatum, ibiique accensum. Boethus ardentis aeris id speciem esse credit. Diogenes, stellas quidem crinitas putat, sed quæ impendens alicuius periculum significant. Anaxagoras, quas discurrentes stellas uocat, perinde atq; scintillas ex æthereo igne cadere putat, quamobrem statim quoq; extingui. Metrodorus ex Solis radijs uiolenter nubem, ut sagitta solet irruentibus, discurrentis stellæ speciem excitari. Xenophanes id genus omnia, nubium accensarum constitutiones incursiones existimat.

De tonitruo, coruscatione, fulmine, turbine, & conuolutione.

Anaximander hæc omnia spiritu contingere existimat: is n. densa nube inclusus, erupere nititur, qua parte tenuior & leuior ea fuerit: nubis disruptio, tonitruo: spiritus expatio secus nubem atram, coruscationē facit. Metrodorus cū in nubē, inquit, densitate compactā spiritus irruit, frangendo & discindendo tonat, percutiendo & diuellendo tricat: quod si inter motus festinationē à Sole quoque calorē spiritus is acceperit, fulmen autem cū impotēs fuerit, in turbinē degenerat. Anaxagoras, cū calor, inquit, frigus impetrat, hoc est cū ætheris pars, spissū aerem inuadit, crepitū, tonitruo facit: colore, quæ ex uicinitate nubis atrae permittit, coruscationē: luce uero cū multa, tū magna fulmen procreat: corpore paulo plus desolato conuolutionē gignit, nubilosiore turbinē absolut. Stoici nubiū conuolutionē, tonitruo definiunt: coruscationē, earundē accensionē attritu ex citatā: fulmen, uiolenter actae nubis incensionē: turbinē, tardius motae nubis progressum. Aristoteles omnia ista à siccis vaporibus componit, qui cum in humidos inciderint, erumpere conantur: dum igitur siccii humidos impellunt & discindunt, strepitus excitatur, id tonitruo est: dum protrudunt & erumpunt inflammantur, hæcque coruscatio est: cum uehementiori impetu tanquam è catapulta exilierint, multo magis accensi ruunt, fulmen hoc appellatur: nā turbo à conuolutione hoc differt, quod ille calidior, hæc densiori materia constat, utrumque tamen multam habet.

De Nubibus, Pluia, Nine, & Grandine.

Anaximenes ex aere plurimū densato consistere nubes arbitratur: id est ex eodem adhuc plus inspissato, pluviā exprimi putat: quod si, dum cadit pluia, gelascat, niue, & creare, & grandinē, si à uento aliquo frigido comprehēdatur. Metrodorus è uaporibus aquosissimis sublimē delatis nubes compōnent. Epicurus ex atomis: rotundari uero grandinem & pluuiam longo per aerem descensū.

De Arcu Cœlesti.

Eorum quæ in sublimi fiunt, quædam re uera corpus aliquod sunt, ut imber & grando, quædam autem quāvis solidi nihil in se habeant, inanē tamē quædam sui specie oculis nostris obiectūt, quod genus est arcus coelestis: de quo tū deniq; aliqd dicemus, si prius quo pacto cernamus explicauerimus. Quicquid videmus, vel recta, vel curua, vel fracta linea videmus. Nemo vero existimet lineas oculis alpici posse: nam cum incorporeæ sint, mēte tantum spectari queunt. Rectis lineis uidemus omnia, quæ in aere sunt: quæq; cornu, vitro, speculariæq; lapide interposito, spectamus rara enim hæc sunt, & rectis meatibus uidenda transmittunt. Curuis lineis alpicimus, quæ aquis, subsunt: quapropter & remi si quis eos è longinquō spectauerit, curui apparent: curuatur enim visus necessariō, cū sit aquæ natura dēsior aere. Fractis lineis intuemur quas in speculis uidemus imagines

PHILOSOPHICA

8

A imagines, ad quos arcum quoq; celestē referri dicimus oportere: prius tñ humidā exhalationē in nubem mutatam concipiendum est, tum roris instar ex ipsa minutis guttas manere. Cum igitur Sol in occasu, vel ortu fuerit (nā arcus Soli cōtrarius sit, oportet) tū oculi guttas, quas diximus spectantes, Solis lucē in eis refractā vident, i. arcum ipsum cœlestē: guttae verò non figuræ, sed coloris, cā sunt. Tres, n. colores arcus hēt, phoeniceū, viridem, & purpureū: phœnieceū, q. a Solis radij sinceri penè remittūtur: viridem, quia plus aquæ committi, minus puri reddūtur: purpureum, q. a magis adhuc turbidi sunt, & inter guttas dispersi. Ex ēplū sibi quisq; cōficere pōt, siq; aquā ore fumat & eam aduerso Soli compressis labijs ita propellat, ut nubis rorem imitetur: nam, si se lux ad guttas refranget, arcum protinus formari videbis: sed & qui lippientibus oculis sunt, si ad lucernā respiciāt, iridem illuc vident. Verū hæc Platonis, & Aristotelis mens est. Anaximenes verò cœlestē arcum fieri credit, quoties Sol in aduersam nubem radios mittit, quos, densa, crassa, & nigra cum sit, euadere nō sinit, sed eos in se detinet. Anaxagoras lucē Solis ab opposita densa q; nube repercuttam, arcum appellat, quem semper è regione Solis consistere dicit. Eādem quoq; causam assert, cur duo Soles, ut frequenter in Pōto cōtingit, verum Solem hinc inde astare videant. Metrodorus, cū Solis radij nubē, in qt, intrarint, tūc nubē viridē, radios purpureos apparere dicit.

B *De virginis, & Gemino Sole.*

Virgæ, quas in cœlo videmus, & soles gemini, partim corpus aliqd' habent, partim non habēt quia è nube, quam conspicimus, constant: non habent: quia color, quem spectamus, proprius ipsis non est, sed aduentitius, ut qui ex ijs rebus sit, quæ non sunt, sed apparent: hi autem omnes astri, tam qui per naturam sunt, quam qui per adumbrationem si fiunt, similes inter se sunt.

De Ventis.

A Naximander uentū existimat fluxum aeris esse, cuius subtilissimas, maximeq; humidas partes sol iam assumpserit. Stoici uentū oēm fluentis aeris impetum arbitrantur, qui uarias appellationes pro locorum diuersitate sortiatur: nam ab occasu spirās, Fauonius appellatur, ab oriēte veniēs, Subsolanus vocatur: ab Vrſa flans, Aquilo dī: ab Africa prorumpens, Africus nominat. Metrodorus uentos alios tuni cōmoueri dicit, cum sol aquosę exhalationis humorem excusserit. Etesias aut, aere iam ad septentrionem inspissato, recedentem solem peracto solsticio subsequi.

De Hyeme, & Aestate.

Empedocles & Stoici hyemem fieri dicunt, aere præualente, sursumq; sua se densitate protrudente: æstatem autem contra, igne inualescente, ac se deorsum ad nos agente.

C *De Terra.*

T Hales, & qui ab eo deriuarunt philosophi, unam tantum terram esse dixerunt. Pythagoreo um aliqui duas, hanc, & huic aduersam aliam. Stoici unam & finitam. Xenophanes infinitam ex ea parte, qua deorsum tendit, atq; ex acre & igne compositam esse. Metrodorus terram aeris, solem ignis sedimentum existimat.

De Figura Terræ.

Thales & eum secuti, terram rotundam arbitrantur. Anaximander columnæ similem, quæ tñ planam, non rotundam superficiem habeat. Anaximenes mensē: Leucipus tympani figuram habere credit. Democritus disco quidem similem, uerum magnitudine concavam putat.

De Situ Terræ.

Qui Thaletem secuti sunt, terrā in medio positam arbitrantur. Xenophanes primam, ut quæ in infinitū radices suas porrigat, Philolaus Pithagoricus ignem in medio statuit, quē totius naturæ meditulum censeret: supra quem terram huic nostræ contrariam, & inde nostram collocat quā ex opposita sitam illi dicit, & circa eam ferri: quamobrē eos, qui illic sunt, à nobis videri non posse. Parmenides oīum primus terrā extra duos circulos habitabilem dixit, solstitialē, & brumalē.

D *De Inclinatione Terræ.*

Leucippus terram in austrum propendere credit, ob exilitatem, quæ adest illi parti, eo quod septentrionalis plaga, quæ summis algoribus infestatur, compaēta sit, australis autem è contrario combusta. Democritus demississe sele ad meridiem terram putat, quia satis ea, quæ illic nascentur sustinere non possit: nanque septentrionem, cum intēperie labore, pauca gignere: meridiem, bene temperatus cum sit, multa proferre, quæ aucta terram deprimunt.

De Stabilitate Terræ.

Cæteri quiescere, Philolaus moueri terram asseuerat circa ignem per obliquum circulum, eō more, quo Solem & Lunam uidemus. Heraclides Ponticus, & Ecphantus Pythagoricus, quamuis moueri terram dicant, non tamen eam locum suum exire concedunt, sed instar rote circa proprium centrum ab occasu in ortum ferri. Democritus initio terram, leuior & rarior cum esset, uagasse fatetur, uerum procedente tempore grauorem & densiorem factam, constitisse.

De Divisione Terræ.

Pythagoras ad imitationē cœli terrā quinq; cingulis distinxit, septentrionali, solstitiali, aequinoctiali, brumali, & australi: horū medius & duo proximi mediā terrā cingunt, atq; pars hæc cōbusta

DE HISTORIA

busta nuncupatur, utrinque quod succedit, usque ad australem & septentrionalem cingulum, unde E
ne temperatum cum sit, habitabilis regio dicitur, inde quod superest, nimio gelu torpescit.

De coniunctione Terra.

Thales, & Democritus terrae motus causam in aquam referunt. Stoici concussionem terra sic definiunt: Terrae concussio est exitus vaporis humidi e subterraneis locis in aerem prodeuntis. Anaximenes terrae siccitatem, & humiditatem commotionis causam assignat, quarum illa est, hanc pluvia gignit: Anaxagoras terram tremere putat ob inclusum aerem, qui cum in suum pfectum terrae incidat, nec ea prae densitate penetrare valeat, ambientem locum succutit. Aristoteles ob frigiditatem vndeque ambientem, & in abeuntis locum succedere volentem: nam exhalatio leuis & calida cum sit in superiore locum euadere nititur: sed cum viarum angustijs, & obliquitate impediatur. ac succedenti quoque locum dare cogatur, conatus, & altercatio vehemens oboritur, ex qua comoueri terrae oportet. Metrodorus rem nullam asseuerat, modo proprium locum obtineat, moueri nisi uiolenter inde propellatur, vel abstrahatur: quamobrem terram quoque sua in sede morantem commoueri non posse, parres tamen eius interdum loca inter se se comutare. Parmenides, & Democritus terram æqualiter vndeque recessisse, æqualiter quoque cunctis propendere dicunt, nec here causam, ob quam plus hic, quam illuc, vergat: hincque fieri, ut vibrare se possit, mouere tamē F non possit. Anaximenes ideo terram succuti putat, quia terram, lata cum sit, aeris tanquam vehiculo insidere credit: alij, quia perinde atque crusta, seu tabula mari incumbat. Plato sex genera recti motus enumerat, sursum, deorsum, in dextram, in leuam, ante, retro: horum nullo terram moueri cōcedit; nam, cum non habeat quod plus inclinet, immota remanet, quædam tamen eius loca concava ab inclusis flatibus agitari. Epicurus fieri posse dicit, ut ab inclusu, crassoque aere, ut qui aquæ natum adhuc sapiat, terra concutiat, & ueluti subter pulsata quatatur: fieri quoque posse concedit ut, cauernosa cum sit, ab intercluso spiritu hue illuc per cauernas discurrente commoueatur.

De Salsedine Maris.

A Maximander humoris primi reliquias mare existimat, maiori nanque parte, quæ dulcis erat, igni consumpta, reliquum, quod extenuari non potuit, amarum substituisse. Anaxagoras, cum, inquit, inter initia stagnaret aqua, continua solis obambulatione vii coepit, atque ita factum est, ut pingui in vapores ablato, reliquum & amarum, & saluum remanserit; Empedocles terram putat Solis caloribus æstuantem sudorem fundere, eumque maris fluctibus elutum falso dinis causam esse. Antiphon quoque sudorem corporum æstuantium mare credit. Metrodorus G mare putat tanquam per colum à terra transmitti, atque ita crassitatem & falsedinem ab ea mutuari; non aliter atque transmissa per cineres aqua solet. Platonici, aquam dicunt, quæ gignitur ex aere frigoris opera, dulcem esse: quæ verò caloris ope resudat, aut euaporat, saltem.

De Accessu, & Recessu Maris.

Anaximenes, & Heraclitus solem dicunt ventos cōplures excitare, & circunducere: flantibus igitur ventis, Atlanticum mare pelli, pulsū intumescere, tumens litora inundare: rursus cessantibus ventis aquas retrahi, hincque recessum, illum accessum esse. Euthymenes Massiliensis ad incrementum, & decrementum lunæ, mare crescere, & decrescere iudicat. Plato, mare attolli credie aquis insurgentibus: subsidere, descendantibus: ostium enim quoddam esse per quod aquæ ultro citroque reciprocant, indeque maris accusum, & recursum fieri. Limæus complures fluuios è Celerum montibus in Atlanticum pelagus labi putat: horum incursu protrudi, & inundare mare credit, defectu reuocari, & subsidere. Seleucus, cum ipse moueri terram opinetur, existimat eam sua conuolutione in Lunæ obuolutionem incidere, sicque afflatum inter duo corpora repercussum, in Atlanticum pelagus irruere, quo impetu maria cuncta attolli credibile est.

De Incremento Nili.

T Hales, Etesias ventos aduersus Aegyptum flantes Nilum attollere credit: nā cum aduenient H tis pelagitorum ipsum erumpere non sinat, increscat oportet, & alueū exeat. Euthymenes Massiliensis externis oceani maris aquis, quas ipse dulces existimat, Nilum augeri putauit. Anaxagoras Aethiopæ niuibus, quæ per hyemē densatæ, æstiuo tempore liquefiant. Democritus & ipse niuibus, sed quæ in septentrione sint: peracto nanque solstitio resolui niues illic indicat, & eas in vapores primum, ac nubes mutari, tum ab Etesiis in meridiē, & Aegyptum expelli: repentinis itaque illic imbre effundi, quibus Nili paludes restagnent, & Nilus ipse abundet. Herodotus is, qui conscripsit historiā, & qualem dicit æstate, & hyemē Nilum è fontibus manare, per hyemē tamen minorē eum videri, ob Solem, qui tum vicinus Aegypto discurrens, eius aquas extenuat. Ephorus historiarum scriptor & ipse, narrat æstiuo tempore Aegyptum vniuersam laxari, atque ita magnā aquarum vim erumpere: Arabiam quoque & Libyam, tara, arenosaque terra cum sint ad id plurimum contribuere. Eudoxus ab Aegyptiis sacerdotibus se accepisse memorat, permutationem æstatis in hyemem causam esse, vt Nilus quotannis exundet: nam, quando nobis, qui sub Cancro degimus, æstas ingruit, habitantibus sub Capricorno hyems adest: quo fit, vt inde aduentus Nilus, continuis pluviis austus increscat, & ruptis alueis latissime spatietur.

De

PHILOSOPHICA

A De Sensu.

Sensum ita Stoici definiunt. Sensus est rei sensilis cōprehensio. Multis autem modis sensus dicitur, nam & habitus, & potentia, & actus, & imaginatio ea, quæ per instrumentum aliquod res comprehendit, & id postremo, quod ipsi octavo loco numerant animæ principatū, a quo sensus omnis manat. Rursus instrumentum sensus appellatur, spiritus intelligēs a principatu animæ in membra sensuum missus. Plato sensum enunciāt corporis, & animæ societatem, ad ea quæ fōris sunt cognoscenda: uim nanque, quæ id facit, animæ instrumentum quo facit, corporis esse: cōueniunt autem utraq; ad ea percipienda, quæ extrinsecus posita sunt. Leucippus, & Democritus sentire, & intelligere nos putāt e simulachris rerum nobis obuiantium, nemin enim intelligere aut sentire posse, cui simulachrum eius rei non occurrat.

B De veritate sensuum, & imaginationum.

Stoici sensus omnes veros arbitrantur: imaginationum uero quasdam veras, alias falsas: ac sensum quidem uno tantum modo falli, in ijs, quæ ad intellectum pertinent: imaginationem uero tam in ijs, quæ ad sensum, quam in ijs, quæ ad intellectum spectant, aberrare. Epicurus tam sensum quam imaginationem ueram putat, sed opinionum alias falsas, alias veras esse.

C De numero sensuum.

Stoici quinq; particulares sensus enumerant, uisum, auditum, olfactum, gustatum, & tactum. Aristoteles sextum quidem non addit, sed cōm quendam sensum omnium iudicem constituit, ad quem singuli sensus sua uisa renunciant: is n. singula discernit, & quo mō ab una re ad aliam ventū sit docet, veluti figura vel motu. Democritus plures sensus bruta, q̄ deos, habere creditit.

D De Notionibus, anticipatione, & ratione.

Cum inquiunt Stoici, homo nascitur, præcipuam animæ partem habet, perinde atq; mēbranam scribendis literis aptam, siquidem in ea notiones quasq; notat. Primus adnotandi modus est qui per sensus fit, ut si qui tunicam albam uideat, is ea remota tunicae memorā habet: ac si multoq; ipsam videat, multas memorias habebit: memoriae multæ, experientia nūcupantur, experientia quippe nihil aliud est, q̄ eiusdem rei specie plures memoriae. Notionum autem alię natura fiunt, quo diximus pacto: aliæ disciplina, & arte comparantur: atq; hæ tantum notiones appellantur, illæ anticipatioes ēt nominantur. Ratio uero, qua rationales dicimur, anticipationibus intra primum ætatis septenarium completur: est autem discursus de re imaginabili: res autē imaginabilis simul atq; in rationali anima sulcepta est, ratiocinatio dicitur, nomine a ratione dico. Quapropter in reliquis animalibus imaginabilis res non cadit, uerum in nobis tantum, & in ijs: sed quæ in nobis cadunt, ea genere imaginabilia sunt, specie uero discursus.

E Do Imagine, imaginario, imaginatione, & imaginabili.

Chrysippus inter se differre quatuor hæc existimat, imaginē, imaginariū, imaginationē & imaginabile, ut Imago sit aliæ affectio, q̄ tā se, q̄ auctōrē ostendat: ueluti, cū qs albedinē intuet, ex affectu affectio qdā in illius aīo nascitur, eiq; res ipsa, q̄ alba est, responderet: q̄ de uisu diximus, id quoq; de reliquis sensibus censeatur. Imaginarium aut id est, q̄ in aīo sui imaginē causare pōt, cuiusmodi sunt alba, frigida, & omnia quæ exteriōres sensus mouere possunt. Imaginatio affectio est animi nullo quinq; sensuum obiecto, sed potius quadam animi propensione excitata, sicut tyronibus contingit, qui se ad prælium exercentes speciem hostis cōcipiunt, & aduersus eam ictus suos dirigunt: nihil tā ipsis adeſt, q̄ ense diuerberent: nihil igitur extra imaginationi quemadmodum imagini responderet. Imaginabile aut est illud, in quod inani quadam imaginatione ferimur: atq; crebro hoc euénit in ijs, qui atrabile, & furore laborat, quales Orestē & Theoclymū legimus.

F De modo videndi.

Democritus, & Epicurus ē re uisa simulachrū quoddā attolli putant, idq; in oculos aspiciens incidere: non nulli radios ab oculis ad res egredi, & inde ad oculos reuerti, cōcedūt. Empedocles radios simulachri cōmīscet, cōpositūq; istud radios simulachri noſat. Hipparchus radios inquit utrq; ab oculo ad res peruenire, atq; earum superficiem tāquam manū attrectare, & sic rem foris uisam intus renunciare. Plato uidere nos censem duorum lumen conuentu: uno, qd ab oculis emissum ad certam distantiam prodit: altero, quod ē rebus consurgens obuiā, pcedit: aerem uero, q̄ medius interuenit, affinis luci cū sit, facile utriq; cōgressum præbere, præsertim cum ignea uis oculorum ad id plurimū cōducat: atq; hæc est, q̄ Platonis collustratio nūcupatur.

G De speculorum imaginib⁹.

Empedocles a rebus uisis, quos simulachri radios appellat, effluere dicit: hos in superficie speculi collectos ab ignea ui, quæ de speculo prodit, & secum trahit aerem: in quem radij feruntur, ostendit. Democritus, & Epicurus, in speculis simulachrum illud uidere nos credunt, quod assidue manat ē nobis: nā simul atq; in speculum incidit, cum ulterius tendere nō possit, conuertitur, atq; ita se in nobis inspiciendum exhibit. Pythagorici eas imagines fieri censem ex cōfractis uisu nostri radijs: feruntur enim, ceu ferrum intenti, sed speculi densitate, & leuore retusi, in se se redeunt, non aliter atq; manus solet: quæ si quid offendat, ad hominem se retorquet. Hoc ad superius caput potius attinere uidebitur: sed illuc, & alia quoque referri possunt.

DE HISTORIA

De tenebris.

Stoici tenebras uideri dicunt: ex oculis enim in ipsas lucem quādam prodire: nec te uera faliū uisum, sed tenebras comprehendere: nam tenebræ uisum colligunt, intercipiunt, ac retundunt: lux autem eundem dispergit, extendit, & ad res usq; uidendas producit quamobrem aer lucidus, mediū uicem nobis præbet: tenebrosus, obiecti. Chrysippus ita nos uidere inquit: à principali facultate animi spiritus, non ater, aut obscurus, sed igneus, & splendens, ad oculorum pupulas mititur: inde si propinquus aer similis, hoc est lucidus, fuerit, in coni morem ad res usque se profundit: si dissimilis id est opacus extiterit, tenebris obuiat, atque sic eas aspicit.

De auditu.

Empedocles audire nos censem, aere partem intimam aurium impellente: ea siquidem in modum cochleæ obuoluta, ac tanq; tintinnabulū edito in loco suspensa, irruentis aeris pulsus oī agnoscit. Alcmæon autem istud idem fieri dicit: q; aures intus uacuae sint: uacua namq; oī resonare, quoties in ipsa uox aliqua feratur. Diogenes aerem, quem in capite habemus, percuti uocibus, & cōmoueri credit. Plato & qui ipsum fecuti sunt philosophi, pulsari uolunt aerem, qui aribus insidet, pulsum in principalem animæ sedem ferri, sensumq; sic auditus illic committi.

F

De olfactu.

Alcmæon in cerebro præcipuam animæ partem cōstituit: atq; ipsam odores inter respiradū atrātos percipere censem. Diogenes autem, qui ipsam in cordis arterijs ponit, unā cum spiritu, qui ad pulmonē discēdit, odores quoq; cordis sinus ingredi putat: atq; ideo, cū quis grauiter spirat, ut qui destillationibus laborant, exasperatis, & inuiscati plena meatibus, odores nō percipere.

De gustu.

Alcmæon, cū humiditate, & tēperato calore, tū mollitie, sapores internocere linguā arbitratur. Diogenes aut, q; instar Spongæ rara, & tenera sit, sapores cōbibere, & eos uenas, quæ plurimæ ad ipsam perueniunt, in cor trāsmittere censuit.

De voce.

Plato uocē ita definiuit. Vox est imperio cogitationis emissus ore spiritus, & aer impulsus, qui per aures, & cerebri neruos in animū usq; peruenit: prie uero hoīum locutio, improprie aliorū quoq; animatiū sonitus, & mutarū etiam rerū crepitus, uox appellatur. Epicurus uocem asseuerat atomorum fluxum, qui ē loquentibus, sonantibus, aut aliter strepentibus prodit: has autem atomos ad sibi similes primum effluere: sibi similes appellat, quæ simt eiusdem generis, ut rotundæ rotundis, triangulæ triquetris: demum auribus impingentes, uocem sensum istic cōmittere: colligi uero, quod dicit, tum ex utribus, cum multo pleni efflant, tum ex infectoribus, q; uestibus insufflare consueuerunt. Democritus aerē quoq; dicit in similes atomos scissum, una cū uocis atomis ad aures usq; conuolui: nam ut in puerio est, gracculo gracculus astat, & similia Deus semper coniungit. Stoici non ex atomis compositum, sed per totum continuum aerem esse, nec inter sparsum uacuum habere contendunt: pullus igitur aer a spiritu, fluctuat in gyrum, non alter atque stagnū solet inecto lapillo: illud tñ interest, q; aquæ superficies subinde maiores circulos cōmittit, aer āt undiq; totus in orbes exūdat. Anaximander uocem oriri putat, cuna aer spiritū repercutit, & eū ad aures usque retorquet: quo modo cōficitur, & quā noīamus echo.

G

De voce corpus ne sit, nec ne.

Pythagoras, Plato, & Aristoteles, incorpoream uocem arbitrantur: neq; enim aerem ipsam esse sed aeris superficiem certo quodam oris impulsu figuratam. Stoici corpus defendunt: nam omne, quod agit, aut etiam facit, corpus est: uox autem, & agit cum in auribus nostris resonet: & facit, cum in sensu, quod percipiāmus relinquat. Insuper omne, quod mouetur, corpus est, uox mouetur: nam si in loca polita incidat, ut pilam a pariete, sic uocem ad nos inde reuerti uidemus; id quod in Aegypto comprehendi facile potest: si quis enim intra Pyramides semel inclamat, quater aut quinques subinde uox eadem remittetur.

H

De precipua animæ parte, & quomodo singula comprehendat.

Stoici supremam quandam animæ partē statuunt, quam principalem facultatem, & rationē appellant. Ab hac septem alias deriuari uolunt. Vilum, quem definiunt spiritū à principali facultate in oculos usq; protensum: Auditum, quem similiter describunt spiritum à principali facultate in aures extentum: Olfactum, quem eodem modo spiritum dicunt, à principali facultate ad nares usq; productum. Gustatum, quem itidem inquiunt spiritum a principe facultate in linguam transmissum: Tactum, quem & ipsum quoq; spiritum aiunt a principali facultate delegatum, in vniuersam corporis superficiem, quò illud omnia comprehendenter, quæcunq; adhucē do uel prodeſſe uel obesse nobis possent. Supersunt duo, quorum unum seminis procreatrix facultas nominatur, quam item definiunt, spiritum a principali facultate missum in membra semi-ni conficiendo deputata: alterum uocis artifex facultas nuncupatur, quam similiter, & ipsum inquiunt spiritum a principali facultate missum in membra formandæ uoci accommodata.

De sede principatus animæ.

Democritus, & Plato, sedem præcipuæ partis animæ in toto capite statuunt. Strato in ea capitis parte, q; supercilijs respondet. Eralistratus in membrana, quæ inuoluit cerebrum. Herophilius in

A Ius in cōcavitatibus cerebri. Parmenides, & Epicurus in toto pectori: Stoici cuncti in toto corde, uel spiritu cordis. Diogenes in arterijs cordis solum, quæ spiritum continent. Empedoles in sanguine. Quidam in ceruice cordis, alij in membrana uestiente cor, nonnulli in septo transuerso. Iuniores quidam in ea corporis parte, quæ a capite ad septum transuersum peruenit. Pythagoras uitalem facultatem in corde, mentem aut, & rationem in capite tanquam in arce, habitare creditit.

De Respiratione.

E Mpedocles initio respirationem fieri sic arbitratur. Cum primum foetus humor incipit mui, nam plurimus in eius ortu fuit, tum primum aer ad uacuum replendum patetibus meatibus succedit: postea calor innatus erupere cum uelit, aer foras ejicit, & eo reuertente, rursus aer subse quitur: hoc inspiratio, illud expiratio, cognominatur. Nunc aut sanguine occursu suo per nares aetere pellente, & recursu eundem attrahente, respirationem offici iudicat. Idque nos in clepsydris spectare monet. Asclepiades pulmonem infundibili uicem prestare dixit, causamque respironis esse attenuatum aer in cōcavitate pectoris: illuc enim externus aer, qui crassior sit, fertur, & inde reuertitur: cum pectus tale sit, ut neque multum aeris continere, neque prorsus eo carere possit. Is igitur qui in pectori subsistit aer, tenuior paulatim efficitur: & quia totus simul nequit excerni, ingrediens ponderi cedens, foras egreditur: non aliter ac in cucurbitulis evenit. Idem voluntaria respiratio esse credit: collectis quibusdam angustissimis meatibus, qui pulmoni insunt, & uoluntati nostrae obtinerant. Herophilus motricem facultatem relinquit in nervis, in arterijs, & musculis: pulmonemque censet motus quatuor habere, unum, quo extra positum aer attrahit: alterum, quo attractum in pectus exprimit: tertium, quo expressum denuo recipit: quartum, quo receptum foras demum eiicit. Sed hi motus partim quatuor, partim duo sunt: nam primum, & tertium pulmonis extensio facit: secundum, & quartum eiusdem uisceris contractio peragit. Pectus autem bis tantum mouetur, semel cum se dilatet, & aer, a pulmone adducit; iterum, cum se colligit, & acceptum anhelitum eidem restituit.

De Affectibus.

Stoici sensus in principali facultate animi collocant. affectus in membris, quæ afficiuntur. Epicurus utrosque in membris affectis reponit. Strato tam sensus, quam affectus, in principe animi facultate statuit: in ipsa siquidem tolerantiam sitam esse, quemadmodum ex doloribus, & cruciatibus colligi potest: quos fortes intrepide subeunt, meticulosi plus aequo formidant.

De Divinatione.

Plato, & cum eo Stoici, diuinationem admittunt, quæ uel numinis alicuius presentia, uel propriæ mentis diuinitate, uel solito per somnum animo, celebratur. Verum hi plura diuinationis genera probant. omnia Xenophanes, & Epicurus tollunt. Pythagoras aruspicinam tantum improbat. Aristoteles, & eum secutus Dicaearchus duas relinquunt, somnium, & furem: nam licet animas immortales esse non concedant, eas tamen diuinum in se quiddam habere fatentur.

De Insomnijs.

Democritus insomnia fieri putat simulacrorum obseruatione. Strato cogitationem, aliam quandam naturam in somnis habere: tunc enim melius ipsam sentire credit, atque ideo magis est cognoscere. Herophilus partim a Deo submitti somnia dicit, quæ necessario contingere iudicat: partim a natura configi, cum animis rerum sibi utilium uel futurarum etiam formas effingit: partim casu fieri, confusa hec sunt, & imaginum occursu procreata: tunc enim ea spectantur, quæ desideramus, id quod amantibus evenit, qui sibi per somnum amicas tenere videntur.

De Semine.

DAristoteles, excrementum ultimi alimenti semen definiuit, quod in se uim conficiendi tale aliiquid continet, quale est, id a quo projectum est. Pythagoras optimi sanguinis spumam semen asserit: vel nutrimenti partem quādam superabundantē, qualis & medulla, & sanguis est. Alcmæon cerebri particulam. Plaro spinalis medullæ profluuium, Epicurus corporis, & animæ modicum quiddam auulsum. Democritus ab omnibus præcipuis corporis partibus semen derivari credit, ut ossibus, carne, venis.

An semen corpus sit.

Leucippus, & Zeno, corpus ipsum dicunt: semen enim pars est animæ, anima vero secundum eos corporea. Pythagoras, Plato, Aristoteles, uim seminis, quæ ipsum ceu mens disponit, incorpoream: affusum autem humorem, corpus asseuerant. Democritus, & Strato, vim quoque corpus esse contendunt, spiritus cum sit.

An femina semen afferat.

Pythagoras, Epicurus, & Democritus, foeminas quoque semen effundere censem, seminales alueos cum habeant, qui in uterum ex aduerso profluunt: atque istud causam esse, ut etiam mulieres seminis usum appetant. Aristoteles, & Zeno, humorem quidem eas emittere concedunt, non tamen concoctum id semen esse dicunt, verum ex congressus fatigatione, quendam veluti sudorem. Hippo foeminas non minus maribus semen effundere opinatur, quicquam tamen ipsum ad conformatiōnem foetus non conducere, cum extra uterum incidat: hinc mulieres aliquot, viudas præsertim, absque virili concubitu semen interdum emississe.

DE HISTORIA

E

De conceptu.

Aристотелес concipere foeminas arbitra vtero mestruis expurgato: cū mensib' nāq; puri sāguinis quoq; portionē quādā descēdere, q virili semini cōgrediens foerū exordit. Im pediri vero cōceptū iudicat, vteri īmunditia, animi cōsternatione, mulierū sterilitate, vitorū īpotentia.

Vnde Mares Foeminae nascantur.

Empedocles pro caloris frigorisve conditionibus mares foeminasve gigni p̄nunciat: hinc q; il lud, quod fertur manasse, primos masculos in oriente, & meridie natos ē terra, foeminas autem sub septentrione, & occidente. Parmenides oppositum sentit, mares ob densitatem in septentrio ne, foeminas ob raritatem in meridie genitas. Anaxagoras tum masculos procreari dicit, cū dextræ partis semen, in dextram uteri ceciderit, & sinistræ in sinistram: foeminas autem cum locorū permutatio facta fuerit. Cleophaes, cuius mentionē fecit Aristoteles, mares e dextro, foeminas ē lœuo testiculo prodire credit. Hippoanax in naturam seminis causam refert: nam si ualidum & compactum extiterit, mares: si imbecillum, & defluens, foeminas procreat.

De monstribus.

Empedocles monstra nasci dicit, si multum fuerit semen, si paucum, si diuulsum, si euaniūdum, si inordinato motu immisum. Strato, uel quia additum uel quia detractū, uel quia transpositum, vel quia tumidum aliquid sit. Nōnulli medici quia tunc vterus spiritu distortus fuerit.

F

Cur mulieres, quamuis frequenter concubant, raro tamen concipiānt.

Diocles medicus s̄æpe concubentes foeminas raro concipere iudicat, uel quia semen nō emit- tant: uel quia minus, quam conueniat: uel quia tale, ut in eo uis prolificā non sit: vel quia caloris frigoris, humiditatis, siccitatisq; plus minusve, quām par sit, habeat: uel denique quia resolutus uterus, semen non contineat. Stoici uirilis mēbri obliquitatē culpant, ut qui recte semen iacu- lari non possit: item genitalia si inter se parum conueniant, ueluti cum uterus introrsum absi- stit, penis autem illuc non attingit. Erasistratus uterus tantum accusat, qui modo latior est, quā deceat, modo angustior: aut callos habeat, quibus uteri meatus obstruantur.

De Geminis, & trigeminis.

Empedocles abundantia seminis, & distinctione, duos tresve simul infantes concipi dicit. Asclepiades id ipsum naturæ seminis ascribit: nam ut hordeum reperitur, quod duarum, & trium ordinum spicas gignit, ita fertilissimum semen extat, quod duos pluresue fētus procreat. Erasi- stratus in apprehensionem matricis causam refert, ut in brutis quoq; contingit: nam earum ute- rus cum bene purgatus fuerit, tūc ad concipiendum semen descendit. Stoici uulua dicunt habe- re loculos: cum igitur in duos semen inciderit, geminos: cum in tres abicerit, trigeminos fētus edi.

G

Vnde similes parentibus filij gignantur.

Empedocles fētum illi similem fore dicit, cuius semen superarit: dissimilem, si calor qui semen insequebatur euaporarit. Parmenides ē dextra parte uteri patri similem prodire infantem arbitratur, ē sinistra matri. Stoici à toto corpore, & anima semen descendere censem, eiusque unam quamq; particulam ad similitudinem membra illius, a quo descendit, componi perinde, ac si pi- etor astaret, qui ex alicuius inspectione uultum similibus coloribus effingeret: atq; hoc pacto ge- neric forma figuraq; retinetur: Cum uero tam mater, quam pater semen effundat, si matris se- menuincat, matri similem filium nasci: si uincatur, patri.

Cur dissimiles parentibus filij nascantur.

Complures medici casu, & fortuna id eueniē putant: nam simul atq; tam maris, q; feminæ, se- men refrixit, dissimiles parentibus nati reddūtur. Empedocles ad mulierum cogitationem, quam inter concipiendum habuerunt infantes, formari credit: siquidem illas, q; p̄ctam imaginem sta- tuamve aliquam eo tempore adamabant, imaginibus statuisq; similes fētus plerunque genuisse. Stoici tacita quadam discordia radiorū & simulachrorum mentis, quo tempore semen effluebat, parentibus filios dissimiles reddi arbitrantur.

H

Vnde Mares infæcundi, foeminae steriles s̄ant.

Medici foeminas steriles inquiūt uteri dēsitate, raritate, duritie, obstruktione, q; vel caro uel cal- lus faciat. itē animi lāguore, corporis tabe, & eiudē malo habitu: uel demū, q; a distortus conuul- susve sit vterus. Diocles viros infæcundos arbitratur, vel q; a semen prorsus nō emittunt, vel quia minusq; conueniat, uel q; a infæcundū, vel quia vieto pene sint, aut ita distorto vt iaculari semen in uterum non ualeat, aut ita pusillo, ut in uulua non ascendat. Stoici discordes cœuntium ui- res qualitatesq; culpant, quas si quis diuellat, & sui generis alteri coniungat, euincet natura, & fe- tum procreabit.

De Multorum Sterilitate.

Alcmeon multos ideo non generare credit, qđ genituram nimis tenuem habeant, id autem fri- giditye contingit: multis autem non concipere, quia ipsarum uulua non hiscat, id est os nō pan- dat. Empedocles in eius paruitatem, & angustiam causam refert, ut quam p̄x exiguitate, cum eiām uentri retorte cohēreat, nec iactus seminis attingat: nec, si attingeret, ipsum excipere pos- set. Diocles Empedocli consentit, se plerunq; in dissectionibus uidisse scribens mularum uulua oblique collocatas: euenire q; ut ea de causa mulieres quoque non concipiānt.

An

A

An fætus in utero sit animal.

Platon foetum in utero adhuc existentem, animal idcirco arbitratur, qđ se moueat, qđ alime-
tum capiat, qđ demum increscat. Stoici contra partum ipsum uenris defendunt: non aliter
.n. infantes, atq; fructus, quos, arborum partes esse constat, cum maturuerint, decidere. Empedo-
cles & ipse respirare quidem, non tamen animal esse foetum in utero putat. Diogenes sine ani-
ma partus effundi sentit, magno tamen calore præditos, qui statim ut in lucem editus est infans,
in pulmonem conuenit, & ex eo loco frigentem aerem trahit. Herophilus naturales motus in-
fantibus relinquunt, spirationem adimit: motionum autem instrumenta neruos esse: sed partum
tum denique animal euadere: cum primum editus aerem attrahere coepit.

Quomodo Fætus in utero nutritur.

Democritus, & Epicurus, infantes dicunt in utero cōmorantes nutrimentū ore suscipere: hinc
fieri ut in lucem editi partus, mammillas quam primum ore conquirant: nam, & intra uulnā pa-
pillas quasdā esse è quorum foraminibus alimentum ducunt. Stoici per umbilicum foetibus trās-
mitti nutrimentum afferunt: hac de causa obstetrices ipsum statim, ut quis editus est, ligare con-
stueisse: orisque rictum digitis aperire, quo cibus aliunde iam conquiri incipiat. Alcmaeon, perin-
B de atque spongias, undique toto corpore alimentum fætus assumere creditit.

Quid primum in utero absoluatur.

Stoici membra patiter oīa cōpleri dicunt. Empedocles spinā primo, q carinę spēm inter corpo-
ris mēbra p se fert. Alcmeō caput, in quo princeps aī facultas consistit. Aristoteles cor, a quo ue-
næ pulsantes, & quietæ originē dicunt. Aliqui magnū pedis digitū. Quidā umbilicum malunt.

Cur Septimestris infantes vivant.

Aristoteles, & Hippocrates, ita hac de re sētiūt: "Si intra septē mēses uterus impleatur, deor Hippo. in lib.
sū inclinat, & id qđ editur uiuit. Sin impleatur qđ sursū aūt repat, foet' qđ in octauū mē- de septi. par-
sē ortū differt: sed cū extēsione debilitat' umbilic', alimentū uix adducere qat, infans ubertim, ut pium. tu ad princi-
solebat, nō nutritur, atq; ideo semienect' fame nascitur. Quod si nonū mensē expectet, utero iam
descendente, tū, quoq; integer egreditur." Polybus dies centū octoginta duos, & dimidiū suffice- In eodem in
reputat, ut ortus aliquā: qđ ipsatiū q̄uis sex mēses cōphendat, septimū tñ cōputatur, q̄a dies principio.
ultimi septimū mensū incurruunt: tot aūt diebus a bruma ad solstitiū Sol puenit, ac redit: Octo ue-
ro mensū nō uiuere, q̄a sursū rediens uterus umbilicū distendat, distentus nō facile nutrimentum
transmittat, atq; ideo foetū imbecillē reddat. Mathematici octauū mensē ideo nascentibus ini-
Cmicum pronunciāt, quia nulla societate octauū zodiaci signum cum primo teneatur: septimū
amicum, q̄m opposita radiatione iungatur: qđ si quis octauū mēse nascatur, & uitiat, infelicē, &
breuem omnino uitam traductu rum. Sunt autem a se inuicem disiuncta Aries, & Scorpius, Tau-
rus, & Sagittarius, Gemini, & Capricornus, Cancer & Aquarius, Leo & Pisces, Virgo, & aries, Li-
bra, & Taurus. Diocles, & Empirici scire se dicunt octauū mēse natos uiuere, infirmos tñ eos, at-
que iō frequenter mori. Timaeus duodecim mēsibus partū gestari creditit, nouem tñ eos interdū
existimari, interdum & septem, quia non semper statim a conceptione menstrua supprimantur.

De ortu Animalium.

Qui mundum genitum dicunt, aīalia quoq; genita cōcedūt, & interitura: qui ingenitum af-
serunt, ea sibi uolunt semper succedere, partes. n. mūdi sunt aīalia. Quamobrem Anaxa-
goras, & Euripides, nihil inquiunt, interit eorum, quæ sunt, sed in aliud commutatum, diuersam
speciem suscipit. Anaximander in aqua putat animalia primum orta, spinolisq; corticibus inuo-
luta fuisse: uerum postea cum ætatis pcelsu in siccum exiuiscent, obtrito cortice modicum tēpus
superuixisse. Empedocles animalia primum edita, quemadmodum & stirpes etiam nequaquam
inter se recte commissa credidit, sed parum conuenientibus partibus composita: secundo nata, sic
D. inter se partibus iuncta dicit, ut quales nunc statuæ sunt, tales viderentur: tertio postmodum or-
ta membris ex se prodeuntibus extitisse: quarto demū in genita non amplius ex uno aliquo si-
mili ut terra uel aqua constitisse, verum è se, iam fæmīnarum pulchritudine ad procreandum
viros incitante. Cuncta uero animalia pro temperaturæ conditione quatuor generibus esse di-
stincta: sponte nāque alia aquas petunt, tanquam naturæ suæ plus accōmodas: alia aerem adeūt,
quod eius in se plurimum contineant: alia terram incolunt, ex eo quia suapte grauitate illuc tra-
hantur: alia toto pectori uocem effundunt, quod æquali temperatura constituta sint.

De Generibus animalium: Et an omnia sensu prædicta rationis usum habeant.

Exstat liber Aristotelis, in quo quathor generibus animalia facit, terrestria, uolantia, aquatica,
cœlestia: stellas nanq; sac cœlum ipsum arbitratur animal ī mortale, ratione q; præditum. Demo-
critus, & eum secutus Epicurus, cœlestia non enumerat. Anaxagoras animalia cuncta rationenq;
agendi quamvis continere non dubitet, omnibus tamen, quam possiblement, & mentisinterpretē
appellamus, non cōcedit. Pythagoras, & Plato, bruta quoq; rationem habere fatentur: corporis
autem intemperie rationis usu carere, præsertim cum loquendi facultatem nō habeant, ut canes
& simiæ, quæ licet aliquid ganniant, nō tamen illud quicquid id est, eloqui ualent. Diogenes, &
ipse nō expertia quidem bruta rationis afferit & intellectus, uerū partim corporis crassitie, par-

DE HISTORIA

tim humore nimio, nec discurrere, nec aduertere, sed affici perinde, atque furentes solent, in quibus præcipua animi facultas delinquit.

Quanto tempore fœtus in utero formetur.

E Empedocles in hominibus à trigesimo sexto die fœtum incipere dixit, unde quinquagesimo partibus omnibus absoluī. Asclepiades in masculis q̄ calidissimi sint, uigesimo sexto die mēbra distingui, quinquagesimo consummari credit̄, quoīdam tamen etiam intra hoc tempus for mari. fœminas autem intra duos menses incipere, quarto compleri, frigidiores cum sint: alias autem animantes ex elementorum facilis congressu pariter totas & inchoari, & absoluī.

Ex quibus elementis membra singula constent.

Empedocles carnem ex æquali quatuor elementorum portione constare uoluit, neruos ex igne, terra, & aquæ partibus diuibus: unguis ex neruis, aeris contactu refrigeratis, ossa ex aquæ, & terræ partibus æqualibus composita quidem uideri, constare tñ è quatuor elementis, in quibus signis, & terra dominantur; sudores, & lachrimas, attenuato, & eliquato sanguine manare.

Quo tempore huomo perfectus sit.

Heraclitus, & Stoici homines inquiunt perfectos esse, transacto secundo septennio, quo tempore semen adolescentes excernere incipiunt: nam & arbores, tum pfectas haberi, cum fructum gignere cœperint: imperfectas, quoad fructum effundere non ualuerint. Aristoteles post septem annos hominem perfectum existimat: ab eo siquidem tempore boni malique notionem pueris inesse, disciplinæque tum eos capaces haberi. Alij tertio leptenario perfici nos arbitrantur, quòd iuuenes facti tunc pubescimus, & plurimum corporis viribus præstemus.

De Somno, & morte.

A Lcmæon sanguinis recessu in venas ipsius cōfluxui deputatas somnum fieri censem: morte vero, si prorsus oīs illuc abscedat, quia frigidum corpus, ita nimium redditur: expurgisci vero nos idem sanguinis eiusdē reditu putat. Empedocles calore sanguinis parumper frigefacto, somnum: prorsus refrigerato, mortem oboriri credit̄. Diogenes, si inquit, sanguis, qui per universa membra diffusus est, venas impletat, & aerē qui in uenis continetur, non tñ totum in pectus & uentrem pellar, somnum pariet, & ea mēbra solito plus incalent: sin totū protrudat, morte inferet. Plato, & Stoici, dormire putant animalia quiescente spiritu illo, qui sensibus uigilantibus ministrat, non quia velut in terram concidat, sed q̄ ad principem animi facultatem feratur, quæ intra supercilia fedem habet: occidere uero, si spiritus ille prorsus omnem motum amitta.

Somnus, & mors, animi sunt an corporis.

Aristoteles tam ad animum, q̄ ad corpus, somnum quidē spectare iudicavit: somni uero causam esse vaporē, quem venter in caput submittit, & calorem, q̄ in corde viget, crudo alimento refrigeratum: mortem vero solius corporis esse, mori nanq; animam non posse. Anaxagoras ex longa corporis fatigatione somnum excitari credit̄, corpusq; nō aīum ipsum affici: cæterum aīas quoq; mori, cum a corpore separantur. Empedocles mortem opinatur discessum eorū, ex quibus homo cōstitit: propterea q; tam aīas, q̄ corpora, occidere: somnū uero caloris secessu aduenire.

An stirpes animalia sint.

E Empedocles nō solū animatas, sed animalia quoq; stirpes arbitratur, id aut cōijci, q̄ se cōmodat, q̄ rāmos ītētos teneāt, qđ adductos uix seq̄ pmittat, qđ remissos celeriter adeo reducāt, vt pōdus ēt secū auferāt. Aristoteles animā qđē eas h̄e, nō tñ animalia esse cōcedit: animalia nāq; sentiunt, appetūt, & ex eis aliqua ēt intelligent. Stoici, & Epicurei, stirpes ne animā qđē habere volunt: animalia nanque solū animā habere: ac eorū alia cōcupiscere, & persequi, alia rationem quoq; possidere: stirpes autem non animæ, sed casus instinctu, pullulare.

Quo pacto stirpes augeantur.

Empedocles, inter animalia stirpes primum ē terra natas afferit, anteq; Sol circumageretur, diesq; a nocte discretus esset. Eas quoq; maris, & fœminæ rationem coniunctas habere, ex temporeamenti cōuenientia: Crescere vero ob calorem, qui terræ subest: quāobrē ipsas sic terre partes esse vt fœtus uteri: Fructus autem ignis, & aquæ illius, quæ stirpibus insunt, excrementa censi: Frondes amittere, quibus æstatis calor humorem absumperit: semper frondere, quæ maiore succi copiam habent, ut laurum, oleam, palmam: Saporum uarietates, cum ex alimenti diuersitate, tem ex stirpium differentia, nasci, quæ ē terra id quod sibi simile est, attrahunt: neque enim tam uitium differentiam, quam soli diuersitatem, dissimilia uina procreare.

De nutrimento, & incremento.

Empedocles animalia censem alimenti conuenientis accessu nutriti: crescere multi caloris præsentia: minui, caliditatē diminuta: tabescere demū, & extingui, utroq; ablato: Huius autem æstatis homines, si primo genitis hominibus comparentur, infantium instar esse.

De Febre.

E Rasistratus ita febrem definiuit: Febris est motus sanguinis cōceptacula spiritus subintratis nullo febriētis assensu factus. Nā ut mare cū nullis uentis infestatur, quiescit: cū aliquo vēto præter modum impellitur, undiq; fluctuat: sic ī corpore cum sāguis excitatur, spirit' cōceptacula subit,

A subit, ibi q; calefactus totum corpus incendit. Placet quoq; ipsi febrem etiam unum ex illis accidentibus esse, quæ alicui morbo superueniunt. Diocles ex ijs, quæ uidemus, ea quæ latent intueri nos monet: & cum uideamus, inquit, inflammationibus, abscessibus, vulneribusq; febrem subsequi: oborta febre, licet aliquid istorum fieri non cernamus: intus tamē aliquid eiusmodi factū esse credendū est. Herophilus etiā nullo præcedente morbo, febrem quandoque concitari dixit.

De Morbis.

Alcmæon sanitatem constare credit ex æqualitate caloris, & siccitatis, & frigoris, & humiditatis, item dulcedinis, amaritudinis, & id genus alijs: morbos autem excitari, quoties istorum unū aliquod cæteris dominetur: singulorum nanq; excessus societatem dissoluit, atq; ita morbum patit. Diocles, cum ex inæqualitate elementorum, quibus corpus compositum est, tum aeris constitutione, morbos oboriri existimat: Erasistratus ægrotare nos arbitratus ob alimentum uel nimium, uel inconcoctum, uel corruptum: sanos uiuere, si ciborum quantum sufficiat, assumpserimus: & dum eos assumimus, ordinem quendam seruemus.

De senectute.

B Stoici, & medici pariter oēs consentiunt, se&stam inopia caloris aduenire: ac qui plus caloris habuerint, tardius senescere. Asclepiades Aethiopas arbitratur celerius alijs in senium deuenire, sexagesimo siquidem ætatis anno, quoniam eorum corpora Sol plus, & par sit, excalfacit: Britanos contra annis centum uiginti perdurare: nanq; cum frigidam regionem incolant, calorem in genitum diutius conseruant. Aethiopes enim, quos iugiter Sol relaxat, rarum: Britanos, cum sub ursis degant, spissum corpus habere: atq; ideo longiorem uitam iplos traducere.



GALENO ASRIPTVS LIBER CVI TITVLVS PROGNOSTICA DE DECUBITV EX MATHEMATIC A SCIENTIA

C

Iacobo Antonio Mariscotto Florentino Medico interprete

Expressa autem fere sunt Graeca uerba Latinis uerbis, nequa forte fiat sensus permutatio aut ambiguitas. Atque ex collatione uetus orum exemplarium multa loca castigata, & restituta.

CENSURA

Magnè experientiae liber, plerisque tamen neglectus, quia pleriq; etiam diuinæ sunt Astrologiæ ignari. E quibus aliqui ob id ipsum, quod illam ignorant, eandem etiam contemnunt.

Laudat scientiam Mathematicā priuatimq; Astrologiā, quā in Medicina utilē esse affirmat. CAP. I.

D



D probandum quidem essentiale esse Mathematicam scientiam, uel ipsa Stoicorum philosophorum uirorum authoritas sufficiebat, qui tum libros elaborarunt, tum uitam, qualis sit, ostenderunt. Nihilominus tamen, quoniam etiam in præsentia sermo nobis est de illis, quæ ars medicæ pollicetur, necessarium est eorum testimonia afferre, qui in ea fuere probatissimi, ut notum fiat cū ētis, ipsos etiam medicos, quos asciscere sibi oportuit præuisuam suæ artis partem, si quidem non omnes, plerique tamen, Mathematicæ scientiæ illam tulisse acceptam. Hippocrates igitur, & uetus state admodum notus, & scientia admirandus, inquit, Qui cuncte exercentes medicinam, Physiognomoniæ sunt expertes, horum mens in tenebras deuoluta torpida. Non solum dixit haud recte facturos, uerum etiam erraturos: nam dixit per tenebras uagari mentem illorum, qui Physiognomica usi non fuerint. At Physiognomonica pars astrologiæ est particula maxima. Qui igitur aliquam laudauit particulam, multo magis celebret ipsum totum. Diocles uero Caristius {medicus} & rhetor non solum afferit ipse (ut tu quoque nosti) sed & veteres insuper testatur ab illuminatione, & cursu Lunæ morborum prognostica solitos esse conficere. Quando igitur tanti, ac tales tum dignitate, tum scientia uiri non tantum eius, quæ in medicina habetur, præcognitionis hæredes, sed etiam facti suatum sectarum auctores, huic attestantur, quo pacto homines, qui hanc quasi per manus acceperunt, fructumq; ex alienis laborib. capiūt, q; cquā de his addubitatū? Quocirca tu quoq; Aphrodisi carissime, si accurate decubitus elaboraueris modū, & p̄dictos uiros fueris sestat, è pulcherrima tuæ artis parte capies fructū p̄cognoscēdo, ac p̄dicēdo, q; sint ægrotatiib. euētura. Hic uero tractationē īchoem?

Spurij.

B 8 4 De

L I B E R

*De Lunetum motus tum luminis incremento, ac decremente, quo cunq; loco Zodiaci sit.
variaq; eiusdem cum reliquis planetis configuratione.*

Ante omnia Lunam considerare oportet, num ea moueatur addendo an demendo numeris, non luminibus, sicuti decepti sunt quidam. Si ergo, ubi quis decubuit, Luna in aliquo duodecim partes constituentium signorum incipiat, propriæ magnitudini addendo, & proprijs numeris moueri, progrediens ad æquipartitum: est autem Aequipartitum idem quod diameter. Siue oppositum: maximam faciet episemasiæ id est assignatione, seu cōmotione, seu turbatione. Maximè vero, si et coniunctionalis fuerit, ubi l'clicet cōiunctione soluta tendit in plenilunium, & feratur in cursus quantitatē maiorē, sub cētesimum, & octogesimum gradum interficit. Si vero, ubi q̄s decubuerit, Luna demendo moueat, morbus vsq; ad oppositū faciet cōmotionē. Luna n. ad oppositum hoc est ad centesimum, & octogesimum gradum conuersa morbum in magis salubrē cōuertit. Aduerte autem animum ad motus testimoniaq; stellarū. Si enim, ubi quis decubuerit, Luna in maius moueatur, f Marti "Soliq; configurata, augebit morbum, & periculum reddet. Si uero luminibus numerisq; augeatur, circa oppositū, periculum proculdubiè afferet. Si uero phae tonti, id est splendentis Ioui quocunq; modo fuerit configurata, morbos sine periculo faciet: uel in quadrato facta cōmotione incolumes reddet ad oppositum. Si uero phlegethonti Saturno cōfiguretur numeris demēs, circa nonagesimum gradum instabiles reddit, ac periculosos. Quòd si cōiunctione soluta ad minora feratur, circa cētesimum, & octogesimum gradum absq; ullo dubio interimet. Si uero Soli uel Marti in decubitu configurretur, numeris demēs, uel etiam lumine defiens, munietur morbus ad gradū nonagesimum, & facta cōmotione ad sanitatē cōuertetur. Quòd si coniunctione soluerit, & adhuc minuatur, circa centesimum, & octogesimum gradū incoluntati restituet. Verum asseverare reliquas etiam stellas oportebit per singula signa, quo pacto se habent, illinc etenim, deodecim signa Luna permeante, causæ morborum cognoscuntur. Ante oīa autem scire oportet, si quis negligenter se in calculis gesletit, nihil ei secundum uerū esse successum: si uero non succedat, in ipso, non in re, causam erroris merito futuram. Numeri autem non secus, ac in ipsa nativitate disquirantur, ex hisce enim ueritas certa cognoscetur.

De Configuration Luna in Ariete.

Si factus fuerit decubitus, quando Luna est in Ariete, & Marti uel Soli configuratur, morbus à capite erit a Solis æstu, atq; meninges dolebunt, & erunt continuæ febres, & insomniæ, & ardor, & sitis, & aspera lingua, & thoracis incendium, uel hepatis dolor, & pulsus elati, ac inordinati. His utile fuerit sanguinem educere, & adhibere omnia, quæ frigefacere queant, & mitigare, nā erit delirium atq; phrenitis. Quod si nulla benefica Lunæ complicesetur, habeatq; Saturnus eandē figuram, usq; ad diem septimum, interibit in primo quadrato, & Maxime si Luna numeris uel lumine augeatur. Si autem factus decubitus fuerit, ubi Luna est in Ariete, & aliqua maleficarum ex opposito uel quadrato ei configuratur, vel cum ipsa apparet, stellam ipsam uidere oportebit quæ nā sit. Ac siquidem fuerit Saturnus, causæ in capite sunt, lethargus, sine sensu, alto somno oppressi in frigidati: adhuc autem inæquales, nunc quidem remisso morbo nunc uero intenso. Quod si illa quoq; luminibus, uel numeris, uel utrisq; demat, ut tibi antea dixi, ad dictum gradum nonagesimum, maximam habebit commotionē. Sed, & reliquas quoq; adiunge. Nā si Iupiter uel Venus aliqua annuerit configuratione, in summum ueniet discrimen, at oppositum prætergressus seruabitur. Si aut̄ solus Mercurius, ppositæ cōstitutioni cōfiguretur, absq; dubio morietur. Et si igneus quoq; Mars propositæ figura configuretur, redemptores tu potius existimabis. Quare oportebit te omni prudentia uti, scientem huiusc stellæ frigidiores esse affectus atq; rheumaticos. Si uero Luna configuretur Marti, uel Soli numeris addens uel etiam lumini, inducet ea in capite affectus alienationes mentis, phrenitides, circūdolentias, inflamationes, incēdia, aiuxypos quasi crue

De configuratione Lunæ in Taurō. CAP. 4.
Si quis uero decubuerit, quando Luna est in Taurō : & Saturnus in eius est quadrato, uel oppo-
sito, uel cum ipsa una, præsertim ubi ea, & lumini, & numeris demit, morbus etiam in priuci-
pio a

A pio à crapula erit, & ferculis, & plenitudine: & erunt febres astrictæ, & hypochondriorū dolor, & labor articulorum, & pulsus elati ac inordinati, & totius corporis inflamatio, & ī pulmone ac late re sinistro sensus grauitatis. Hos iuuat sanguinis detractio, eaq; oīa, quæ ualent habitū demoliri.

Si igit̄ beneficæ usq; ad oppositū, nō cōplicent, pculdubio moriet. Quod si ēt Mars eādem figurā, aut Sol, retineat, in primo quadrato interibit. At si beneficæ adsint, Lunāq; aspiciant, periclitatus seruabit. Si uero quis decubuerit, qñ Luna est in Tauro, p̄cipue vbi d:es est, Mars aut cū ea est simul, vel in eius opposito aut quadrato, morbus erit ex plenitudine sanguinis, & adstrictio, & incendium, & dolor colli ossiūque, excessusq; insomniæ, & magnū vini desiderium, & frigidæ.

His ergo sanguinis detractio cōducit, & oīa quæ relaxant. Quod si Saturnus eandē cū Luna ob tineat figurā, nullaq; benefica cōplicet, nonū diē non superabit: si aut bñficæ prēsentes adsint, vel cōfigurētur, periclitatus usq; ad vigesimum diē seruabitur. Si vero quis decubuerit, qñ Luna ē in Tauro, ac iuxta p̄positā constitutionē, & lumina, & numeros imminuit, ipsi vero Saturnus quo- cūq; cōfigurāt, prēsertim si Mercurius vnā cōprehēdatur, affectus iuxta sanè signi, p̄prietatē in ipsis initijs tarde mouebuntur, & egre innotescet, veluti si nō adsit morb: & corporib: imbecilli

B & interrupti loqueli, & stomacho nihil appetētes, & calefactiones q̄ sunt ī profundo ostēdentes, & articulis dolentes, & toto corpore resoluti. Hæc aut ego tibi signa in quolibet signo p̄pono, vt si qđ ex illis appareat, facile videas, quid de infirmis sit pronūciādū. Natura.n.hoc signū, cum ha- beat significationes aquarū inducit & terra, & mari tēpestates, & excitat diversorū turbationes ventorum. Quare te capitū curā gerere oportet: hoc n. ostendet tibi principij fixam * ægritudinis ^{* ægritudinis} cām: vnde & neruōsum oē cōpatietur, & noxæ stomachi consequēt, pulsusq; abditi, & formicā- tes, p̄cipue p̄ diē. Quāobrē nutrire quidē oportet, nō aut̄ vereri ob pusillanimitatem, et detractio- nes sanguinis, et ventris subductionē, oīaq; quæ euacuant, ut q̄ magnā admodū debilitatē indu- cant: à quadrato aut̄ usq; ad oppositū diligentius seruare. Si. n. coiūctione soluta assignationes mutabit in melius, morbus in opposito dissoluet: ac si cōiunctione soluta, in deterius assignatio- nes faciet, prēsertim si nulla benefica in decubitu fuerit cōplicata, oppositū non prētergreditur.

Si vero quis decubuerit, qñ Luna est in Tauro & Marti, uel Soli cōfigurāt, prēsertim si plena lumine sit, vel gibba utrinque, numeris augescēs, in collo, & hypochondrijs erunt causæ ex ple- nitudine, & febres ardentes ac cōstrictæ, & in lingua asperitas, & oris amaror: ipsi vero oculis tor- uē intuētes, faciesq; prorsus minabunda, ac verbis temerarijs, & frequētius in domesticos amaru-

C lenti insultāt, & sunt sticulosi. Oportet itaq; vētris curā gerere, ne sit adstrictus, atq; in primis san- guinis detractionib' vti, neq; à desiderio frigidi potus admodū retrahere, nam morbi à principio usq; ad quintū siue septimū erūt acutiores. Oportet aut̄ esse attentū. Si enim videris † Leonem in quarto, ferit affectus cardiacus. Quare oportet in septimo singulis horis esse attentum, & ad vini ac frigidæ potionē prēparari. A septimo aut̄, si ad deterius uertatur, eius salus est desperanda, nā ineuitabiliter morietur. Inspicere aut̄ oportet & horas in hac commotione, quo pacto possis ho- ram adaptare ad beneficas, & nutriēdo, vel lauando, uel uinū exhibēdo, opitulari. Si. n. in hac co- motione cib' det, medicę id rōni aduersabitur: at si in hora def̄ beneficiarum, magnopere iuuerit.

Quod si Lunæ, dum ad eum, qui dictus est, se habet modum, Iupiter uel Mercurius, uel Venus configures, siue addat illa numeris, siue demat, usq; ad oppositū manifesta fiet ad salutem con- uersio. Oportet ergo citra omnem adiectionem diminuendo cibare.

De configuratione Lunæ in Geminis.

CAP. 5.

[†]Aliter. Solem
in Leone.

Si vero aliq; decubuerit, qñ Luna ē ī Geminis, & Saturnus ē cū ipsa, uel ex opposito, aut qua- drato aspicit, origo morbi à labore, & vigilia erit, vel in primis ab itinere, si Luna lumini de- mat & numeris, habebit em ī articulis dolorē: & paulatim fe retegit morb:, & à tertio die īcipit au- geri usq; ad vigesimū: febres. n. tenues erūt, & corporis totius extenuationes ob eas, q̄ frequentius noctu fiēt, intēsiones: & dolor splenis. Quod si nulla benefica cōplicet, et eādē igneus Mars figurā obtineat, post trigesimū diē moriet. Sed si adsuerint beneficæ, ac Lunā ītueāt, ī diuturnos & pio- dicos delapsus affectus seruabitur: Si uero aliq; decubuerit, qñ Luna ē ī Geminis, & Mars vel cū ipsa ē, vel ex opposito seu quadrato aspicit, tū at̄ numeris lumineq; augescit, instabilis morbus ac piculosus erit. Nā cōtinuæ erūt febres adstrictæq; ac ardētes, & pulsus elati ac īordinati. His igit̄ cōducet detractio sanguinis. Quod si nulla benefica Lunā aspiciat, & eandē Saturnus figurā obti- neat, usq; ad diametrū morietur. Sed si eā benefica aspiciat, periclitatus seruabitur. Si uero aliq; de- cubuerit, qñ Luna ē ī Geminis, p̄catarctica morbi^{*} causa à labore erit & balneis: atq; oīs humidi- tas morbū retinebit. Quod si cōfiguretur splēdēs Saturnus sc̄illatē Mercuriū sociū assūmēs: p̄ci- pue si Luna à coiūctione numeris demat, opertas lcoptulas dolebit, & lūbos, & totū corpus erit ignitū, ac ī su p̄fice ueluti ex adustione dolēs. Erūt aut̄ īutiles sanguinis detractiones, qđ qdē ipsi exoptabūt: et cōtraria erit frigidæ potio usq; ad septimū. Cū ātea coiūctionē soluit, et ad minora mo uetur, pculdubio interibit. Si uero ī p̄posita cōstitutione aliqua beneficarū ī decubitu cōfigu- retur, ab alijs in alios decidūt affectus, ut ischiadas, & alios quosdā in ipsis articulis dolores. Quan- titas aut̄ pis innotescet tibi ex ipsa Lunæ copulatione, hoc est ex ipso stellæ beneficæ progressu, nam procul dubio seruantur. Eadē aut̄ ratio in oī signo. Si uero decubitus fiat omniū carēs cōfi-

^{*Ex antiquis.}

gura-

PROGN. DE DECVB.

guratione stellarū inæquales morbi sunt, sub oppositum aut liberantur. Inæqualitas vero ita tibi statuatur, quocunq; in signo Luna extiterit, in eo ipsam imperiū assumere: indicat. n. tibi ipsa stella per singulos dies, utrum intenderet an remittetur. Si vero in proposita decubitus constitutione Luna fuerit in geminis, & cōfiguretur ei quocunq; modo Mars, aut Sol, aut vterque, ac præcipue si ipsa plena lumine fuerit, vel gibba utrinque, feratur aut ī magna* suo motu, erit qdem ægroti ea præsumptio, suam vt salutem desperet: & lachrymātūr, qd̄ tali statu sint: exiliūt aurē, & sunt ī loquendo audaces, simulachrorū imaginationibus insilentes: quibus oībus augescētibus augebit affectus. Interdiu aut & stomachi est debilitas, & affectus circa meningē, vt fiant, & fractis vribus, & sine pulsu. Oportet ergo colligādo, atq; fouendo curā gerere extremorū, & cogitare opportunas esse sanguinis detractiones: iuxta autem signū, & præcipue si ipsi apperant, adaugere cibos: à coniunctione enim cognoscēs signū, & soluere morbū audies, si & stomachus validior tibi esse videbitur, & meninx ab affectu liberata, seruabuntur hi proculdubio. Quod si ab oppositione morbus tendat ad incrementū, & per ventrē tenuia reddātur, proculdubio intereunt. Magnopere aut cōducit, si, quæ consueta sunt, exhibeantur. Si autē beneficæ iuxta hoc signū propofitæ cōstitutioni cōfiguretur, ac si Luna, uel demat, vel addat, omnia quidē medicamina abdicare oportet, regere aut balneis simplicibus & placidis, & gestationibus, & exercitamentis, quæ per manus fiunt, nam absque dubio seruantur. Quidam autem in ipso quadrato, morbo liberantur.

De configuratione Luna in Cancro.

CAP. 6.

*Ex manuſcri-
ptis.
Xovpas.*

Si vero aliquis decubuerit, qñ Luna est ī Cácro, & ei iūgitur Saturnus, vel ex opposito, aut quadrato aspicit, morbi origo à balneis erit, & fr̄ gefactione. In thorace erit fluxio & tusses, & corporis adstricō, & febriculæ tenues ac malignæ. & pulsus tenues debilesque, & lateris dolor. His iūgitur cōuenient calefaciētia. Quòd si benefica Lunā nō aspexerit, morbo producōt hic obibit usq; ad diē quadragesimū. Si autē benefica Lunā aspexerit, { i primo quadrato } multis uexatus malis seruabitur. Si uero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Cácro, & cū ea est Mars, uel ex opposito, aut quadrato aspicit, morbi origo à vomitibus erit, & cholera,* ac stomachi subuersione. His iūgitur cōuenient frigefaciētia, & adstringentia oīa. Quòd si beneficæ Lunā haud aspexe-rint, in primo quadrato interibit: at si benefica Lunā aspexerit, in primo quadrato seruabitur. Si uero quis decubuerit, qñ Luna est in Cancer, morbus erit ex uini ingurgitatione ac vītu immode- rato. Incipiet aut à distentione, & eleuatione mēbroū collaborantiū: & ægri differendo declarāt locū affectū. Erit aut a frequentioribus uomitibus, atq; abundantia bilis. Aegre igitur respirat, & costas dolent, pectantes se ualde, ac uolentes frigido in aere esse cōtinenter, ut ēt operimēta ab- iijcant, & circa artus dolentes frequentius exurgent, p̄cipue ab opposito. Quare oportet non solū absistere à frigida exhibenda, sed adhibere ēt, qd̄ valeant frigefacere, & discutere, p̄cipue q; i p̄cipijs. Si uero Marti, aut Soli, aut utrisque, quocunq; aspectus mō Luna cōfiguretur, erūt febres p additionē, & augmentū, & pulsus inæquales, alias qd̄e austi, alias aut attenuati. Quare sanguinis detracō conducit, à quinto. n. gradu usq; ad nonagesimū hoc est quadratum lateris, *succesiui, & maligni affectus cōsequentur. Quòd si nulla benefica complicetur, quousq; soluerit coniunctio- nē, in neruoso patientur, & delirant acclamantes ac uociferātes. Naturaliter aut iuxta hoc signū in noctibus superueniunt affectus. Si aut coniunctionē soluerit, & ad minora moueat, ac beneficæ copuletur, in periodicū affectū veluti quartanariū delaplus seruabitur. At si maleficæ copuletur, mō nihilominus periodico perdetur. Si uero in prædicta constitutione, nulla fuerit media vīq; ad oppositū, si Luna coniunctionē soluat, & tendat ad minora, seruabitur. At si a coniunctio- ne ad maiora moueat, malefica autē media fuerit, Saturnus in q; vīsq; ad oppositū pericitatus seruabitur. Naturaliter aut qd̄ hoc in signo decubuerunt, morbis laborabunt, qui ægre intermittent, atq; malignis: & qd̄ illis conferre medicationes uidentur, aduersantur. Cōuenit aut & vīni exhibi- tio, & balnea, & cibi qd̄ eceliter valeant distribui. Si uero in proposita constitutione Saturnus, aut Venus* configurentur, morbi quidem remittentur, ut ostensum est tibi, sed restabunt magis do- lores in articulis auribusq;: quidam autem in pulmone, uel hepate retinent affectus: ita autē diu- turnæ erunt egritudines. Si uero in hac figura Luna numeris demēs moueat, diu durāt affectus, & nihilominus in affectu morientur. Quòd si Luna augendo, & numeris addat, & lumini, ac Iupi- ter quocunq; modo aduocetur, decubent tamdiu, dū Luna ad decimum à decubitu signū de- uenerit. Si uero nec a maleficiis nec a beneficis aspiciatur, in ipso signo morbo liberabuntur.

Quod si beneficæ tantum atq; Mercurius quocunq; modo configurentur, usq; ad quadratum ipsos soluunt affectus. Oportet ergo a frequentioribus balneis abstinere, conuerti autem ad exer- citamenta gestationesque, namq; hoc modo morbi mitigabuntur.

De configuratione Luna in Leone.

CAP. 7.

*Ex manuſcri-
ptis.*

* videtur legē-
dum Saturnus.

Si vero quis decubuerit, quādō Luna est in Leone, & †{ Mars* cū ea est, } uel ex opposito, aut quadrato aspicit, morbi initium erit ex plenitudine, & cruditate. Erit enim in pectori, ac hy- pochōdrijs dolor, & erunt intensæ febres, & caliditas in profundo, qd̄ in superficie maior, & aliud adstricō. His igitur omnia conuenient, quæ ex calfactiū, & relaxant. Quòd si beneficæ Lunam haud aspexerint, usq; ad oppositū interibit. At si beneficæ Lunā aspexerint, multa paſſus mala, ser- uabitur,

A uabitur. Si uero quis decubuerit, quando Luna est in Leone, & simul cum ea est Mars, uel ex opposito aspicit, aut quadrato, morbi initium à sanguinis plenitudine erit. Et erunt febres fluidæ, & pulsus debiles atq; abditi, & animi defectus, & appetentiæ collapsæ, & grauitas, & cataphora: & totius corporis languor, & cardiaca dispositio. His igitur conuenient constringentia, & infrigidantia cuncta. Quod si benefica nulla Lunæ aspiciat, usq; ad nonum interibit. At si beneficæ eam aspiciant, post oppositū periclitatus seruabitur. Si uero quis decubuerit, quando Luna est in Leone quocunque gradu/hoc autem ipsum in alijs etiam signis aduertatur, licet ego de illis nō decernā) in horoscopo existētē Leone, erit morbus ab animali principio, & molestis laboribus, aut negotijs & aliis sollicitudinibus. Pectus quidem erit ardēs, extrema autem frigentia, & causæ in capite erunt, & oculi cauati, & naris contracta, & uidebuntur sine pulsu esse ægrotantes, & morbum ostendent* diuturnum, & quantum ad plenitudinem, uiribus ualebunt. Oportet ergo e vestigio sanguinem detrahere/siquidem fieri potest/dum Luna in ipso signo mouetur, & præcipue quidem si inceperit ad maiora moueri: sin minus, usq; ad tertium: & extrema fricare, ac exagitare omnia, quæ sunt infra thoracē. Quod si Mars, & Sol, Lunæ addenti utrisq; nempe numeris ac lumini, configurentur, cardiacus erit affectus proculdubio vsq; ad quintum diem: ubi quadratum uero latus * si cesserit à numeris, aut etiam adaugeat, Saturno autem configuretur, saluus fiet. Si uero Iuppiter aut Venus Lunæ in decubitu configurantur, ubi ipsa Luna ad tetragonum uenerit, seruabitur. Si vero ipsa quoque sola numeris demens moueat, saluus fiet. Utiles autem fuerint ipsæ vini exhibitiones, & balnea, & post tertium aut quintum gestationes. Si uero in proposita figura, quando in decubitu Luna est in Leone, ac ad magna mouetur, uel lumini addit, Saturnus ipsi configuretur ac* Venus, vel beneficarum una, ea quidem, quæ sunt prædicta, usq; ad quadratum evenient, nihilo autem minus dolores in uerifica erunt, & stomachi inflationes, uerum seruātur. Quod si ea à coniunctione maiora percurrat, proculdubio seruabuntur. Quod si propositæ figuræ Saturnus, & Mars, aut alijs quispam configurantur, ipsaq; borealem uerlus tēdat, ubi ea ad oppositum uenerit, morbi omnino solutio fiet. Oportet autem haud sōuere, neq; in locis tenebrosis habere decumbentes, continenter uero longe à cupiditate retrahere. Est uero utile frigidam exhibere: & utiles cibi qui implere ualeant, non autem imminuere. Si uero ipsa Luna cunctis sit inconspecta ad magna autem moueat, ubi uenerit ad oppositum, facta crisis commotione morbum soluet. Quod si ad minora moueat, ægrotus, quoad illa coniunctionem sit prætergressa, inæquali morbo detentus, frequentiusque in morbum relapsus, seruabitur.

De configuratione Lunæ in Virgine.

C A P. 8.

Si uero aliquis decubuerit, quando Luna est in Virgine, & Saturnus cum ipsa est, uel ex opposito, aut quadrato aspicit, morbi origo erit ex tarditate, & cruditate uentris, & dolor intestinorum, & hypochondriorum inflammatio: & febres adstrictæ, & in remissione, & intēsione inæquales: & pulsus abditi, crebriq; ac inordinati. His ergo conuenient calefacentia omnia, & relaxantia. Quod si beneficæ Lunam non aspicerint, circa quadragesimum periclitabitur. Si autem beneficæ Lunam aspicerint, longum passus morbum seruabitur. Si uero aliquis decubuerit, quando est in Virgine Luna, & cum ipsa est Mars, vel opposito, aut quadrato aspicit, erit morbus à fluxu uentris, & in affectum uertetur dysentericum, & erit sanguinis fluor, ulceratioq; in intestinis, febres tenues fluidæ, & pulsus debiles crebriq; & collapsæ appetentiæ, & stomachi subuersio. Hisce conuenient omnia, quæ constringunt. Quod si beneficæ Lunam non aspicerint, trigesimo die interibit. Si autem beneficæ Lunam aspicerint, seruabitur. Si uero aliquis decubuerit, quando Luna est in Virgine erit morbus à dispositione coeliaca, doloribusq; ac inflatione uentris atque incipiēt ueluti ex flæsa coctione, alia quidem per uentrem acuta effluere, alia uero per urinas ferri uiridia

D& maleolentia: præcipue uero punctiones tanquam in diaphragmate fiunt, ac stomachus resolutur, totum uero neruosum collaborat, ab initio enim statim oculi sunt assidue uigilantes. Quod si ea ex minimo etiā cursu impulsa ad maiora moueat, configuretur autem illi Mars, uel Mercurius, uel etiam Sol, delirabunt quoque loquelis impediti. Oportet ergo illis uti, quæ densare, & contrahere humida possint, inutilis autem frigidæ exhibitio, & omnis succus frigidus. Quod si à quadrato ad maiora uertatur, accuratius à quocunq; frigefacente arceanter, etenim usq; ad diamentum periclitati in affectum celiacum, vel dysenteriam deuoluuntur, atq; ita protracto morbo, deficiunt. Si autem huic constitutioni Saturnus configuretur cum Mercurio, vel Venere, vel Ioue solo, nihilominus erit diuturnus morbos & splenici affectus, atq; renales, nisi quod etiam sic quoque protracto morbo, atq; illo afflicti, seruantur. Si uero aliquis decubuerit, quando Luna sola mouetur, neque aspicitur, siue addat, siue demat, siue quocunque alio figuræ modo se habeat, sanguinis fluxum patietur. Soluit autem hosce morbos Luna, circuitione peracta. Pallidi autem & coloris atri multo tempore ægrotantes fiunt, nihilo tamen minus seruātur. Si uero Iuppiter, uel Venus, uel Mercurius uel quilibet ipsorum, uel etiam omnes, in decubitu annuant, nihilo minus quæ sunt in uentre, fluxu laborabunt: in ipso autem signo usque ad quintum ægritudines soluūt. Oportet uero uini quidem usum indulgere, balneorum autem deuitare.

* Aliter, non ostendunt.

* Aliter, uero pavores, id est fuerit in medio cali.

PROGN. DE DECUB. XI

De configuratione Luna in Libra.

CAP. 9. E

Si uero aliquis decubuerit, quando Luna est in libra, & Saturnus cum ipsa est, uel ex opposito, aut quadrato aspicit, morbi origo erit ex potu uini, & maxime ex crapula, si lumini numerisq; Luna demat fiatq; in nocte decubitus, affectus autem in capite, & thorace erunt, defluxus & tuffes à principio, & in capite sopor, & ablatæ appetentia, & duplices intensiones, & continuæ febres, & tæcerebra, atq; imbecilles. His ergo convenient calefacentia omnia. Quod si cum Marte quoque eandem retineat figuram, proculdubio, in opposito, morietur. Si uero aliquis decubuerit, quando Luna est in Libra, & Mars cum ipsa est, uel ex opposito, aut quadrato aspicit, erit morbus ex sanguinis abundantia, & erunt febres intensæ, & elati pulsus, & mentis alienatio, & phrenitis, & intomnæ ex cessu, & in toto corpore inflammatio. His conueniet sanguinis detractio, ac omnia, quæ ualeant habitum extenuare. Quod si benefica Lunam nō aspicerit, in diebus decem interibit. Si autem beneficæ aspicerint, usq; ad oppositum periclitatus seruabitur. Si uero aliquis decubuerit, quando Luna est in Libra, causa erit ad extrema, dolebunt etenim ipsa, & ignea erat, atq; eam, quæ in profundo est magis, caliditatem manifestabunt: statim uero soporantur, & magis oculus tanquam ad somnum conuertunt, & absq; appetentia iacent. Ita ergo naturaliter in hoc signo morbi fiunt, in quo falluntur aliqui, tæcidiū nutrimentum causantes. Si uero quando ipsa mouetur ad minora, Saturnus, vel Venus, vel Mercurius, vel quilibet ipsorum accesserit, usq; ad oppositum^{*} proculdubio in phrenitidem incident. Quare calefacere oportet, atq; vti ijs, quæ discutere queat, & repercutere, & asseruare inquiete, atq; custodia, ne forte aquam furtim bibat. Ita enim quæ sunt in uentre excreta usque ad oppositum, morbi facient dissolutionem, nihilo autem minus in longiora, & inæqualia mala deuoluti, ueluti periodica, hoc pacto seruabuntur. At si solus Saturnus fuerit, peribunt. Si autem in prædicta constitutione magno cursu feratur, vsque ad oppositum obfebrium intensionem & remissionem multa passi seruantur. Si uero, quādo Luna est in Libra, Mars & Sol Lunæ opponantur, cause in capite erunt, cephalalgia, & rheumatismus, & hemicrania. Quod si Mercurius accedit, cause erunt in oculis, suffusiones, glaucedines, pupillarum dilatationes. Oportet ergo ut plurimum sanguinis detractione uti: utiles autem & excretiones per ventrem. Sic uero diu perdurantes, nihilo minus periclitabuntur, in eodem affectu manentes. Quod si Iuppiter, aut Venus quoq; configurationis modo complicentur, salui fiēt in eisdem affectibus manentes. Quod si ipsa haud aspiciatur, ac si decreseat, malignæ quidem egritudines erunt, & inordinati pulsus, qui difficulter comprehendendi queant, nihilo tamen minus, ubi ad oppositum Luna peruererit, morbum soluit. Hoc autem sciatur, in omnibus tropicis, & æquinoctialibus signis, malignas esse ægritudines.

De configuratione Luna in Scorpione.

CAP. 10.

Si uero aliquis decubuerit, quando Luna est in Scorpione, & Saturnus est cum ea, uel ex opposito, aut quadrato aspicit, morbi origo erit ab exulceratione, aut inguinum, aut locorum abditum ad anum, vel pudendum. Quod si Luna numeris addat aut lumini, seruabitur ægrotus, ac picipue si beneficæ intueantur. Si uero aliquis decubuerit, quando Luna est in Scorpione, & cū ea est Mars, uel ex opposito aut quadrato aspicit, lumine autem deficit, ac numeris demit, maxime si beneficæ intueantur, in primo quadrato seruabitur, aut usq; ad oppositum: nam morbi erunt mites, & qui facile mutentur. Scito autem eandem esse rationem in omnibus signis, quādo huiuscmodi figuræ inciderint. Si ergo aliquis decubuerit, quādo Luna est in Scorpione, morbus erit ab horribus minimis. Hi enim cōtemnentes { morbos, atq; deambulat̄es, } augebūt affectus. Causa autem procataretica erit in uesica, & partibus quæ coxas interiacent, aut etiam ulceratio sedis. At tertium vero vsq; diem rectus febricitans, morbum augebit. Quod si numeris addat, & præcipue ab^{*} oppositione, & cum ipsa sit Mars, per Scorpionem, & ferrum in occultis locis noxam patiētur. Quod si Sol quoq; vñā fuerit ac configuretur, apostematum ad costas noxam patiētur. Si autem ad maiora uertatur (est autem hoc, { quando diurnus Lunæ motus graduum est }) circiter quindecim per longitudinem) noxam ad costas accipiens, & per vomitiones sanguinem, aut excretiones ejicient. Oportet ergo à frigidæ potu arcere continenter, & in quiete asseruare. Inutiles vero sunt clysteres, & quæ frigefacere queant cataplasma, & sanguinis per cucurbitulas de tractio: utilia etiam balnea. Vbi vero Luna vñq; ad undecimum venerit, tum sic prætergredientes longos faciunt affectus, tum itidem periclitantur. Quod si Iuppiter, & Venus unā cum Luna fuerit, aut configuretur, erunt quidem mala proposita, at mora protracta seruabuntur. Temporum autem, vel dierum quantitas à complicatione stellarum tibi innotescet, nam durant affectus vsq; ad earum aspectum. Determinatus enim est decubitus vsq; ad oppositum, prætergrellæ autem oppositū diurnas stellæ faciunt ægritudines. Si uero aliquis decubuerit, quando Luna est in Scorpione, & Saturnus est cum illa, aut configuratur, & minora percurrit, vel etiā ad coniunctionē fertur, proculdubio resoluētur: & deuoluēt in mala diurna, veluti q; defluxū circa pudēdū, aut proxima ledi loca patiuntur. Quod si nulla benefica applicetur, aut configuretur, in ipsis interibit malis. Quod si Luna ad maiora excitetur, & ei Saturnus configuretur, proposita quidem mala obuenient,

[†]Videtur legen-
dū, pulsus cre-
bri.

[†]Al. nutritio-
ni defectum.
^{*} Al. quadra-
tum.

In manuscrip-
tis quibusdam
στολέντες της
ἀρχαντικά-
τες idest νεκα-
τι, & ινεγκα-
τερ affecti.

^{*} Additum ex
antiquis.

sunt in anti-
quis.

^{*} Al. coniun-
ctiones.

[†]Sunt in anti-
quis.

H

A obueniunt, at protracta mora seruabuntur. Naturaliter autem iuxta hoc signum sunt inutilia balneæ, omniaq; quæ possint fluxionem cire.

De configuratione Luna in Sagittario.

CAP. 11.

Si vero quis decubuerit, quando Luna est in Sagittario, & est cum ipsa Saturnus, aut opposito quadrato aspicit, erit morbi initium ex humidi orum tenuiūq; & acutorū rheumatū fluxione. Dolebunt autē articulos, & patientur febres, quæ cum rigore inuadunt, & assignationes erūt cum rigore, ac frigebunt extrema. Quando igitur Luna lumini numerisq; maxime demit, duplicates erunt assignationes, & febres astrictæ, et abditi pulsus. His conuenienter ea, quæ resoluunt, & calefaciunt.

Quod si benefica Lunam aspicerit, periclitatus seruabitur, ubi oppositum præterierit. At si benefica non aspicerit, usque ad oppositum interibit. } Si uero quis decubuerit, qñ Luna est in Sagittario, & cum ipsa est Mars, vel opposito, aut quadrato aspicit, uel lumine eadē augescit, & numeris, ex plenitudine, & crapula instabilis erit morbus, & periculosus. Erunt enim continuæ febres, & intensæ & fluidæ, & cholericæ affectus, & ventris fluxiones, & debiles pulsus. His igitur cōuenient frigefacentia cuncta, & astringentia. Quod si maleficæ Lunam aspicerint, die septimo interibit. At si beneficæ eam aspicerint, usque ad oppositum periclitatus seruabitur. Si uero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Sagittario, morbus à balneo erit, & frigido aere, & totum corpus rheuma infestabit, & erunt in facie pulsus, & gingivuarum dolor & dentium: causa autem procatacetiæ in pectore erit. Quod si Luna minora percurrat, præcipue uero si ad Solem feratur, & cum illa sit Saturnus, vel Mercurius configuretur, erunt in pulmone ulcerationes, & in septo transuerso inflammationes, totumq; corpus erit inflatum. Oportet autem adhibere uim habentia siccandi. Sunt uero etiam utiles sanguinis detractiones usq; ad quintum. Quod si etiam à decimotertio gradu ad decimumquartum moueatur, afflitti usq; ad quintum peribunt. Si autem Iuppiter, vel Venus propositæ constitutioni fuerint præsentes, futura quidem sunt ea mala quæ diximus, sed seruabuntur. Quod si Luna ad maiora moueatur, & sola sit, seruantur. Si uero Luna ad maiora festinet, & illi Mars, & Sol configurentur, maxime quidem frigore, aut tussibus corripiuntur. Naturaliter autem iuxta hoc signum uigilæ fūt, & noctu mala intenduntur: fūt at ualde parui pulsus. Oportet uero souere, & in obscuro loco habere cubantes. Balnea autē sunt inutilia, & uniuersa, quæ facile resoluunt. Si igitur beneficæ intucantur, periclitatus seruabitur. Quod si Luna à beneficis aspicitur, aut ab una ex ipsis, morbi soluentur non admodū uehemētes facti, in opposito.

De configuratione Luna in Capricorno.

CAP. 12.

Si uero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Capricorno, atq; tum numeris tum lumini demit, & Saturnus iungitur ei: uel opposito, aut quadrato aspicit, initium morbi à perfrigeratione erit balneorum, & rheumatis tenuibus, & in thorace erit sensus grauitatis, atque in pulmone, tussesq; à principio, & assignationes cum rigore, & intensiones nocturnæ, & febres intensæ. His igitur calefacientia omnia conuenient. Quod si beneficæ Lunam non aspiciant, uigesimo primo die moritur. Si uero eam beneficæ aspiciant, uiuet, quidem sed patietur longum in pulmone affectum.

Si autem decumbat aliquis, qñ Luna est in Capricorno, ac iungitur ei Mars, uel opposito aut quadrato aspicit, initium morbi à uomitu erit, & cholera, uel corruptione, † vel tarda coctione. Morbus igitur erit periculosus & acutus, & neruorum contentio, & fluxus uentris, & in ano acrimoniam, & ulceratio. } His cōuenient oīa, quæ frigefaciunt, & astringunt. Si ergo nō aspiciat beneficiam Lunam, quinto aut septimo die interibit. At si eā benefica aspiciat, post leptimum periclitatus seruabit. Si uero quis decubuerit, qñ Luna est in Capricorno, causa procatacetiæ à labore erit, & indigentia. Erit autē in dorso dolor, & horrorū insultus, & insultū frequētores assignationes, ut & secunda, & tertia fiat: & corporis torius pilorū erectiones, & febres astrictæ, & ordines interrupti. Hæc ego tibi frequentius propono, ut ex hmōi signis assequare, & cōijicias egritudinē.

Quod si numeris demar, frāgit ægrotis uires, & morbum adauget, & in loquela albos reddit, & cum tarditate sursum spectantes. Si autem Saturnus etiā configuretur, aut sit una, periclitantur quidem usq; ad oppositum propter febrium intensiones: at si benefica complicetur, seruant, ac diu perdurant in malis. Si uero in propositæ cōstitutione Mars, vel Sol configurentur, affectu quidē liberabuntur, sed in affectus periodicos incident, & ita seruantur. Quod si Luna addendo, numeris augescat, sitq; ei præsens, vel configuretur Saturnus aut Sol augescunt mala usq; ad oppositū, & cum periculo ægrotant. Si autem in quinto augescant, oppositum omnino non superabunt.

Si uero Luna fuerit cum Ioue, uel Venere, † vel Mercurio, } vel etiā utrisque, erunt quidē causæ propositæ, sed seruabūtur. Animū ergo aduerte, naturaliter enim iuxta hoc signum morbi periculosi fūt. Quare balneis oportet abstinere, frigidæq; exhibitione: ad gestationes uero seu lectos peniles, junctiones, atq; exercitamenta conuerti.

De Configuration Luna in Aquario.

CAP. 13.

Si autem decubuerit aliquis, qñ Luna est in Aquario, numeris addens ac lumini, & ei iungitur Saturnus,

PROGN. DE DECVB.

turnus, vel ex opposito, aut quadrato aspicit, initium morbi erit à laboribus, vel insomnijs, vel iti-
nere. Erit igit inæqualis in intēsione, & remissione morb. & usq; ad oppositū seruabitur, p̄fertim si
benefica Lunā aspexerit. Si vero alijs decubuerit, qñ Luna est in Aquario, lumini demēs ac nu-
meris, & Mars iūgitur ei, vel opposito, aut quadrato aspicit, erit morbus { acutissimorū affectū :
& periclitatus seruabitur post nonū diē, p̄fertim si ēt beneficē Lunā aspexerint. Si vero alijs de-
cubuerit, qñ Luna est in Aquario, erit morbus } ex p̄gressā aliqua causa bubonis oborti, vel exo-
creæ, aut ex pudēdorū dolore. Et ita febres erunt ardentes, & intensæ, & in primis incēdiū extre-
morū, sitibundiq; ac frigidæ appetentes, & frequēti exurgentes. Quòd si ea p̄ magna feratur, &
configuretur, t̄ vel accedat insu p̄ Mars, vsq; ad quadratū mente p̄mutabitur. Vtiles aut̄ erunt san-
guinis detractiones: itēq; si nō a frigidæ desiderio phibeantur, & si in luce decumbāt. Si uero ēt ad
maiora percurrat, vbi eas fuerit in quadrato, ac nullatenus fuerit morbus imminutus, vsq; ad op-
positū interibunt. Si aut̄ p̄positæ constitutioni Iuppiter, vel Venus, vel utriusque, attestentur, & ip-
sa Luna ad minorā festinabat t̄ pe, quo decubuit, vsq; ad oppositū periclitatus seruabitur. Si vero
lumini demat, & numeris, cōfiguretur aut̄ Saturnus, vel ēt Mercurius insuper accedat, mala qđē
eadē erunt, sed largos fluxus ad artus patientur: redet aut̄ mala longiora, & hydropē aliquo pa-
cto ostendet. Et si ēt à media cōstitutione per minorā moueatur, in ipso affectu moriētur. Si uero
Luna sub decubitu per media percurrat, q̄ qđē p̄posita est, causa erit, ubi uero diu egrotarint, ser-
uatur. { Si uero Luna à nullo aspiciatur, sitque cū Venere, vel Mercurio, uel Ioue, in decubitu, ubi
inæqualiter habuerint, à morbo seruatur. } De configuratione Lunæ in Piscibus. CAP. 14.

* Al. magna.
Adduntur ex
manuscriptis. **S**i vero aliquis decubuerit, quando Luna est in Piscibus, a clumini demit numerisque, & iūgit
illi Saturnus, uel opposito, aut quadrato aspicit, morbi initū erit à balneis, & frigefactiōne,
vel tenuibus fluxionibus. Extrema. n. crebro frigescit, & erit cū rigore febres, & assignationes
duplices, & capitī constrictio, & puncturæ in mammillis, & dolor hypochondriorum, & pulsus
abdicti tenuesque, & articulorū dolor. His conuenient cuncta, quæ calefaciunt, & quæ relaxant.
Quòd si benefica Lunā aspiciat, oppositū p̄tergressus seruabitur: habebit aut̄ diuturnū articu-
lorū dolorē. Si uero, qñ est in Piscibus Luna, numeris addens, & lumine augescens, Mars ei jungi-
tur, vel opposito, aut quadrato aspicit, initū morbi erit a plenitudine, uini potu, & cruditate. Inci-
pit. n. a die tertio augeri morbus, noctu aut̄ erunt intensiones, & thoracis ardores, & ratiocinatio-
nū interruptio, & placentis, & in capite constipatio *, & febres ardentes, & sitis, & uini desideriū,
& pulsus elati. His conueniet sanguinis detracitio, & oīa, q̄ possunt habitū demoliri. Si ergo bene-
ficæ Lunā nō aspexerint, in primo quadrato interibit. At si Lunā beneficē aspexerint, ubi oppo-
sitū p̄tergressus fuerit, periclitatus seruabitur. Si uero q̄s decubuerit, qñ Luna est cū Ioue, uel Ve-
nere, aut in opposito quadratoue, idq; si q̄s in quolibet signo decubuerit, usq; ad primū quadratū, G
uel oppositū a t̄. At si maleficē Lunā aspexerint, nullo morbi ordine seruato vexatus, usq; ad
oppositū } seruabit. Magnū qđ aut̄ in decubitu cōducit ēt hora. Nā si beneficæ in horoscopo sint,
vel coeli medio, Luna uero sit cū maleficiis, uel in opposito quadratoue, uitā tutabuntur. Si uero
cōtra maleficæ in horoscopo sint c̄ t̄ uel celi medio, } Luna uero sit cū beneficis, ei officiū, q̄ de-
cubuerit. Oportet igit optimū medicū mathematicæ qđē scientiæ meminisse, scrutari aut̄ diligē-
ter diē horāq; decubitus: & mundū contueri, quo pacto habeat, nihil. n. fit sine mundi cōsensu. Si
vero alijs decubuerit, qñ Luna est in Piscibus, causæ morbi procatarcticæ a balneis, uel frigida po-
tione, erunt. Statim. n. neruositat patit, & sunt circa stomachū dolores, nudi aut̄ discurrunt, late-
rū dolores, & spirant difficulter, & febres adstrictæ, & in profundo, & pulsus tenues cōphensuq;
difficiles in assignationibus, quos tamen infra duas horas immitant, & remissius cōrinenter ha-
bent: & quæ circa ventrem, tenuia sunt, deinde vrinæ male olent. Vtiles autem sunt { adhibitę cu-
curbitulę, at inutiles } succi oēs, qui infrigidant. Quòd si Luna à quadrato maiora percurrat, Sa-
turno configurata, usq; ad oppositū periclitati seruantur. Si vero in proposita cōstitutione Lu-
na percurrat, Ioui * vel Mercurio, uel etiam utrisque, cōfigurata, erunt quidē causæ propositæ, ad H

* Al. Saturno.
** opou.
*** Al. oppositum. hæc uero ventrem dolent: ac frequentius exoluuntur, ut sine pulsu fiat. Quòd si a media figura
ad minorā feratur, configurata Saturno, ne quidem quadratum * præteribūt. Si autē Venus quo-
cunq; modo complicetur, qui oppositū præterierint, decidunt in dysenteriam, pallentesq; fiunt,
ad pedes intumescunt, & carnes collabuntur: cum autem hoc pacto diutius uitā traxerint, nihil
diximus. 12

† Videtur ad-
dendum, quas
balneæ. De **t̄ Addunt ma-** pate, ac toto corpore dolentes, extrema aut̄ ardentina propter assignationes inuicem succedētes.
nuscripti, neq: Conuenit ergo diētis uti, quæ ualeant nutrire: naturaliter. n. in hoc signo neq; sanguinis detra-
ctiones per phlebotomiā factæ t̄ conducent. Quòd si nulla beneficarum complicetur, usque
ad oppositū periclitabitur. At si Iuppiter, uel Venus aspiciat, uel ipsa Luna ad minorā feratur,
vsque ad oppositū ualde uexat seruantur. Utendum ergo æqualibus remedij, & quæ facile ad-
hibeantur. Si uero Iuppiter, uel Venus configura Lunæ, quæ & ipsa Marti, uel Soli configura-
tur, numerisq; addat, & lumini, nihil proderunt beneficæ, namq; interibunt.

A De Partibus, cassibus, & vulneribus: de Chirurgia eligenda, & vario eius eventu: de euentu tandem duorum, qui eodem tempore sint morbo correpti.

CAP. I.

Volo autē nihil minus, & hoc tescire, ea quae circa partus accidunt, & casus, & vulnera quae repente fiunt, & quæcumq; his sunt similia, eodem modo esse inspicienda, quo in decubitus ostensum est. Chirurgias uero, quae ex delectu fiunt, & quæcumq; his similia sunt, nēpe chirurgiæ in oculis, verbi gratia dilatationis pupillæ, uel suffusionis, uel glaucomatis, & quæcumque his sunt similia, tunc esse exercendas, quando Luna lumine ac numeris ad augmentum tendit, & ei beneficæ configurantur. { Reliqua uero, quando illa minuitur, uel beneficæ complicantur, aggredienda & inchoanda. Viceribus uero depascentibus, tumoribusque, medici adhibeant manum, quando Luna lumine deficit, & Ioui ac Mercurio cōfiguratur, magis autem, quando etiam hi horoscopum continentur. Quando uero illa Soli coniungitur, uel conjunctionem soluit: uel à malefiscis aspicitur: & uel est in Virgine, uel Capricorno, uel Piscibus: nemō incidat, nam quibus inciditur, detimento afficiuntur. Quod si cum Luna maleficæ quoq; horoscopum inspiciant, maxime autem Saturnus, nō curabitur, id quod est incisum, nisi rursum incidatur. } Nosse autem oportet, cum augescit Luna, & numeris addit, & iunguntur ei Mars, aut B Sol, uel configurantur, consumi corpora illis, quibus ignis adhuc betur: Cum uero illa minuitur, & numeris demit, atque ei Saturnus, uel Mercurius iunguntur, aut configurantur, cōsumi corpora illis, qui infrigidantur. Illud uero tibi adjicio. Quando duo eodem die, atq; hora decubuerint, hoc pacto considera, eorum ætates comparando. Atq; si Luna numeris demat, quando aliqui decubuerint, & configuretur Saturnus, aut Venus, * qui iunior est, prius conualescet, sicuti antea quo que dixi in superioribus præceptis, & ultra signi congruentiam, in opposito liberabitur. Qui uero est senior, periclitabitur, uel in alios affectus deuoluetur pro signi congruentia †: uel morbo diurno detentus seruabitur. Quod si Luna augeatur numeris, & lumine, & Mars, aut Sol configuretur, periclitabitur iunior post quadratum, & oppositum iuxta signi, in quo Luna fuerit, cōgruentiam. Sed si Luna beneficis, & in senioribus, & in iunioribus configuretur, iuxta ipsius signi congruentiam seruabuntur. Hęc ego tibi idcirco enarravi, ut hac ipia considerandi ratione utens, nulla in relabi possis.

Ex antiquis
manuscriptis
adiecta.

* Al. Mercurius.
† Additur in
manuscriptis i
quo Luna fuen
rit.

C



GALENI LIBER DE PARTIBVS ARTIS MEDICAE

CENSURA

Liber, qui nisi Galeni fuerit, eo tamen auctore dignus uidetur.

Nonnulla Medicæ artis partitiones nulla methodo constituta.

CAP. I.

D **N**ON absque ratione mihi quidem, iuste charissime, de partibus Artis medicæ dubitare uideris: quippe quum alias alio modo eas partiri animaduertas. Sunt enim quidam, quos possis audire secantes totam artem in pharmaceuticen, & chirurgicen, & dyæticen, idest in eam quæ medicamentis, & eam quæ manuum opera, & eā quæ uictus ratione medetur: & has deinde in alias, non tamen, ut omnes mox eodem modo has partiantur. Non nulli uero in therapeuticen, idest in curatricem, & eam quæ hygiene, idest salubris appellatur. Alij & prophylacticen, idest prævisoriam, inter has in prima statim partitione introducūt: sicut quidam & analepticen, quasi resumptuam dixeris. Sed aliqui præter has, euecti cam, hoc est eam, cuius munus est, optimum corpori habitum introducere. Sunt præterea qui istis omnibus gerocomicam, hoc est eam partem, quæ senes regit, annumerant: quemadmodum aliij eam partem, quæ infantium curam habet, quam græci pædophicam vocat. Alij uero præterea cosmoticē, idest decoratoriam, quam a fucatoria commota græce appellata, diducunt. His autem non contenti quidam, prædictis partibus aliam quan-

dam

DE PARTIBVS

dam exiguum quidem partem primæ statim sectioni addunt, phoneticen, id est vocalem appellatam: & hoc nonnulli ita indistincte proferunt. Alij vero distinguunt, atque ostendunt, tam illis qui vocem commodam capiunt, quam illis, qui talē prout eorū natura exigit, opus esse, ut non secus vocem, ac alias eorum actiones habeant. Hī tamen nunquam ad id deueniunt, ut sigillatim has huius artis partes prosequantur: nempe si hoc fecissent, non omnino à ratione hęc eorum partitio videretur esse aliena. Verum, quum partibus alijs negligentis, unius tantummodo meminerint, ipsi se ipsos videntur redarguere, quod suam absque methodo, & ratione partitionem instituant, utpote qui ne maximas quidem partes omnes attingant. Nam de harum ipsarum partitione in minores particulas, consentiunt omnes: sed Alij, ut ex his quasdam tanquam huius artis partes admittunt, ita quasdam omittunt: alias tamen pr̄ter has primæ partitioni anumerant, quemadmodum illi qui physiologicam quasi naturalium rerum inuestigatricem, ac etiam pathologicam quasi affectuum perscrutatoriam, dixeris: Alij uero & materialem istis addunt, & eam quam græci semioticen quasi significatiuam dicunt, & quidam causalem addunt ætiologicen appellatam à græcis.

De Partitione Medicae artis secundum Empiricos.

CAP. 2.

Empirici omnes fere in hoc conueniunt, q̄ nimirū duplices secundū genus primas artis differentias constituunt: alias. n. aiunt finales esse, alias uero cōstitutivas. Dū vero has particulatim enumerant, non æque deinde inter se consentiunt. Ex ipsis. n. nonnulli sunt, q̄ significatiuā ac curatricē dicunt esse finales: alij vero, salubrē: alij ēt decoratiuā, & uocalē illis ipsis addiderunt. At inter constitutivas, eā q̄ græcē autopsian appellant (& est eorū obseruatio, atq; memoria, q̄ unusquisque ipse inspexit) & p̄terea historiā, inter partes reponunt qdē oēs, sed nō ita deinde omnes transiū similiſ, artis partē faciunt. Dū sigillatim ēt vnāquaque harū in partes minores secant, minimē sunt usquequaque concordes Empirici cū Dogmaticis. Et nimirū si qs ita oēs uoluerit medicinæ partes appellare, ut Romæ fieri consuevit, vbi in multa, & ad minima fere illas partiuntur, ut alios dentarios medicos vocent, alios auricularios, & eos ēt qui ani morbos curant, suo nomine appellant, in angustias multas detrudetur hęc eorum ratio: quanquam huiusc rei occānem p̄fūlterit oculariorū medicorum nomen, quod non modo nunc, sed iamdiu, impositum est. Porrò si quis oculorum solummodo sit futurus medicus, non erit deinde absonum, quin, & dentium sit alius, atq; ita etiam sigillatim ceterarum particularum omnium nostrī corporis, ut sint tot subinde medici, quot sunt ipſe particulē: & p̄terea suffusionum pūntores, herniarūque ac calculorum incisores. Vnde mox, si ita liceat loqui, plures etiam sint futuri medici, quām sint corporis particulē: pro quoquā enim affectu unus erit medicus. Nempe mirum non est, si ars ea quē maxima sit, tot admittat sectiones, atq; etiam si in maxima ciuitate pro harum unaquaque statim aliquis reperiatur, qui inde medicus dicatur: neq; enim in exiguo quodam oppido posset quis sibi uictum parare, qui tantum suffusiones oculorum pungeret, aut hernias incideret: Romę vero & Alexandrię, p̄ mortalium in eis multitudine, possunt quemcunque alere, qui aliquam etiam ex his artibus, tantummodo profitentur. Vnde huiuscmodi medici, urbes ſēpe mutare coguntur, ut idem tota (exempli causa) Grēcia illis afferat, quod alijs, qui in Italia sunt, ſola Roma.

De simplicibus, & Instrumentarijs partibus humani corporis.

CAP. 3.

Verum enim uero mihi operē pretium fore existimo, si sermonem ut ego sentio, ita instituero. Nam quales ex ipsa natura sint minimē artis particulē, iam primū dictū est. Reliquū autem est, ut mox exponamus, quas oporteat minimas particulas appellare: id uero exemplo quodam explanabimus, quod non erit à nostro proposito alienum, immo desumetur à re, quē nobis sit utilis proculdubio futura. Itaque ut in corporum nostrorum sectionibus particulas oēs ad minimas usq; secundum speciem scrutamur, q̄ etiam elementa lensilia appellamus: ita etiam artiū minimas oportet particulas inuestigare, quae & ipſe sint lensilia elementa. Et quidem instrumenta H sunt caput, manus, pedes, cetera q̄; huiusc generis: sed horum dein sunt etiam ſuę partes, capitis inquam aures, facies, nafus, & collum etiam possumus inter partes capitatis connumerare, & p̄terea cerebrum, & ambas membranas, caluariā, arterias, uenas, neruos, & postremo cutem, quę omnes ex prima statim incisione inueniuntur. Harum uero partium quęlibet in alias diuiditur particulas, de quibus omnibus abunde in administrationibus anatomicis actum est: quantum uero ad p̄fūlens negotium spectat, satis erit si uniuersas sigillatim proponendo, corporis sectionem ad elementa uisque insinuauerimus. Arteria igitur, quantum ad eius rationem pertinet, duplicita nica constat: iam enim ſatis monſtrauimus, quare uideatur ipſa triplicem, ac etiam quadruplicem habere tunicam. Porro ex eius tunicis, altera obliquas habet fibras, altera uero rectas: quas fibras non amplius in aliam quāpiam speciem partiri possumus, quippe quę minimē, ac in diuiduę, specie ſint. Nempe ea consuetudo est, ut partes illę, quibus actio quępiam demandata e., quę uniuerso animanti, aut necessaria, aut apprime utilis fit, à nobis instrumenta, à grēcis organa, appellentur: minimas uero illarum particulas, non hoc tantummodo, ſed lensilia etiam elementa, appell-

A appellamus. Huius generis sunt fibræ, è quibus vnum quodq; instrumentorum contextum est, si cuti arteriæ, venæ, nerui intestina, ventriculus, vterus, & uesica: hæc enim ofa è tunicis constant, quæ ex huiuscmodi fibris contextæ sunt. Ex his èt fibris sunt membranæ, ligamenta, & caro tū ea quæ simplex est: tum etiā illa, quæ est vnicuiq; visceri peculiaris, quamq; non nulli parenchy ma appellant, quasi affectionem quandam dixeris. Et eundem ordinem cum his seruant, os, cartilago, adepsque, ac cætera quæ eiusmodi sūt, q; potest merito q;s nostri corporis sensilia, elementa appellare. Sed præter has sunt partes instrumentariæ, quas nō erit malū recensere, nimirum arteriæ, venæ, nerui, lacerti, tendines, oculi, vterus, intestina, renes, ventriculus, lien, iecur, pulmonesque, & cor, & cætera omnia, quæ huiuscmodi ordinis sunt.

Exemplum partium nostri corporis Medicæ artis partium constitutio.

CAP. 4.

Pro istius itaq; exépli similitudine, punctoriam suffusionem artem talem vniuersæ artis medicæ partem existimabimus, qualis ea est corporis pars, quam instrumentum, seu (vt græci) organum appellamus, cuius vnaquæq; particula ex proportione respondet sensilibus corporis elemētis. Huiuscmodi uero partes artis, sunt, notiones illæ, quas nō nulli græce theorematæ vo cant: latini vero præcepta. Prima nanq; cognitione sedm speciem est illius instrumenti, q; pungendum est. Secunda est illius particulæ huius instrumenti, vbi pungere oportet. Tertia est mensuræ, quæ sit pro affectus ratione. Quarta conuersionem respicit. Quinta remotionē suffusionis è loco, quem obtinebat. Sexta circa attritionem uersatur. Hę profecto sunt notiones vltimæ, minimæ, atq; etiam simplices, quæ in alias simpliciores nō amplius secari possunt. Nihil autē in plentia refert dicere notitias, aut notiones, aut sc̄ientias, aut theorematæ, vel p̄cepta, sicut neq; si partes dicamus, vel particulas, uel portiones. Igīt ea sc̄ientia, quæ de pungēdis est suffusionibus his cōstituta est particularibus sc̄ientijs, quas nuper explicauit: uniuersa tñ rō curandi suffusiones, alijs quibusdā notitijs eget, & illis quidem duplicitibus secundum genus. Sunt autem hę, prima quidem præparatoria, secunda uero illa, quam apotherapeuticen græci appellant. Si quis etenim uelit aliquem repletum plurimū, aut prauis humoribus refertum, vel etiā secundū caput dolentem, ad h̄mōi operationem deducere, is inflammationes in membranis, quæ puncte fuerint, facile excitabit, & vniuer sum caput male afficer: qđ ne fiat, arte præparatoria erit opus: cuius institutum est, corpus totū ab excrementis succisq; superfluentibus expurgatū & vacuū, atque at caput ab oī dolore immune reddere. Vnde & ea præcepta, quibus hoc agendum est, artis sūt elementa: quemadmodum & ea, quæ ad id pertinent, vt post manuū opus expeditum, oculus ab inflammatione, caput vero ab

Conni lēsione custodiat. Et huiuscmodi præcepta sunt elemēta artis medēdi, hoc est vltimæ atq; minimæ illius particulæ. Nimirum is sermo sit à nobis propositus in exemplum pro cæteris alijs affectibus uniuersis, quorum scientia sigillatim eum inter partes artis ordinē obtainere uidet, q; in animali pars ea, quā instrumentum appellamus. At definiri hoc exacte absq; labore nō paruo, oīno non potest. Putabit enim facile quispiam, q; eodem penitus modo se habeat notitia curandæ inflammationis, quo illam se habere diximus, qua curandæ sunt suffusiones: & id ipsum è curando ulcere, aut fractura, aut erysipelate, deque alijs affectibus dicemus. Id tñ uerum nō est, quia eādem rationē inquā in animali corpore pars ea obtinet, quam instrumentum appellamus, eandem inquam curandæ inflammationis notio inter artis partes obtinet, & quem ordinē oculus inter animalis partes seruat, eundem ea cognitione, quæ curat lippitudinem, seu (ut græci aiūt) ophthalmiam. Est vero ophthalmia inflamatio externæ oculorum tunicæ: sicuti peripneumonia græcis dicta, pulmonis inflamatio est: & pleuritis, membranæ costis prætense: vnde hi omnes affectus inflammationes quedam sunt. Et alia est zrs curandæ inflammationis generatim: alia vero eius, quæ ex certa particula definitur: quæ male affecta sit: sicut etiam cum instrumentum communis quedam appellatione dicimus, & cum de certo quodam & definito instrumento loquimur, aliqua in tercedit differētia. Sanè nos in libris de curandi methodo monstrauimus, aliam esse artem curandæ inflammationis in vniuersum: alia vero huiuscmodi, quæ hanc particulam occupauerit.

Medicæ artis Partitio a corporis affectibus.

CAP. 5.

A Empiricus negat ullam esse generalem ipsius inflammationis sedm se ipsam curādi rationem: nulla tamen necessitas est imprezentiarum in his verbōrū subtilitatibus versari. Sed summatim dicamus, q; posteaq; ars medicinalis est de morborū curationibus, notitiae curādorum morborum simplicium, atq; etiam mox compositorum, in primas principalissimasq; partes pertinendæ sunt. Nos vero in eo libro, quem de differentijs morborum inscripsimus, quot sint morbi simplices, quotq; compositi, monstrauimus. Quòd si non modo morbis profligatis ad medicinalem artē pertinet corpora restituere integræ valetudini, verum (vt in alio libro à nobis ostensem est) sanos tueri & seruare, alia quoque erit huius artis pars, Salubris appellata, quæ priori, curatri ci inquam, ex opposito diuisa est. Et istius alæ quoq; sunt particulæ ipsa nimirum præcepta, quibus singillatim omnium nostri corporis partium valetudo tuenda est. Sed si tertia etiam quedam corporis constitutio reperitur, quam neutram appellant, necesse quoq; fuerit esse tertiam artis partem, quæ Prævisoria dicenda erit: In hoc vero statu ij esse videntur, qui manifestam quidem

Sparij.

C y

habent

DE PARTIBVS.

habent intemperiem, non dum tñ ægrotant, quippe cum possint adhuc suas obire solitas actiones, quicque nullo adhuc malo tenentur, quod sensibile sit, sed tñ insensibile: quemadmodum illis contingit, qui à cane rabido morsi sunt, vel qui venenum hauserunt, quod non nisi post tempus aliquod interficit. In his affectibus versari videtur pars artis præuisoriæ, quemadmodum rursus ad aliam huius artis particulam, quam resumptricē vel græce analepticen appellamus, illi attinet, qui nuper ex morbo liberati sunt, adeo tamen sunt viribus imbecilles, ut neque balneis vti, nec ea, quæ soliti sunt, agere queant. Est & pars alia, quam Gerocomicam vocant, de sensibus regendis, quæ nullam videtur certam habere constitutionem: siquidem senectus nec omnino morbus est, nec integra omnino sanitas. Nonnulli & rationem educandorum infantium in hūc ordinem redigunt, quam Pædotrophicen appellant: aiunt. n. q̄ corporis cura sic habēda est, vt illius status exigere videtur. Addunt præterea quidam partem aliam, quæ, q̄ optimū habitū corpori inducere studeat, ab illis Euectica appellatur, eam alij gymnasticam nominant: Ut tandem primæ maximæq; artis istius, q̄ circa corpus versatur, partes hæ sint: curatrix, resumptoria, præuisoria, senum custodiendorum ratio, infantium educatrix, euectica seu optimi habitus inducatrix, ac ēt salubris. Quæ si eo modo diuidantur, quo paulo ante curatricē monstrauimus, ad simplicissimas deuenietur præceptorū differentias: quæ ostensa sunt esse veluti quedā artis elemēta. F

*Partitio a Ratione, & differentijs operationum: & quam varij fuerint Empirici
in ea tradenda.*

C A P. 6.

VNIERSA HÆC PARTITIO à corporis affectibus deducta est. EST TÑ & ALIA, QUÆ à ratione operationū & earū differentijs deponi potest. Dicunt. n. ALIQUI manū operationē, medicamēta, victusq; rōem esse primas maximasq; artis medicinalis partes. QUÆ PARTITIO quibusdā fieri videtur penes materierū differentias: quippe cū oīs nostri corporis particula feruari & iuuari suapte natura possit aut victus rōne, aut medicamēta, aut manū opera: Nos tñ forsitan magis proprie dixerimus, ea quæ offeruntur, q̄ administrātur, q̄ euacuantur, & quæ extrinsecus occurunt. SUMATIM vero dicere possumus, q̄ qui occasione accepta ab his affectibus, quos hæc ars curat, aut à quib. tuerit, vniuersam hanc artē in partes dissecuerūt, tot huiuscē artis partes fecere, quot sunt affectū differentiæ. Sed alij non mō ab his, sed ab vniuersa ēt ea materia, quæ cognitioni medici exposita est: & ij physiologicā hoc est rerū naturaliū indagatricē, atq; ēt illam, quæ materialis proprie appellatur, prædictis artis partibus annumerant. Sed alij ex ipsis actionib. huiuscē artis partes distinguentes, præter victus rōnem, medicamenta, & manuum operationes, significatiū introducunt. At nonnulli hanc in affectū cognitricē, græci pathognomonicen dicunt, & presa Gitricem, quam prognosticen appellant, partiti, has prædictis partibus addiderunt. MAXIMA autē empiricorum pars inter finales quidem ponunt significatiū, curatricem, & eam quę salubris dicitur. Verum curatricem deinde in victus rationem didicunt, medicamenta, atque manū functiones. Qui nominibus quidem aberrant, in ipsis vero rebus minime: nam neque oportebat eas operationum nomina, scientiarum potius, apponere. Porrò melius egissent, si dixissent (quemadmodum etiam ex illis aliqui dixerunt) vnam esse istius artis partem significatiū, aliam curatricem, tertiam vero salubrem: & significatiū partes habere, pathognomonicen hoc est affectū cognitricem, & prognosticen hoc est presagatricem: quemadmodum curatrix, medicamētaria, atque illam, quam uocant chirurgiam, nempe quę manibus agit. Optime igitur aiunt, cū inquit primam generalissimamque ipsarum artis partium esse differentiam illam, qua eas partimur in finales, & constitutrices: finales siquidem sunt, quę finem efficiant, constitutrices uero, quę has constituant, & (ut ita dicamus) in causa sunt cur illæ consistant. Sed non quę deinde bene agunt, cum existimant, significatiū esse parti artis curatrici, aut salubri & qui parādam, quamuis illa ex necessitate præcedat: neque enim unquā uel custodiri uel curari quis poterit, nisi cognoscatur prius, qualis sit is affectus, quo corpus tenet: tamen ex ipsa significatione in finem artis nunquā pertinet. ET pari etiam modo transitus ad simile non est pars, quę comparanda cum histria sit, aut cum illa quę ea complectitur, quę ipse quis uidit. Verum de hoc non instituimus presentem sermonem, quippe cum id satis alio quodam, & eo toto libro monstrauimus. Et quidem nec Serapio aliter sentiebat: uerum enim uero cum ille, tum etiam quicunque profeci sunt empiricā sectam, prætergressi sunt hunc librum. At ego factō principio perinde ac empirici, ad alia deinceps transibo: tu. n. iam calles quo modo sumpta methodo ex indicatione ad hæc accedendū fit.

Medicæ artis Partes quæ à fine desumptæ sunt, & quæ has antecedunt. C A P. 7.

ITaque dicamus illas quidem primas & proprias & quāmaxime esse artis medicæ partes, per quas istius artis finem assequimur: alias uero istis esse superiores. Porrò, tot secundum numerū primæ proximæque sunt, quot sunt maxime propriæ rōnes medendi: medicina namque affectiōnibus nostri corporis medetur, siue modo illæ duæ sint, siue tres, siue etiam plures. Nostamen eo libro qui ad Thrasybulum dicatus est, ostendimus primam harum constitutionum differentiā duplē esse ac utramq; ab omnibus ferè proprio nomine esse appellatam: siquidem alteram nos sanitatē, alteram ægritudinem appellare solemus. Sed in utraq; deinde harū duplices reperiuntur species:

A species: nam utrobiq; ea constitutio, aut in habitu est, aut in habitudine. Salubrē nimirum constitutionem, q̄ in habitu est, illa pars sibi ascivit, quā salubrē appellamus: & istius præcipuas partes, euecticam sic ab eis dictam quidam ponunt, & analepticē quasi resumptiā, & gerocomicā quasi senum custoditricem. Quæ uero ægritudines respicit habitu, uel habitudine, nominibus caret, quibus partes hæ medicatiuæ nominentur: ægritudines uero ipsæ quidē aut acutæ dicuntur, aut chronicæ, idest longæ. Partium itaq; huius artis, alia quidē primæ ac proximæ sunt: alię vero sine quibus illæ minime esse possint. In his igitur prima est significatiua, cuius duę sunt partes, altera quidem præsentium cognitrix, altera uero futurorum præsagatrix. Fieri enim nequit ut rationem affectum aliquem curandi reperiamus, nisi ille prius cognoscatur: neq; etiam (nisi terminus futuræ iudicationis prænoscatur) recte unquā curari poterit. Has autem partes necessario alię item præcedunt, utpote ea quæ omniū particularū statum exponit, ea uero dissectione comprehenditur: in super uero & illa, quæ de earū actionibus: ac tertio illa, quæ de earū usu est uel utilitate. Verum & his sunt aliæ priores, ea nimirum, q̄ contemplationem elementorum corporis: ac ea quæ de iudicijs: nec non & illa, quæ de naturalibus facultatibus, q̄ & ipsæ ex sectione animatum comprehenduntur. Nimirum in tot tandem principia significatiua pars dissoluitur, quam diximus, q̄ omnino curatiuam ac salubrem præcedat: quæ oīa seorsum suis libris exposita sunt. *Al. prodeesse.

B rum enim uero est & alia pars præcedens curatiuam, quam ēt significatiua annexunt: ea autem est, quæ omnes causas docet, tam salubres, quam morbosas: quam materialē non nulli appellant. Hæc profitetur cognitionē causarum omnium, quæ his in primis constant, quæ offeruntur, quæ efficiuntur, quæ uacuantur, & quæ extrinsecus accident: horum enim omnium vires perpendit. Nos autem in libris de ratione curandi monstrauimus, quam hæc utilitatem arti præstant.

Partitio Medicæ artis ab uno corpore, quod illi subjicitur, de sumpta. C A P. 8.

Hec itaq; est partiū artis medicæ perscrutatio, ab ipsius prima maxime ac propria materia deprompta: sed quæ ex scđ a materia, nec ita propria, hoc se habet modo. Corpus n. humānum medicinalis artis scđ a est materia, ac (ita dixerim) per accidens, ea inquā ratione, qua sanitas & morbus istius corporis affectiones sunt. Nec mō huius artis, sed naturalis et philosophiae materia hoc ipsum corpus est, & ipsius etiam per accidēs, eo. s. q̄ generationem subeat & interitum. Naturalis nimirū in philosophia ea contemplatur, quæ generantur & intereunt: unde & ipsius prima materia generatio est, propter hanc deinde corpus etiam generabile nam & ob id corpus humanū naturalis scīa materia est, quia generationem subit & interitum: medicæ uero artis non hac de causa, sed potius qm̄ morbis ac sanitati subiectum est. Vnde cum corpus humanum sit quodam modo artis medicæ materia, hæc ars pro ratione partitionis illius, ipsa etiam in partes suas secāda ueniet. At duæ sunt scđ m genus primæ differentiæ, altera n. circa elementares partes consistit, altera vero circa instrumentarias. At vero vtræq; tā elementares inquā, q̄ instrumentariæ, animalis particulae sunt: & harum omnium affectus quilibet propria erit huius artis pars, quam superius, dum de punctione suffusionum ageremus, in particulares actiones subinde dividī ostendimus: harum siquidem notitiæ sunt elementares particulae totius huiusc artis, sicut in ijs, quæ medicamenta vniuersciusq; complectuntur: & in ijs ēt, quæ ad uitius rationem pertinet, illæ quæ vnumquodq; simplex respiciunt. Non modo autem partitio, quæ ex huiusc materia sectione suboritur, ad ultimas vsq; & elementares artis particulas prouehitur, verum & cuius paulo ante meminimus. Præterea aut & alio modo fieri hæc partitio potest. Nam fingamus nos †AI. corpori. velle vnum quodpiam morborum propositum genus ad ultimas vsq; particulas diuidere, prima tunc diuisio erit, q̄ aut similaribus particulis accidat, aut instrumentarijs, vt in libro de morborū differentijs à nobis monstratum est: altera uero, q̄ harum deinde alia simplices sunt, aliæ cōpositæ, quod in eodem quoq; libro ostendimus. Erit igitur necessarium, vt curatiua scientia minimas, elementaresq; particulas easdem habeat cum illis, quæ dictæ sunt. Si n. exempli gratia, calidum aliquem morbum velimus curare, primum, quod cognoscere oportet, est ratio illum curādi. Nimirum q̄ contraria contrarijs remedio sunt, iam monstrauimus hoc commune esse & primum omnium: deinde uero, q̄ id quod est primo gradu calidum, illi est adhibendum, quod frigidū primo item gradu est: mox vero & calidorum morborum, atq; etiam medicamentorum refrigerantiū gradus tenere oportet, quod in libris de medicamentis explicauimus. Vnde manifestum q̄ vndecunq; quis partiri incēperit, si recte huiusmodi partitio ad ultima & elemētaria theo remata fiat, peruenit tandem ad scientiam eorum, quæ dicta sunt.

Partitio Medicæ artis ab ijs, quæ sunt secundum naturam, & quæ sunt præter naturam. C A P. 9.

Vt tamen res hæc exactius intelligatur, alterius quoq; partitionis, qua lēpissime usus sum, meminisse velim. Porrò eorum, quæ circa corpus humanum sunt, alia præter naturā sunt, alia vero scđ m naturam: quæ vero præter naturam sunt, aut morbi sunt, aut symptomata. Sed istorum causæ, si eorum quidem fuerint, quæ secundum naturam sunt, oportet vt medicus scientiam habeat hæc ipsa tuendi: si vero eorum, quæ præter naturam, vt ea interimendiscientiam

DE DYNAMIDIIS.

habeat. Quo aut modo haec sint peragēda, alibi à nobis expositum est. In presenti uero q̄a est exa E minandum id, quod propositum fuerat, eorum unumquodq; singillatim partiamur. Sed nos seorsum de his in alijs egimus: de morbis, inquam, in libro de morborū differentijs, de causis itē in alio libro: quemadmodū etiam in alio de symptomatibus: sed & sanorum dīas in libris de sa- lubri parte medicinæ: in therapeuticis quoq; facta diuisione & morborum, & symptomatum, & causarum, docui quo modo omnibus sit consulendum. Et nimur per hāc etiam partitionem facile inueniuntur ea, quæ prima & quām præcipua sunt in arte, non esse alia ab illis, quæ diximus: nec non & ea quæ secundum locum obtinent, & quæ ēt tertium, ut antea quoq; a nobis expositiū est: oportet etenim & hāc ipsa partiri: quod si recte fiat, oportebit partitionē tandem per- uenire ad elemētares usq; notitias. Quòd autem varie possit unumquodque, quod propositum sit, diuidi, nec uno tantum modo, dixerit philosophi omnes, qui dialecticā maxime calluerunt: at- que in primis Plato in duobus libris, sophista inquam & politico. Nihil igitur est cur ex multipli- citate partitionum turberis, si multifariam antiqui medicam artē partiti sunt: quin potius perpen- de si nihil sit prætermissum ex ijs, quæ occurtere possunt. Profecto quicunq; hāc obseruauerit, is suam partitionem modeste prosequetur. Veruntamen optimū erit (ut etiā prius diximus) si initū à maxime propria sumperimus materia, cui mox ex prædicta methodo alia addiderimus. F



GAL. ATTRIBVTVS LIBER DE DYNAMIDIIS.

*

Desideratur libri principium.

*

C E N S V R A

In libris facultatum medicamentorum simplicium ueriora hāc, & absolutiora reperies.

Verum hāc est virtutis demonstratio oīum medicamentorum, quæ ad artis medicinę scientiā pertinet: quam si plenissime intelligenti, qui artem medicinę profitentur, semper his adiutorijs & curis hoīes adiuuabunt. Quòd si non negligens assiduitatem, & plenus huius disciplinæ & do- G trinæ aliquo mō fuerit, facile recipitur in crasiā. Hi magis decipi possunt, qui doctrinā igno- rant: qui quanto negligentiores fuerint, tanto magis periculum hoībus uicturis faciunt; permi- sta & præposita, & non congruentia ualetudinibus, & iam magis vulneribus, medicamenta cō- ponūt. Ne igitur errore curantes frustrentur, experimento hanc doctrinā prius memoriae com- mendare oportet. In principio ergo, omnium elementorum, vel humorum, atque urinarum, si- ue pulsuum, atq; phlegmonarum ferè, composui confectionem ad lauconem conscriptam. In secundo tibi clarissime Paternane omnium pigmentorum intellectum & qualitatem & defectū posui. Nunc uero dynamidiā eorum nominum exponere institui, quæ multis generibus & ex dissimilibus rationibus constat, sicut infra ostendit. Sunt autem genera nominum & eorum effectuum hāc. Hypnotica sunt, quæ somnū uel soporem faciunt. Peptica sunt, quæ digestio- nem faciūt. Eustomacha apta stomacho. Styptica quæ stringūt partes relaxatas. Lea sunt lenia, quæ leniunt asperitatem. Horectica sunt, quæ auferunt, fastidium. Colletica sunt glutinatoria: q̄ omnia soluta uel fluxa glutinant & alligant. Diuretica sunt, quæ urinam prouocant. Cathartica sunt, quæ uentrem & vulnera soluūt, & purgant. Picra sunt amara, quæ amaritudine sua mor- bos, & humores expellunt. Drimea sunt acria, quæ nequitiam humorum uel morborum extin- H guunt. Glycea sunt dulcia, quæ aliquando purgant, & interdum acres humores indulcant. Ther- mantica sunt excalfactoria, quæ calore suo omnem perfrictionem & strictroram calefaciunt. Psy- chtica sunt refrigeratoria, quæ omnem calorem & lassitudinem mitigant. Paregorica sunt, quæ mi- tigant, ne malū crescat, non persanāt. Trachea sunt aspera, quæ suffocata loca ulcerāt & exaspe- rant. Stalica sunt, quæ carnes superercentes vulneribus æquant. Catulotica sunt, q̄ cicatrices grossas comedendo æquant & limpidant. Anaplerotica sunt, quæ cicatrices crassant: quæ altio- ra vulnera complent & limpidant. Metasyncretica, confirmatoria, quæ persanant. Malactica sunt, quæ omnem duritiem emolliunt, & soluunt. Toxica sunt uenena, quæ nocumentum in- ferunt mortis. Et hāc sunt, ex quibus medicamina sunt prodeuntia. Sanationes constant ex ani- malibus marinis, uel terrenis, herbis, vel scminibus, lignis, vel lapidibus, aut floribus, succo, uel lachryma: cetera omnia metallicis rebus constant. Omnia ergo qualitas & potentia qua- tuor modis probatur, uisu, tactu, odore, & sapore. Visus omnium similitudinem foliorum uel florū, & cuiuslibet materiam & colorem demonstrat. Tactus cuiuscunque rei mollitiem uel duritiem, ponderis, leu leuitatis estimationem docet. Odore intelliguntur ea, quæ odorata sunt,

therman-

*Al. stuporem

*Al. uiscera.

A thermantica, styptica, austera, & putrida. Sapore intelliguntur ea q̄ sunt amara, dulcia, salsa, acria, styptica, & lenia. Iā nunc ipsā medicinā leuiter demonstro corporibus ex his oībus contrarijs p- desse: Et ex contrarijs sibimet vinci, vt ignis ab aqua vincitur, & ipsa aqua calore siccatur. Interdū & calore nimio maior adhibetur, ut contrarijs* esse possit. Sic ergo & oīs causa contrarijs sibimet causis vincitur vel mitigatur. Consequens ergo est ratio, ut prius causam curandi intelligas, deinde causæ rationem reddas, postremo de curis dicā. Febres ualidae stypticis, chalaisticis, & paregoricis rebus mitigant: interdūq; & perfrictione, qñ causa concepta fuerit. Similiter & oīs causa ualida curatur. Stricta & dura causa malacticis & metasyncreticis rebus curatur. Aspera causa chalaisticis, & dulcibus, & lenibus rebus curat. Fastidia morborū horecticis rebus curantur. Humores acres & salsi, amaris catharticis rebus & dulcibus indulcantur. Cancro causa stomaticis, & catharticis, & acerrimis rebus, & igne curatur. Verrue, & extantia corporis, stypticis rebus curantur. Difficilia uulnera & cicatrices crassae catuloticis, & colleticis rebus curantur. Alta, & caua uulnera, & limpida anaplethoricis & lenibus rebus curantur. Dolores oēs uetusti, & sanabiles metasyncreticis & malaeticis rebus curantur, aut paregoricis mitigantur, aut igne peruruntur. Hæc quidē doctrina cōlectens oīa experimenta non debet medicū latere. Quoniā si huic doctrinæ operā de-
B derit, oēs ualetudines & vniuersas imbecillitates humanorum corporum per hanc doctrinā salubri auxilio superare poterit. Igitur totius corporis medicamina ad tria rediguntur adiutoria, medicamentum, ferrum, & ignē. Quod, n. medicamento curari non potest, ferro curare tentes: q̄q; ferro sanari non permittitur, igne curari conceditur: quod autem nec medicamento, nec ferro, nec igne curari poterit, incurabile cogitabis, quia nulla cura iam superari poterit.



GAL ATTRIBVTVS LIBER ALTER

C DE DYNAMIDIIS

CENSURA.

Liber magna ex parte ex Actio desumptus, erroribus tamen plurimis scatens.

De Quatuor humoribus.



Ibellum, quem roganti tibi promisi, omni cura adhibita descriptum misi ordinatissimum tuæ salutis custodiæ: quem debebis ea diligentia intueri, quæ scriptus est. Ad curationem tui corporis omnia explorata sunt, quæ cū rerum effectu t̄ comperi, celeriter connexui. Nanque diligenti cura licet summa breuitate, comprehendi singula curationum genera, sicut proxime te ī- +AI. corpori, terposito Cæsari nostro fecimus: quæ per te etiam estimare poteris, sapientis enim ratio consilium inuenire conlueuit. Omne itaque corpus hominū, uel pecudum aliorumq; ex quatuor humoribus constat: Sed p̄cipue

D hominū, calido, frigido, sicco, & humido. Frigido continentur uiscera unde spiramus. Calido cōtinetur anima, qua viuimus, inde est q̄ sentimus. Sicca sunt ossa, q̄ vires faciunt ad sustinendū labore. Humidus est sanguis, quo alitur uita. Per ossa uero & uiscera uenæ currunt, q̄ sanguinē regunt. Sanguis animam, anima vitam sustinet, spiritus autem aer est; ossa verius munita uirtutem corpori præstant. Sanguis quando abundant, valetudinē vitiatur. Ex eo enim nascitur sanies, quā in vulnerib; uidemus: nascitur ex eo pituita, quæ naufragia facit: nascitur ex eo bilis etiam acida, & amara, quæ dicitur mater morborum: Bilis enim ubi est, concitat calorem, & pruritum: pruritus perfricationem: inde fiunt dolores intestinorum: oritur etiam inflatio, qua corpus extenditur, ut rumpi uideatur. Sanguis autem ex nimio cibo nimiaq; potatione incipit abundare, & cruditate corrumpi, qui quando uagatur extra cursum naturæ, infert uitia corpori: & quacunque parte corporis incubuerit, uitiat, fatigat, & lœdit: idem etiam aīum uitiat, & inde os hominis incendit, incipitque exinde foetore. At quando est integer sanguis, animam sine dubio confirmat, ut possit frigus, caloremq; fortiter sustinere. Quando abundant calor uel frigus, facit corporis languorem, uel malum generat odorem. Corpus enim hominis rationabiliter ex quatuor constat humoribus, sanguine scilicet & phlegmate, & utraque cholera, quæ dominantur in suis locis. Sanguinis uirtus est circa cor. Cholera rubra in dextro latere in hepate, qđ iecur uocamus, Cholera uero nigra in sinistro latere est in liene, qui græce splen dicitur. Phlegmatis autem alia

Spuria.

Cy 3 pars

A L T E R

^{+ Al. pulmone} Pars in capite, alia in stomacho, alia in [†] vesica est. Sanguis calidus est. & humidus: cholera rubra amara, viridis est, & sicca: cholera nigra acida, frigida est, & sicca: phlegma frigidum & humidum. Hæc oīa in suis temporibus crescunt: sanguis ueris tempore, cholera rubra in æstate, cholera nigra in autumno, phlegma in hyeme. Isti humores dominantur siue per diem, siue per noctē: sanguis dominatur ab hora noctis nona usq; in horam diei tertiam: cholera rubra ab hora diei tertia usq; in horam nonam: cholera nigra ab hora diei nona usq; in horam noctis tertiam: phlegma ab hora noctis tertia usq; in horam noctis nonam. Hi etiam habēt respirations per singulas partes corporis: sanguis per nares, cholera rubra p aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os, & per nares. Hi quatuor humores, per quatuor etiam dominantur ætates: phlegma cum parte sanguinis in pueris dominatur usque in annum xiiij: & exinde cholera rubra cum parte sanguinis dominatur usq; in annum xxxv. uel quadragesimum: deinde à trigesimo quinto, uel quadragesimo anno magna pars sanguinis dominatur usq; in suam ætatem cum nigra cholera. Tales etiam faciunt mores in unoquoq; homine: sanguis enim facit pueros moderatos, blandos, & formosos: cholera rubra facit acutos, ingeniosos, & leues, macilentes, comedentes multum, & uentre solubiles: phlegma facit compositos corpore, inuigilantes, & intra se cogitantes, & canos cito producentes: cholera nigra facit subdolos, auaros, perfidos, tristes, seditiosos, & timentes. Qui habēt uitutem calidam, dominantur in superiori parte: qui verò frigidam, in inferiori. Hi quatuor humores, pulsus suos habent: sanguis facit pulsum plenum, & humidum: cholera nigra tardum & segnem: cholera rubra tenuorem, asperum, percutientem: phlegma honestum, plenum, & æquale. Isti humores sine se esse non possunt, sed in omnibus habentur ætatis: si unus ex his minuitur aut decrescit, longam facit ægritudinem: simili modo, si augmentū c p erit: & si imperitum medicum habuerit, qui nō intelligat, ex quo humore fiat ægritudo. Scias autem charissime frater Mecœnas, quia si fuerit culpa sanguinis ægritudo, da ei frigida, & sicca, & amara, quia sanguis calidus, & humidus, & dulcis est; si uero cholera rubra, da ei frigida, humida, & dulcia, quia cholera rubra amara est, & ignea, et sicca: si cholera nigra, da ei calida, et humida, & dulcia, quia cholera nigra acida est, & frigida, & sicca: si ex phlegmate facta est ægritudo, da ei affidue dulce, calidum, & siccu, quia phlegma frigidum, & humidum, & [†] falsum est. Et quando hoc factum fuerit, perduces ad propriam sanitatem ægrotum. Igitur ut facilius commodis fruamur, & incommoda uitemus per currentia uitia signis naturalibus cognoscamus, cognitaque mortifera emendemus.

Ex Quibus membris Sanitas vel Infirmitas perpendatur.

<sup>+ Al. barbiti-
us.</sup> **Q**uatror corporis partibus origo infirmitatis uel sanitatis ostenditur, capite, thorace, vētre, & uesica, quæ ita oportet cognosci. Homines sani erunt, si urinam mane albā, ante prandium candidā, itē ante coenam roseam emiserint: candida n. vrina debet esse, ubi crudia, non est. Quod si mane mutauerit colorē, ostenditur subesse uitiū: quod autem genus uitij, ita intelligemus. Quando è capite morbus oritur, solet capiti dolor recidere uel temporibus. tunc supercilia grauantur, et tempora saliunt, et aures sonant, oculi lachrymantur, nares repletæ odorem non sentiunt. Ergo quando ex his aliquid acciderit, caput purgari oportet hac ratione: Hyssopi, aut coronæ, * burbulæ fasciculum unum feruescere facias, inde aquam continebis ore, usq; dum caput calidum habueris, ut fluat pituita. Quod si quis negligat eam, caueat epiphoras, aut dentium aut aurium dolorem: interdum etiam parotides nascuntur, et uitia circa aures et ceruicem oriri solent: interdū destillatio vuluç, aut grauitas: interdū ulcera nascuntur in capite, aut capilli defluunt. Qñ autem a thorace morbus oritur, incipit sudare caput, lingua fit grauior, aut os amarū, aut * mammillæ dolēt, oscitatio sequit̄ sine somno et quiete, grauitas et prurigo corporis aut dolor, brachia manusq; intumescunt, subitq; tussis arida. Ex his igitur quando aliquid acciderit, uitabis uitium si uomuerit, siue ieiunus, siue post coenā, uel in balneo: plus enim prodest si ieiunus bilem proiecerit, eam enim dicimus esse matrem morborum. Sed qui uomere uolunt, et ^H stomacho laborant, si decimo quoq; die abstineant, omne uitium euitabunt: nāque frequenter uomendo solet stomachus corrumpi. Quod si ex uentre morbus oritur, hæc sunt signa. Venter uritur et turbatur, et sentit dolorem, ut cibus et potus amara uideantur, genua subsidunt, lumbi grauantur, inter scapulas contrahitur, totumq; corpus particulariter grauescit, tardantur, pedes, grauia sunt crura, renes indolescunt, et incurruunt febriculam. His itaq; cognitis, prima est abstinentia utilitas: tunc etiā medicamentis satis est aluum purgare, ut graue corpus leuamentis ad iuuetur. Quod si morbus magis premere uidetur, adjicies alterum diem in abstinentia, si uires rāmen patiuntur: sin minus, quā maxime leuissimum sumant cibum, sicut ouum sorbile, aut ali quid ouo simile. Hæc qui neglexerint, fiunt celiaci, torminosi, dysenterici; et nascuntur tertianæ, et quartanæ: fiunt podagrī, chiragrī: morbus etiam in articulis accidere solet: quidam etiam fiunt amentes, quibus etiam solet languis à naso crumpere: oportet autem custodire, et emendare uitium. In uesica qui nascitur morbus, hæc habet signa. Pleni uidentur, et cito saturi sentiuntur: frequenter sentiuntur inflationes uentris, et strepitus: uidentur oscitare nec oscitant, sed tantum os diducunt: sequitur totius corporis stupor, somnus grauis, quasi macri corporis sint: urina

DE DYNAMIDIIS

20

A liuida & uix t̄ erit: tumescūt ēt verenda, & inde calculosi fiunt. Hēc vitia sīc emendant: Fēniculū, † Al. egeritur apium uino austero madefactum, uel ēt radices eorū cō teres cū uini cyathis duobus, & tantum dem aquæ calidæ: vel dauci semen, & myrtæ pusillum tritum cū vini cyathis duobus, & tantum dem aquæ calidæ: uel cicer album madefactū cum uino, ut supra scripsi, bibe uel radices asparagi, vel orobum erraticū, uel serpillum decoque in aqua vino mixta, & bibe. Quod si negligūt fūt hydroptici: sequitur & iecoris, renum, & uesticē dolor; fūt quoq; calculosi, sequit, & strāguria, & uenter tumeſcit. Intueri autem oportet ægri uires, ut possit sustinere medicinā: ita, & febris cruditate careat. Sed ēt cataplasmata abhibenda sūt, q̄ apta fiat capiti, vesicē cruditati, frigori, calor, prout tempus erit. Vti ēt oportet roseo aceto, oleo uiolato, & irino: & linguamasperam melle fricabis, vel menthæ folio: & reliqua diligentī medico permittenda sunt, quia morbus acutus est.

Prologus Libri.

Q Voniam petenti tibi, corporis sani & imbecillis per urinam notas dedi, adieci ēt ad curatio- nem rationis cōſilia. Nunc aut̄ medicamentorū compositiones adiiciā, & unde nascātur, **B** corpori uitia: & si nata fuerint, quæ emendatio ad sanitatē perducat. Aduersus autem omnes im- petus morborum duo sunt remedia certissima: primū est, ut decimo quoq; die à cibo, & potu ab- ſtineas, deinde postero die laueris, ciboq; firmo utaris: si sic feceris, oportet ut nihil uitij oīno ac- cīdar, perpetuaq; sanitate utaris. Altera res salubris est potus, qui lenitudinē cōfirmat: eius potio- nis compositiones habes per annos iam completos amicissime Mœcenas, qñ me cū Cæſare no- ^{† Al. inuenisti} stro morari * meministi, & hēc faciendo nunquam te in aliquo languore corporis decidisse, nec noſtrum Augustum. Itaq; me tecum habebis, libellum meum legendo. Adieci ēt quod plenius ti- bi consilium p̄r̄stare poterit petenti, qđ in ultimis leges dynamidijs. Sed expedit, ut crescenti- bus numeris Lunam obſerues, qñ tollere, et qñ ponere velis curationem. Si itaq; nō feceris, et ad diminutionem Lunæ ſustuleris, minus ualere ſcire te oportet: etenim mara per Lunam augetur & immittitur: cerebrū ēt corpora hominum augmentur crescente Luna: quando aut̄ Luna mi- nuitur, ita quoq; vnaquæq; earum rerum diminutionem ſentit. Quæ licet recognoscas ex ijs ho- ſtis, quæ quotidie immolantur, in quibus uides omnibus augeri et minui cerebrū per Lunā: ita quoq; in herbis, et cōponendis medicamentis. Sanè ēt totius anni dies tibi scripsi, p̄ quos ſcias q- bus rebus uti debeas, aut abſtinere. Incipiamus ergo ab hyemis conuersione, q̄ fit foliſtiali die, i. **C** octauo cal. Ianuarij. Tunc incipit ſe diffundere humor increſcens usq; ad conuersionē ueris. Vtē- dum est ergo calidis, et aperitiuis rebus illo t̄ pe, et uino aliquatenus indulgendū. Sunt aut̄ dies in ſupredicta conuersione nonagintatres. Nā incipit veris conuersione à duo decimo calen. Aprilis. Ex eo phlegma creſcit, et ſanguinis. Utamur ergo bene olentibus, et acribus oībus. Corpus exer- cere et laborare debemus usq; ad ortum pleiadum, diebus, s. t̄ xxvij. nam pleiades oriuntur ſexto ^{† Al. xlviij.} idus Maij. Ex ſupradicta igitur conuersione usq; in hanc diem fel crescit, et amaritudo eius auge- tur, ex quo febribus ſubministratur alimonia usq; ad aſtiuam conuersionē. Utamur ergo dulcib- venere, et uino parejus: labore nilo minus exercitabimur. Sunt aut̄ dies iſti à ſupradicta conuer- ſione xxxij. Conuersione uero aſtiua octauo cal. Iulij incipit. Tunc nigrum fel. i. melancholia aug- menta uſcipit usq; ad conuersionē autumnalē. Utamur ergo frigidioribus, et dulcibus, et bene- olentibus. A labore tunc corpus abſtinebimus, ſed à uenero uſu cōtinere debemus, maxime die- bus ^{† Al. xv.} Conuersione autem autumnalis incipit ſexto cal. Octobris. Tunc etiam fel crescit, et pin- guis humor, i. pituita usq; ad occasum Pleiadum. Utamur ergo acidis et acerbis, et parcus labo- remus, et abſtineamus a uenere. Sunt autem pleiadum occātus dies ^{† Al. xi.} quod est quarto idus Nouembris. Tunc crescit in corporibus hominum ſanguis. Oportet ergo cibis leuioribus uti, et diuum ſanum ſumere et à uenere non abſtinere. Inde ad conuersionem hyemalem dies ſunt xij. His ergo utere, et ſanus transfibis omne aetatis tuæ tempus, nec medicinis indigebis.

De Catharticis.

Q Voniam quidem de naturalibus qualitatibus ſpecierum, et ciborū in ſuperioribus ſatis di- ximus, nunc de catharticis dicendum est, quæ diminuunt humores, quos auxerunt cibii congrue ſumpti. Sana habentes corpora laboriosum eft purgare, etenim torsionibus et ſtrophis grauifſime affliguntur, et grauiter eos conſequitur purgatio, et deinde citius deficiunt purgati. Oportet igitur aliquē purgare uolentem p̄ extenuare et iſidere p̄igues humores, et poros adape- rire, per quos accipiuntur, et extrahuntur humores à catharticis, et * crudos quidem et tenues hu- ^{* Al. ſerosos,} mores a principio morborum euacuare oportet. Expectare autem oportet concoctionē i cras- fisis et glutinosis humoribus, ſicut eft phlegma, et cholera nigra. Et in oībus prolixis passionibus ſemper maturationem expectare conuenit. In acutis autem qñ mouētūr humores, et circa initia purgandum eft cū cautela multa: in motione etenim, et duſtione, et cursu existentibus humoribus, timendum eft, ne quod uiscerum debile existens natura, materiam motam recipiat, et ma- xime thorax. In quolibet autem membro infixos humores, ſicut in phlegmonis uiscerū ſit, pur- gare non oportet, antequam maturentur. "Quicunq; enim phlegmonas habentes, dicit Hippo- ^{In 4. de Vic.} rat. in morb. crates, in principijs ſolueret tentauerint, nihil extendentis, et phlegmonem facientis auferet. ^{acu. com. 4. t.} Spurij.

Vide. Aetium.
in lib. 3. 8. 23.

De purgatio-
ne ex Antillo.

C 4 Non

22.7.137.6

Non n. concedit eruda passio, sed salubria, & morbo repugnantia deliquat: sicq; corpore debilitato praeualebit moribus: qn vero morbus praeualet, honestum est humores educere. Vtimur autem catharticis in cephalaea, & scotomia, & hemicerania, & epilepsia, asthmate, & synache, & orthopnia, & in ischiadica, & arthritica, & podagrifica, & nephritis, & in uescicæ, & matricis passionibus, si prolixæ fuerint. Similiter autem qn rheuma frequenter nocet auribus, uel naribus, uel oculis, uel stomacho, uel ori, vel omni superficie, & neq; dehinc tant ab alijs adiutorijs, neq; per se statim potest: solet n. uentris purgatio i rheumatismos stringere. Hic quoque ordinabo quo modo expungetur melancholicus humor, post phlebotomiam, post retentionem ha morrohidum. Ad ex purgadum vero & remouendam prolixam humorū dispositionē utimur cathartico in paralysi, & apoplexia, & atrophia, & in pessimo morbo qui caros dicit, & in gravitate permanēt in aliqua parte corporis. Ad uero corporis restauradum habitudinē, utimur catharticis, & in prolixis febribus vel quotidianis vel quartanis, mania, melacholia, ecclasi, cachexia, atrophia de malis humoribus f. cta, in elephantiasi, vel epilepsia quoque, scabie, & lepra, exanthematis, satyriasi, in ulceribus multis spontaneis, & vix cicatrizingibus, & reumatizantibus: & ut abundantem, & molestantem educamus humorē, utimur catharticis in hydroperico, & icterico. Hoc quoq; ordinandum est de rheumatismis uentris, in quibus utimur catharticis. Aliq; etenim acer, & inutilis humor consider pelliculis ventris aut intellinofū, similiter ut acria suppositoria, & acria clysteria commoueris intestina, & ad desidendum conatum excitans. Vbi n. est acredo, ibi attrahitur humor de membris in circuitu, uel de toto corpore. In his uero dignum est uti catharticis, ut talis humor expelliāt à toto corpore, & venter & intestina mundificantur. Vniter saliter autem catharticis utendum in robustis virtute, & promptis ad exercitia, stomachum q; robustum hntibus, & multam inutile materiam in corpore congregantibus. Nimis uero pinguis, nimisq; graciles ad purgandum incongrui, multo abundantes sanguine, & frequenter deficientes, & vix curabiles, & cito uidentes p qualibet occasione, & pueri, & senes, & mulieres fortiter menstruose, & purum ualde corpus habentes, & qui bene c. uerint in diæta, & quibus ualde restringitur uenter secundum naturam, sed & et in dysenteria, & qui leviter apprehenduntur coeliaca, cœs. n. coeliaca passione grauati ad purgationem sunt incongrui. Nunc igitur incipiendum est à pharmacijs cholerae purgantibus.

De Purgantibus Choleram Rubram.

C Holagogia dicuntur, quæ cholerae rubram expurgant: quibus utendum est, si opus est omni tempore præterq; hyeme: in ætate quidem adolescentiae & iuuentutis: habitudine autem lica & gracili, & nigra uel rufa: & in uiris magis, q; in mulieribus: & in ijs, qui frequenter cibū corrumpunt: & in habentibus uentre constictum, & amara cholera abundantibus, facileq; irascientibus, & urinas modice egerentibus, cib. sq; utentibus calidis & siccis, in passionibus autem ictericis, hepaticis, spleneticis, pleuriticis, phreniticis, synachis, mania, cephalalgia, ophthalmia, erysipe late, lepra, febris, tertianis, & quib. cholera abundat. His ita dispositis, notandum p cathartica non simplici aliqua qualitate euacuant, ut per calorē, nā si hoc esset, oīa calida purgarent, ut piper, sianpi: sed potius purgant proprietate quadā, eo qdē mō, quo magnes ferrum trahit. Sed cathartorum quadā, quæ uentre molliunt, tñ malactica dicuntur, de quibus superius diximus. Nunc vero de fortiter eductibus sermo imminet: quibus utimur aut ubi materiam per metathesim medicamur, aut induratum morbum commouemus, siue ut reficiamus corpus, & ad suam temperantiam conuertamus, aut humorē molestantē educamus. Sunt autem ijs quidam modi misti, & compositi adiuicem. Purgantibus uero tempus est aptum ver magis, & maxime autumnus.

De Aloe.

Aloe totum corpus non euacuat, sed cholera in stomacho, uentre, & intestinis existente educit perfecte & suauiter, cum suppositis scybalis, quæ nimis educit. Datur autem capite grauatis propter fumigationes à stomacho frequenter ascendentis. Datur autem ophthalmicis pp eandem cauam: & ijs qui propter cholerae abundantiam sitiunt, & quibus lingua, & os facile desiccatur: & que de subiectis oris quibus stomachi sit subuersio, aut propter calorem, aut propter anxietatem, siue propter aliquā infirmitatem. Detur quoq; citrinis extra rationem factis: & ubi necesse est educere superfluitates: & clystere pro aliqua occasione intromittatur. Detur aloes drachmæ duæ, cum melicrato. Optimum autem erit si quis acceperit eum quotidie vespere, siue quod melius est, mane, quia uespere post cibum cibum corruptit. Quibus uero insuavis est propter amaritudinem, cum succo corticis citri, uel brassicæ, uel cum terebinthina & melle cocto, orobicas confice pilulas, & da ex eis secundum quod opus fuerit. Est autem eustomachicum plus omnibus catharticis.

De Scammonia.

Scammonia cholera rubram educit, stomacho maxime dolorem inferens, & insuavis, & grauiter olens, & ualde sitini faciens, & cū oīa cathartica cacostomacha præter aloen sint, scammonia est præ omnibus. Absinere igitur ab ea oportet debilē habentes stomachū: leuissima n. existens, facile ad corpus attrahitur, & de eo purgat, quod purgandū non est: sed impeditur eius euacuatione frequenter à calore febrium, ut de supersuflatibus parū educat. Danda est igitur in febrentibus & eu-

A & eustomachis, & difficulter uoientibus, & non facile deficientibus. Dosis uero eius est † scrup. ij. siue plus, siue minus, secundum uitutem: cui admisceatur sal, aut thymi cymæ, aut pulegij, aut aloë magis. † { quibus } detur cum melle, uel succo ptisanæ.

De Peplio.

Peplij semen aut cymæ in umbra siccata dētetur scrup. iiiij. in melicrato modico acero asperso, educit enim cholera rubram, & nigram, & phlegma, & uentositates. Et Em q. " Isaac dicit, maxime conuenit passionibus ex uentositate factis † { & melancholiæ. } In uitio splenis quoq; prodest, inflationibus prolixis & matricis, & coli, { & profundis tumoribus, qui fiunt in ventre. }

De Elleboro Nigro.

Elleborus niger purgat inferius cholera rubram, maxime, & nigrâ de toto corpore sine moleftia aliqua. Ideo febricitantibus non grauter, sed in circuitu, & per longū tps, daſ, & † { manentibus chronicis, } in cephalæ a diuturna: utilissimus visceribus, & matricis passionibus. Maxime uero eius uirtus est ad edicendū ex toto, siquid corruptiuū sanguinis est admistum. Vnde utilis est ictericis diuturnis, & exasperationibus circa superficiem, ut est lepra, & impetigines & similia: ad elephantiacos quoq; facit. Dosis aut eius est scrup. iiiij, siue plus siue minus. Tenuibus aut radiculis prius aquæ infusis, deinde earum ablato cortice, & in umbra desiccato, diligent erque trito, datur uel pulegij, vel saturiae. Quod si fortius uolueris facere, scammoniæ modicum adiunge.

De Purgantibus Choleram Nigram.

C Holeram nigram eduentibus utimur in melancholicis, & scotomaticis, & furiosis, & ijs, q. atrophia laborant, & qui se abscondunt, & epilepticis. Dētetur autumni tempore maxime.

* Al. legendū est.

De Epithymo.

Epithymū igitur nigrâ cholera edicit inferius. Dandū ergo perfectis scrup. † iiiij, cum sapa uel oxymelite & sale modico. Conuenit autem passionibus ex uentositate natis, hypochondriacis, & quibus hepar grauat, & dyspnoicis. Similiter purgat illud superfluum, quod nascitur super fastureiam, sed debilius est.

De polypodio.

Polypodium cholera nigram maxime edicit, & phlegma. Dentur autem radicis mundatae scrup. viij. * Elixa eas in melicrato aquolo, uel Sole siccatas da comedendas ante cibum. Pūrgat * infunde, quoque mediocriter in uiscello gallinæ, uel ptisana cocta.

De Pulegio.

C Pulegium quoq; educit cholera nigram: & tragoriganum, † & pantheminum, quod leuitate modo dicitur & alixon, et alipon. } Dentur autem de unoquoque scrup. vij. Melius autem dantur cum aceto, & sale modico & aqua, siccata & trita.

† Parthenion quod & leucanthemum uocatur.

De lapide Armenio.

Armenius lapis nigrum purgat cholera, & oē pingue & uiscosum. Ideoq; da melâcholicis, & elephantiosis, & simil b. & phreneticis, & asthmaticis. Dosis autem eius est scrup. iiiij, siue plus, siue minus.

De Centaurio Minore.

* Al. nephritis.

Centaurium minus cholera pinguisimam purgat, et mucillagines. Et ideo prodest splenitis, et ischiadicis. Bibitur autem elixatura eius. Sumantur quidem centaurij scrup. vi, aquæ cotyla una, et bulliat ad medicinalem.

De purgantibus Phlema.

P Hlegmagoga dñr, q. phlegma purgant: quibus utendum est in frigidis habitudinibus, et ætabib. et egreditur nib. t ge quidē hyemis, ut in paralyticis, apoplecticis, tumentib. tumore frigi * laxe. do, et qui multū et frequenter pingua phlegmata mingunt, et quib. phlegmata abundant in uentre et peſtore, et stomacho, et mul. eribus rheumatizantibus, et qui pingua excreant, et fastidiosis, et ischiadicis de mucillagine articulorum factis, elephantiosis, maxime aut ijs, qui hydropē anapsarca patiuntur.

De Colocynthide.

D Colocythis phlegma purgat maxim, et cholera, et mucillagines. Vnde neruorū eorūq; passionum ē purgatiua. Daſ igit utiliter oībus capitū passionib. et orthopnoicis, et ischiadicis, et arthriticis, et ijs qui in renib. et uesica diuturnā affectionem habuere: Et quoq; utilis alijs passionib., q. sunt ex materia uix extirpabili et dura. Dant aut scrup. ij. de interioribus in melicrati cyathis, duobus, debilibus aut scrup. i. datur. Eligenda est aut alba et mollis interioris colocynthidis pulpa nā siccata et denigrata inutilis est. Terēda est aut et soluenda diligēter, et multoties cribrāda. Et qn uti ea volvūt, cum melicrato diligenter soluatur: nā trita anteq; infundat, tenuissima uidetur, sed qn in melicrato infusa fuerit, tumescit ualde, ut nō facile, credat, q. cribrata fuerit: q. si sic bibitur, tumescunt eius partes recētes i uentre et stomacho, et maxime in intestinorū circulis, et reuolutiōnibus propter molliitē: quæ acres existentes natura et demordentes, intestina ulcerant, quibus insederint, et passiones neruorū inferunt, et strophos, et fortes torsiones. Vnde cū multa cautela cū melicrato oportet eam soluere. Quod si mitius purgare uolueris, colocynthidē desu p aperi, et oē ſemen piſce, et ſolū pulposū abſq; ſemine in ea relinque, et reple eā * elixatura, uel uino dulci, * ſapa.

& ve-

ALTER

& veteri, & sic infundantur per diem & nocte: deinde colabis vinum cum pano, & calefacies, & Edabis bibendum. Optime quidem purgat ietericos, & habentes liuidas postulas in superficie.

De Tithymalo.

Tithymalus educit phlegma & cholera nigram. Danū aut cymæ uirides in uasco quodam ad ignem desiccatæ, & sic diligenter trite. Misceantur aut caru scrupe. ij. cū polenta & aqua, & sic bibatur, nam siccæ comæ eius debiliores sunt. Cū caricis aut tithymali radix siccata in umbra reponatur: & qn ea vti volueris, corticis ablati diligenter triti scrup. iiiij. immittit in vino dulci ueteri, & sic infundi pmitte die & nocte: & p pānū colans calefacies modicū, dabis ad bibendū cū uino. optime purgat. Succus aut tithymali dat à quibusdā cū caricis, uel cū polenta, stagones i. guttæ iiiij. aut, v, sed multū ulcerant linguā, & q circa eā sunt, & uetri calorē inferunt maximū. Sed, si vis benefacere, in fico matura, & recenti, supradicti lactis. iiij. guttas immittit, de lacte eiusdē fculneæ fecidū uires fumentis, & sic da ad comedendū. Et si uolueris seruare toto anno, poteris. Quacūq; hora deris, facile purgat: sed tanquam de fortissimo cathartico obseruare, quoniam mirabiliter soluit.

De Iso.

Ison phlegma purgat, maxime cuius cortices siccæ & infusæ, ut prædictum est, in aliquo dulci uino da scrup. vij. Bene purgat quantumcunq; uolueris, donec anum aqua non laueris: sed cum panno lineo illum absterge: & quando tibi uidetur sufficienter purgasse, laua anum frigida aqua, & extrema manuum & pedum in aqua mitte, & restabit fluxus.

De Elaterio.

Elaterium purgat nimis phlegma, & cholera. Dabis autem obolos iiij. cum lactis confestim mulcti cotyla una. Sed eligendum est, quod uiride sit in colore, & leue, & non uetus.

De Cocco Cnidio.

Coccus cnidius phlegma purgat & cholera mediocriter, sed magis crudos et aquosos humores, est enim igneus & acutus. Dantur autem grana xxx. si vero leuius purgare uolueris, dentur grana xx, vel xv. Dentur autem sic: quod interius est ex granis, cum polenta teres, et uino, et da ab bibendum: et postea modicum olei rosei uel melini forbere facias, ne fauces exuras. Ideoque melius est ex eis cum melle cocto catapotia formare: quia aquosos humores magis purgat. Inter aquosos purgantia est magis habendum.

De Agarico.

Agaricum purgat phlegma et cholera, sed mediocriter. Dabis 3. ij. cum melicrato uel oxymelite. Est autem cacostomachum: et quia leue est, superiora petit. Sit autem albissimum, et facile, et non ualde lignosum, neque robustum.

De Cnico.

Cnicus idest semen croci hortensis siue hortulanii, purgat phlegma, sed non fortiter. Tritum ad 3. ij. et in viscuso gallinæ, uel ptisana mistum, et colatum, sic bibitur. Quidam autem quod interius est cnici accipiunt, et terunt cum amygdalis, et aniso, et melle: et catapotia formantes seruant ietericis utilia quidem, sed leuiora.

De Lathyride.

Lathyrides i. cataputia, purgant phlegma magis. Dentur de maioribus grana xv. de minoribus xxx. et amplius purgari indigentibus: diligenter, ut mandant præcipie. Ijs uero qui multa evacuatione non indigent, integra da bibenda, maxime, si patientes fuerint cacostomachi.

De Aristolochia.

Aristolochia rotunda semen siccum, tritum 3. i. bibatur cum melicrato: phlegma purgat, et cholera: est autem customacha.

De Linozostide.

Linozostis i. mercurialis, si elixetur, et sola folia comedenter, sufficienter sterlus expellit.

De Cucumere Agresti.

Cucumeris agrestis radix, obolis duobus cum melicrato bibita, educit phlegma sufficienter sine molestia, et itomachum non euertit.

De Styrace.

Styrax pinguis et flauus datur 3 t. i. cum terebinthina mensura æquali in catapotis, et phlegma satis educit.

De Thymo.

Thymi cymæ cum floribus teres cum oxycrato, et sale modico, t. { 3. x. aut minus: } et expurgat sine molestia satis phlegma et cholera.

De Cyclamino.

Cyclamini radices solutæ 3. ij. aut iiij. secundum uirtutem, cum hydromelite bibitæ, purgant phlegma et cholera, maxime autem per sudorem. Ideoque bibentem oportet iacere, et cooperire, et calefacere corpus, ut sudoris exitum adiuuet.

*De * Allio.*

Allij drach. iiij. solutæ, et cum hydromelite bibitæ, phlegma educunt.

De Cha-

† Al. ij.

† Al. drach.
iiiij. aut iiij.

† Al. scordio.

A

De Chamæpity.

Chamæpityo tritæ 3.ij. cū sicibus uel cū melle cocto sumptæ i catapotis, educunt phlegma.

De Bdellio.

Bdellijs arabici clari atque flavi. 3. iiiij. solutæ cum hydromelite bibātur, & phlegma purgabūt. Proprium autem est oculis rheumatizantibus.

De Radicibus Oliue & Pyrethri.

Oliue radicum corticum. 3.i. cum vino vel aqua sumpta phlegma purgat. Similiter pyrethri radicum oboli viij. cum aqua & ligdos semine scrup. iiiij.

De Galla.

Gallæ quoque grana xl. excoriata comeduntur, & similiter operantur.

De Hydragogis.

H Ydragoga dicuntur quæ aquosos expurgant humores: quibus vtendum est in hydropicis, *Al.albo. & mulieribus molestatis per longum tempus ab aliquo fluxu, *Al.rheumati rheumatizantibus. ca ulcera ha- bentibus.

B

De Squama Aeris.

Aeris squame. 3.i. sed in melicrato data, non solum aquosos humores, sed etiam phlegmaticos educit. Quædam uero predictorum phlegma educunt aquosum, ut coccus cnidius, & cnicus, & linozostis, & agrestis cucumeris radix, quæ hydropicis est utilissima.

De Euphorbio.

Euphorbium, phlegma educit, sed maxime aquosum, Acutissimum autem est nimis igneum, {& cholericum} ideoq; colicis datur, & uentres frigidos habentibus: alios uero fortiter turbat, fritimq; validam infert: sed admisce ei aliquod odoriferum lemen. Dabis ex eo iii. obolos cum melicrato: melius autem est cum melle cocto catapotia formare ex eo.

De Chamelea.

Chamelæa cocta in mulsum & bibita, aquosa magis expurgat: purgat quoq; phlegma & cholera. Mitte autem ex ea. 3.v. in duabus cotylis aquæ, & coque ad *quartam: in fine autem coctionis supermitte, mel medicriter, & parum coque, & colans da in potum. Quidam uero erūt ualde chamelææ. 3.† i. cymarum absynthij duplum, & cum melle conficientes formant catapotia.

*Al.dimidiū.

† Al. ij.

De Ammoniaco.

C Ammoniaci, thymi ana, mistas. 3.iiij. in melicrato bibe: aquam educunt. Quidam spleniticis illud dant cum acetoso melicrato.

De Sambuco.

Sambuci radices corticum succus bibitus. 3.ij. aquosum humorem educit.

De purgantibus Sanguinem.

S Anguinem uero purgant, porri capitati succus, i.eius quod dicitur aratillum: mercurialis quoque, albæ uiolæ, agrestis malua, & salvia.

*Ratio Quorundam confiendorum ac prius**De Opio.*

O Pium sic fac. Mense Iulio papaueris uiridis folia teras per linteolum extorquens: semen ipsius papaueris uiridis teras, & ipso iure miscens coque ut spissum sit, & ad Solē siccabis: & serua: illud est opium. *De Omphacomelite.*

Omphacomeli sic fac. Reci. botros mundos nō maturos nec acerbos, & repone in umbra, ut possint suę humiditatis aliquantulum deponere: deinde exsicca, & mitte de ipso succo partes iiij. & mellis despumati partem unam, & mitte in uase fistili & gypseo cum calamo perforato, & suspende ad Solem per dies quadraginta. Valet ad crassas uentositates rheumatizantes, ad fastidiū, & debilitatem stomachi, flaccida corpora confirmat, & maxime quæ syncopim patiuntur.

Alia Confectio eiusdem.

Omphacomeli sic fac. Vuæ non mature succi partes ij. mellis partem, in uase duplice coque, do nec densior liquor ipse fiat, & utere.

De Oesypi Ceroto.

Oesypi cerotum sic fac. Ceram, axungiā sine sale, colophoniam, ius lanæ, uetus oleum, añ li. i. iuris fœnugræ. unc. vi, adipis anserini & pullini, añ unc. i: coque oleū cū iure lanæ, & fœnugræci, diligentissime, donec ad mēsurā olei veniat. Iterū pone ad focum, additis suprascriptis speciebus.

De Iure de Lana.

Ius uero de lana sic fac. Lanam succidā in aquā multā pone ut molliatur, diebus sex: septima uero die coque, & ipsam pinguedinē desu p collige suprascripto penso, & exinde cōfice cerotū.

De Hydromelite.

Hydromeli sic fac. Mellis optime despumati libras xx. succi cydoniorum libras v, aquæ fontis libras xi, miſce diligenter in uase fistili tenui & picato, reconde, & claude: & mitte ad Solē sub te- cto diebus xlvi. hoc est ex die calendarū Iulij usq; in iiij. idus Augusti. ita ut intra quinos dies uas conuertas, ut partes quæ quinq; diebus fuerunt superiores, fiant infimæ. Hoc genus poculi uino uerusto melius redditur, ut nescientes quid bibant, putent se optimum uinum bibisse.

De Ga-

De Gariophyllato.

Gariophyllatum ad catarrhum sic fac. Gariophyllos, zingiber & piper tere, adde uinum, & paucum mellis, & pone ad focum ut bene ferueat: deinde pone in cuppa lignea radicem apij, petroselini, libystici, costi, fenniculi: & super istas herbas in ipsa cuppa mitte gariophyllatum feruentem: & tandem ibi sit, donec temperetur ut bibi possit: per dies tres, mane & fero hoc facias.

De Chalcocecauemono.

Chalcocecauemono sic fac. Limatur de cupro in olla rudem mitte, adde acetum in ipsa olla gypsea de argylla: & mitte in foco, ut intus: & foris ipsa olla rubra sit quasi focus: tolle a foco, & mitte intus fusticulos paruos, & ipsam ollam ad Sole mitte usq; dum refrigeret: & illud est chalcocecauemono.

De Amylo.

Amylum sic fac. Mitte frumentum mundum in aqua per noctes, & dies tres, & per singulos dies aquam renoua: postea in pilâ macera: adde aquam, & per linteum extorque in concha, & dimittas residere: & tunc ipsam aquam diligenter expurga, ut imum non moueas: quod remanet ad Solem sicca: & hoc est amyrum.

De Cerusa.

Cerusam sic fac. De plumbo fac tenues laminas, & mitte in uase operculato aceti modum me-
dium, & super acetum mitte ipsas laminas plumbeas, ita ut acetum non contingant: tunc ipsum
uas gypsa ut nullum spiraculum habeat: ibi maneat diebus xv. postea tolle laminas, & rade pul-
uerem, quem ibi inueniris, & erit cerusa.

De Aerugine campanæ.

Aeruginem campanæ sic fac. Laminas de cupro tenues facias, & sicut de plumbo diximus ad faciendam cerusam, facias, & habebis aeruginem campanæ.

De Medulla Ceruina.

Medullam ceruinam albam sic fac. Frange os cervi, & tolle medullam, & dimitte manere in ui-
no horis quatuor: de ipso uino tolle, & in aqua mitte, & manibus macera donec alba sit: fac tor-
tellos inde, & repone, & utere.

De Sapa.

Sapam sic fac. Musti de peculo. 3. xv. tolle, cydonia integræ viij, caricas xv, dactylos iiij, anethi
ramorum M.i, fenniculi similiter, apij similiter: coque ad tertiam: & quando refrigeratum fuerit co-
la, & repone invase fictili & picato.

De Careno.

Carenum sic fac. Musti dulcis modios xx, mellis vni. x, cydonia partita xx. poma similiter, pu-
legij M.v, cannabis rad. M.i, cyperi M.iiij, apij rad. & seminis M.i, scariolæ ramorum, & seminum,
petroselini ramorum & se. costi hortulani, radicum fenniculi, radicum lybystici, an M.i: hæc om-
nia coque ad medium, & refrigeratum repone in uase picato.

De Hydromelite.

Hydromeli sic fac. Musti dulcis modios x, balsamite siccæ M.iiij, cyperi rad. M.iiij, petroselini ra-
di. fenniculi radi. apij radi. libystici rad. ana M.iiij, nuces pineas integras, cydonia partita xij: co-
que ad medium, postea cola, & adde mellis costi modum i: commisce bene, & quando refixe-
rit, repone in uase fictili picato.

De Garo Cathartico.

Garum catharticum sic fac. Polypodij pul. lib. i, piperis al. gra. 50. diagridij unc. i, gariophyllo-
rum cochlearium i: terens commisce cum melle, & repone in uase uitr. deinde accipe ad quod-
cunque uolueris cochleari, vel ij. secundum uires: maxime humorem educit melancholicum.

De Lycio

Lycium sic fac. Prunellas de caprifolio collige mense Septembri, & tere, per linteum q; extor-
que, & succum eius ad Solem in concha sicca, & erit lycium.

De Acacia

Acaciæ sic fac: Mense Septembri prunellas ex nigra spina tere, per linteum extorque, succu-
que eius in uase argenteo siccabis, & erit acacia.

De Flora

Floram sic fac: Cerusam tritam cum oleo & cera modica coque in uase cupreo aut æreo; ca-
taplasma ubi necesse est apponere, celeriter corium adducit.

De Ptisanæ.

Ptisanam sic fac. Mitte hordeum pinsitum in ollam rudem, cum aqua bene coque, per linteum
extorque, cōdias de sale, butyro aut oleo, cum pipere & cinnamomo modico: repone & utere.

De Chalcidio

Chalcidum sic fac. Aeris florem in aceto uehementissime subigit, sicca ad Solem, fac puluerē
& utere.

De Opopanax.

Opopanacem sic fac. Herbam uirgultam, & radicem panacis, siue meu, tere: extorque succū
eius, in Sole siccabis, erit opopanax.

De Om-

DE DYNAMIDIIS

23

A

De Omphaco.

Omphacum sic fac. $\frac{1}{2}$ {Acinos expressos} accipias, carnes ipsas, & nucleos in Sole siccatos tunc de, fac in puluerem, & erit omphacum.

^{+ Al. acidus o-}
^{liuas.}

De Diagridio.

Diagridium sic fac. Mente Augusti collige herbam tithymali, & eius radices pinse: ius ipsius, id est lac in uase argenteo mittas, ut coaguletur sic ad Solem diebus vndecim: & pro necessitate, quando opus fuerit, vtere.

De Aphronitro.

Aphronitrum sic fac. Nitrī partes ij, & saponis j, distempera cum prima gutta saponarij: factis que trochiscis ad Solem pone.

De Polenta.

Potentam sic fac. Hordeum quando cōperit habere quasi lac, mitte in furno: & quando desiccatum fuerit, paleis munda, & fac farinam.

De Elaterio.

B Elaterium sic fac. Succum cucumerum agrestium non matuorum exprime, expressumque super plenum uas aquæ infunde, & quod supernatauerit collige, & ad Solem sicca.

De Resinafixa.

Resinam frixam sic fac. Rec. resinam pineam, in ollam missam durissime coque, & sic proba si est fixa: Gutta posita in marmore si infrigidata puluerizetur, tolle ab igne.

De Aquaignita.

Aquam ignitam sic fac. Rec. salis lib. ij, sulfuris uiui, tartari, añ. unc. j. vinum forte, & fac. addi- + Al. ii. j. sciplinam aquæ rosatæ.

De Hydrelao.

Hydrelæon sic fac. Rec. partes ij. aquæ, & iij. olei.

De Hydromelite.

Hodromeli sic fac. Rec. partes ij. aquæ, & iij. mellis,

De Posca.

Poscam sic fac. Rec. aquæ partes ij, uini tres, & coquantur.

De Cephalea.

C **S**i quis cephalæam patitur, & unū de brachijs tumuerit, vel caput, & ex utraq; parte, seu sinistro oculo signū apparuerit ī modū lenticulae, moriturus erit. Si uero ex nullo alio signo moriturus est, demus ei hæc antidota, esdræ. l. uel philoniū, hierā picram, blançam. Et puluis fiat ex ipica nardi, & squinanthe, & ammoniaco, & fucco tithymali virginalis & interioris: & opium, & semen papaueris. & flores centaurij addantur, ex nullo magis, sed æqualiter ex omnibus fiant: & diagridij unc. j: his oībus in puluerem redactis, dabis scrup. j. cū uino calido: & anethino ac rofaceo oleo p̄funde caput. Itē Esdræ potio cū vino calido tēperata & bibita, sine vñctione facta: dolorē capitinis sedat. Item Theodoricon emperistō magnum, ad omne uitium capitinis facit: hoc idem facit diaolibanum. *Ad dolorem capitinis, & calorem.* Accipe cymas salicum, & in fortissimo aceto ad ij. partes decoque, & exinde caput & pedes frueas, & ex cymis caput fomenta. Itē galbanum chartæ impone, & pone in parte illa quā caput dolet, & prodest. Item sauinam tere cū albumine oui, & cū aceto fortiter distēpera, & emplastra fac super caput eius, et ibi dimitte iij. diebus, & ambo crura eius usq; ad genua mitte in aquam frigidam, & da ibi ei potum ad soluendum.

D *Ad febrem capitinis, quæ non permittit hominem dormire vel quiescere.* Tolle capita papaueris sicca uel uiridia, & semen lactucæ, uiolas, & folia myrti, & pone ī cacabo aqua pleno, & coqua vñque dū oēs herbæ dissoluantur: & ex decoctione iplarum pedes & crura lauentur, & extergantur linteo fortiter, deinde ungantur oleo uiolato: & sic somnum præstabis, et dolorē et angustiā auferes. *Potio ad dolorem capitinis.* Foeniculum, rutam, libysticum, mel, p̄p̄er, uinum, totum commistum iejunus bibat. *Item ad somnum.* Succus papaueris agrestis cum farina hordei inunctus dat somnum. *Item ad dolorem capitinis.* Folia hederæ terrestris cum albumine oui in fronte ligata profundit. *Electuarium ad capitinis & stomachi dolorem.* Rec. mastiches, anisi, foeniculi, polypodiij, thuris, myrobalanorum indorum, croci, spodiij, sandali albi et rubri, portulacæ seminis, diagridij, añ. 3. iiiij, zacaræ, amygdalæ, añ. unc. s. traganthi. 3. ij, caphoræ scrup. j, muscæ scrup. s. uiolæ quantum de alijs oībus speciebus, tépera cū syrupo uiolaceo. *Vnguentū Laxatiū, quod caput alleuat, stomachum purgat, appetitum confortat, oculos clarificat.* Rec. succi apij unc. ij, foliorum rubi succi unc. iij, polypodiij succi unc. iiiij, laureolæ succi vnc. j, foeniculi succi unc. xij, mercurialis succi unc. xij, olei lib. ij, adipis gallinæ et uerris añ lib. v, resinæ unc. j, thuris, mastiches, añ. unc. s. casiq; fistule medullæ unc. ij.

Ad Tineam.

Elleborum nigrum tritum cum unicto pone super totum caput. *Ad idem.* Ficatum porcinum crudum et calidum cataplasma diebus nouem, postea laua de aqua frigida, et sanabitur.

Ad Furfures.

Accipe semen urticarum, et trita parumper, pone in aceto per diē et noctem, et postea laua caput

ALTER

caput de qua re uolueris, deinde vero de ipso aceto, ad ultimū aut de pura aqua: hoc fac bis vester. **E**
Ad idem. Coque cyclaminū in vino, & caput ablue: deinde coque saluiam in vino, & caput ablue:
& super hoc puluerem nepitae asperge super totum caput nocte, & mane iterum laua cum saluia.

Ad Capillos cadentes.

Apes quam plures in olla noua include, & ibi eas incende, & cum oleo tere, & exinde in caput mitte, & scarificatum perunge.

Ad Diurnam Alopeciam: & renascentes capillos.

Pyrethrum tritum mistum cum felle vituli sepius perunges. Stercus etiam felis idem praefat cum aceto illinitum. Euphorbium cum oleo frequenter impositum idem mirabiliter operatur.
Ad idem. Caprarum stercus, & vngulas ipsarum combustas, & cum aceto solutas adhibe. **Ad idem.** Testudinem viuam super sarmenta incende, & cinerem eius in cacabo nouo cum aluminais unc. iij, & medullæ ceruinæ totidem, cu vino coque, & alopeciā inde frica. **Item ad uriones in capillis.** Accipe fel* terræ, & fel bouinū, seu taurinū, & acetū, & pone in cucurbita de creta, facque fortiter feruere, & refrigerato, & colato, laua semel vel bis, deinde laua cum aqua calida si uis.

Ad idem, & ut capilli citius crescant. Olibanum cum stercore murium pari pondere tere cum aceto & perunge, sed ante loca nitro frica. Idem facit git ustum cum aqua tritum & illinitū. Item lathyris trita, & cum oleo cocta, & illinita mirabiliter capillos augmentare facit. Item simū caprinum cōbure in testa, & tēpera cu oleo, & raso capite inuncto spissos capillos prēstat. Flos agrimonie tritus cum oleo & fricatus, nigros capillos facit. **Item ad capillos cadentes.** Agrimoniam tritam cum lacte caprino impone. **Ad idem.** Verbenā cum absinthio in lixiuio coque, & laua caput assidue. **Vt capilli nascantur ubi volueris.** Panem hordeaceum & chartam cum sale & qualiter cōbure, & tere cum adipe vrsino, & vnge locum. **Vt capilli nascantur ubi vis.** Vnge caput oleo myrtino, quod sic fit. Rec. flores myrti, & coque cum oleo communi, & eo colato pone recētes alios flores myrtinos, & stet sub diuo xl diebus: sic fit omne oleum, vt rosatum, &c. Itē corticem mediā de ulmo in aqua coque, & de ipsa aqua caput laua, deinde puluerem rutæ supera sperge. **Item ad capillos & pilos ut nascantur.** Pellem de capite vulpis calybitidis. i. tugurialis excoriata combure & lacertæ viridis corpus eiecto capite uno die aut nocte suspende, & postea coque in oleo simul cu puluere, & vnge vbi volueris. **Ad idem.** Et cortice capparis incenso cum melle inūge. Similicer ex puluere ranarū, & muris simi cum pice liquida, & ex cinere quercus nouellæ vnge sēpius.

Ad Auferendum Pilos.

Ad pilos de facie vel alia parte corporis auferendos. Psilotri calcis viuæ lib. i. in vase stictili ad ignem, sine aqua per diem & noctem dimitte: in crastinum autem aquæ quantum sufficit infunde, & diu agita: postea adde lepnias pulueris j. auripigmenti vnc. ij. Quando uero probare uolueris, an perfecte coctum sit, penna immissa & abstracta si depilatur, coctum est: tunc in balneo antequam laueris unge: post horam quando iam pili cadunt, de furfure absterge, & laua. **Vt pili ita ablati nunquam renascantur.** Cicutæ semen, vespertilionis sanguinem, verbenæ succum commisce, vt multum spissentur, vnge nocte prius ablatis pilis.

De Hemicrania.

Siquis hanc passionem habuerit, & nullum cibum sumere quererit, & dormire nequiuuerit: naufrage iterum non valuerit, & nullum suspirium fecerit, & potestatem in lingua non habuerit ut debet sed hæsitauerit vt ictericus, ista signa mortem significant. Si vero nulla sint mortalia, dabis ei picram Galeni, & sal catharticum. Vnguento thermantico seu calido vnge caput eius. Item succo soliorum hederæ cum oleo & aceto vnge nares, & statim dolor sedatur. **Pilula ad Hemicraniam.** Recip. myrobalanorum citrinorum, Kebulorum, indorum, an unc. s. croci orientalis, mastiches an unc. ij. & scrup. ij, scammoniae unc. j. s. aloes hepaticæ quantum pensat totum, tempe- **H** ra cum succo foeniculi, & da eunti dormitū. **Ad idem, & ad quoslibet alios morbos.** Baccarum lauri cum folijs une. j. bryoniae unc. j. mastiches, unc. j. aloes unc. ij: tere & confice cum succo caulis, & fac inde pilulas, & da patienti post comedionem xj vel xij, secundum virtutem, eunti dormitum. **Ad Idem.** Herba quinquefolia in vino, aut in aceto trita perunge.

De Scotomia.

Qui villam iugiter circuit per gyrum, vel contra Solem respicit, seu in puteum, seu in quemlibet locum manum mittit ut inde aliquid attingat, & statim cadit & spumat, mortale est. Si autem nullum mortale sit signum, abrotanum da bibere, & in capite pone theodoricon emperiston, & hieram, & anacardinum theodoricon. **Item ad capitum vertiginem.** Balsamitam cum oleo tritam & expressam, cerebro & fronti tepidam vngendo appone.

Ad Caput fractum.

Aranea tela cum oleo & aceto, fracto capiti apposita, dolorem tollit & sanat.

De Epilepsia.

Qui ceciderit in hanc passionem, & contraxerit omnia membra in vnum, nō tamen spumat, & postea libenter manet solus, & cum nemine propria voluntate loquitur, signa mortalia sunt.

Siquis

A Siquis lunaticus spumat, & oculos conuerit, & fremit, & mugit, & membra contraxerit, & colorē similē croco habuerit, moritus est: si autē hæc signa defunt, cū blāca, aut sancti Pauli antidoto, aut Esdræ cū scāmonia, ei subueniatur: Idē epilepsia nascitur ex trib. humorib. i. phlegmate, cholera rubra, & melācholia. Siquis cadēs fecerit spumā multā & albā, & stridet dentib. erit de phlegmate. Si verē qn̄ ceciderit claudit oculos quasi dormiat, & non proijcit spumā, & cito resurgat, erit cholera. Si autē vultū nigrum habebit, & distorquebit os, & caput, & linguam, & manus strinxerit, & fecerit spumā parvā, & continebit se quasi ad mortē, de melanacholia erit. Itē per vrinā potest cognosci, ex quo horū triū aeger patiatur, quia si fuerit alba & crassa, erit de phlegmate: si citrina & parvū nigredinis habuerit, de cholera rubra: si alba & nigra & crassa, erit de melācholia: hoc potest probari in sequēti nocte sui casus, vel præcedēti in virnis. Patiētes autē melācholiæ causā vel phlegmatis sic curari possunt. In primis talē diætā accipiāt xv. dieb. vel xx. comedant carnē * ouillā non pingue, coquinatā, & agnos paruos. De volatilib. comedant gallinas, gallos, anseres, * Al. suillam. anates, pullos colubarū domesticos, phasianos. De olerib. porros coctos cū oleo, buglossum coq.

B natū, pastinacas coquinatas, fēniculū, asparagos, ius cicerū cū oleo. Defructib. vero nullū, nec pīces. B: bāt vinū subtile cū aqua. Potio ad idem. Rec. pēoniæ grana, saluiani, absinthiū, vrticā, marrubiū: secundū estimationē in aqua fr̄ida tēperabis. Item ad idē. Lasa, i. assa fētidæ, maluæ, beto niçæ, abrotani, phu, cinnamomi, piperis albi, rhū pontici, euphorbij, salis, ficiū, opopanacis, saluiæ, origani, diagridij, scillæ, casiae fistulæ, ammoniaci, mastiches, hyosciami, costi, rutæ, castorij, an. vn. i.s. sagapeni, mandragoræ, mercurialis, sampsuci, thuris. an. vnc. iiiij: da ei cū aqua calida in modū auellanae. Itē puluis ad caducos, & qui spumant, & paraliticos. Rec. olibani, mastices, myrrhæ, sanguinis draconis, aspalathi, antimonij, equali pondere, opopanacis vnc. j., oliuę smaragdinę, bdelliū uarij, petrē de capite corui marini nigrę † unc. iiij. crystalli, sadib, i. folia nucelle, nascam. i. fungum † Al. drac. vij. quercinum, carbones sambuci, petræ sancti sepulchri, nascam uritis, † pannum blathę byzātię, na scam myrtinam, † crucem mariam, herbam occasionis, † cicerellum, furfura, matrisyliuam, herbā hircinam, betonicam, maiorem maluam, marcoram, i. marrubium, baccarum, † malum sty racis, ungulam ursinam, coriū uituli marini, sel & fiscatū ursinū, sel & fiscatū corui, sel & fiscatū erina cci, cingulū de corio capreoli, os de corde cerui, sulfur, pallam maris, radicē de carduo albo, an. 3. ij. puluerē fac & da cū aqua frigida. Ad idē. Oua coruorum comesta prosunt, expertū est. Qui perdit loquela culpa epilepsie, succum rutę agrestis naribus iniicias: hoc sepe facto eam recuperabit. **Vnguentū ad idē.** Cētum neruiam, uiolam, brancam ursinam, allium, sarfaram, apium rīsus, ba trachion, linguam caninam, sisymbrium, fœniculum, lybisticum, aquilegiā, equaliter, herbā fœtidam plusquam de alijs: his omnibus pīnsitis cum ax. ingia scrofæ recenti, & in axungia ualde coctis, exprime fortiter per pannum in aqua frigida, & quod supercoagulauerit collige, & repone, & utere. Infirmus autem secludatur dieb. xxx: prius tñ accepta potionē, que optime purgat, capite raso, & bene calefacto, mane totum caput hoc unguento, & totum collum in circuitu unge, & sero similiter eunti dormitū, et hoc xx dieb. factō, Rec. castorium, et olibanum, et antimonium, equali pondere, et pulueriza, et dīstempora cum fœniculi succo, et da ad bibendum mane ieuno, et sero eunti dormitum, et per xxx dies, et custodi a cibis contrarijs. Item probatum vnguentum epilepsie. Rec. linguam caninam, brancam lupinam, plantaginem de aqua sulfurea, sisymbriū, fœniculum, lybisticum, centrum galli, uiolam, saluiam: hec omnia equali pōdere cū recenti axūg a scrofæ in aqua decoque, et cola fortiter, et quod supernatauerit in frigidatū, collige. Et qn̄ operari uolueris, cathartico patientem purga, prout res postulare uidetur: deinde abrālo capite abundanter inunge, habens idem supra caput et circum amplam testam calefactam ut affatim calorē ministrare possit: hoc per triduū, uel quantū opus fuerit fac. Et aquā aliquantulū mellitā, et calidam bibat. Antimoniu, castoriū, olibanū, linguæ caninę radicē, fœniculi radicē, equali pondere, et puluerizatis utatur in supradicta aqua, uel eius succo expresso. Itē ad idē. Fac bullire centumneruiam. i. barbaram syluanam in ix. phialis uini, ut redeat ad tertiam: da phialam j. per dies nouem.

De Apoplexia.

Qui ceciderit in apoplexiā, et de multis rebus desiderat sibi cibum afferri et potum et statim quando uidet hēc abominatur, siue masculus fuerit, siue fœmina, mortem sibi imminere significat: qui autem non habuerit hec signa, curari poterit cum supradictis antidotis et unguentis.

De Phrenitide.

Qui ex phrenitide multum alienatur, phlebotometur de media uena frontis, quantum ouī testa capere potest. Si perdiderit loquela, sternutamento utatur, quod conficitur ex cōdīsi herba. Si autem pī nim a angustia dormire nequierit, crura et pedes lauentur ex decoctione uolarū, et rosarum, et semine lactuce, et myrti et sic colatis linteo, ungatur oleo uiolato: et si non alienatur, et desiderat balneum, sine aliquo timore detur. Si autem hoc totum non profuerit, radatur totum caput, et ex calido pulmone pecoris obuoluatur totum caput, et maneat ibi per totam noctē n, et super foliis cucurbitæ: et totus stomachus similiter obuoluatur de foliis: et maturina hora pī nimio foetore auferantur. De cibis, utatur cucurbitis et portulacis conditis cum paucō oleo, et aceto,

ALTER

& aceto, & comedat far, ptisanam: de pomis autem mala granata, & mala syria, & pira. Item ad E
prhenitin. Succus hederæ in naribus infusus, & ruta mista cum aceto, cerebroque superposita, ni-
mis adiuuat. Item ad somnum. Semen hyoscyami fortiter tere, & cum lacte mulieris, & oleo vio-
lato, vel rosato tempera, & tempora & front. in unuge.

De Melancholia.

Qui melancholiā patitur, si temper vomit, & fastidiū patitur, & nihil de cibo & potu accipe-
re potest. tamen hoc tantum quod sumit non proficit ei & Solis vel ignis ardorem nequit susti-
nere: & dormire non potest, tamen quando dormit supinus taceat: & nunquam firmiter dormit: &
post dormitionem pigritia in eo sentitur: & ambo labia viridia sunt: moriturus est. Item si multū
sit, & lateris patiatur dolorem ex vtraq; parte, talis est ei curatio. Calami, nardi, casiae fistulæ, eu-
phorbij, costi, añ drac. iiij, esulae drac. iiiij. haec omnia in puluerē redige, & cū vino bibat, iejunus val-
de diluculo, & tunc iejunet ad horam nonam. Item ad idem potio. Ireos tunsum & cibatum mis-
sum in vino iejunus bibat mane. Aliud catharticum. Tartarum, & farinam tritici mitte in vino in-
fuso, alia die fac inde pilulas, & dabis ad manducandum ieuno. Item ad idem medicamentum pur-
gatorium melancholie quod hunc humorum proprie purgat, & liberat corpus. Recipe anisi vnc. i. pe-
troselini vnc. iiiij, epithymi drac. iiij, mel quod sufficit: dabis cum aqua, vel cum vino.

De Lethargo.

Qui in lethargum ceciderit, & libenter est solitarius, & multū comederit, & eo q̄ amplius defi-
derauerit, & loquitur quod non decet, & iugiter saliuā suam foras mittit, moriturus est, maxime
si sudor frigidus in facie & ceruice fuerit. Si vero talia signa defuerint, ita curabis. Ante diem ter-
tium nihil est adhibendum: iacere debet in loco luminoso: frequenter pulsando, nomē eius voce
tur. Quod si praeualeat plurimū ei somnus, vngenda sunt ex oleo dulci & calido eius precordia, &
lana munda & calida fasciāda: cibo autē dato, fricentur illius manus & pedes. Quod si iterū dormi-
uerit, mulsam accipiat, & clysteria iniiciant, & caput pressius tundatur: ferulæ incensæ fumus eius
naribus apponēdus eit, sicut ēt lucernæ extincte odor olfaciendus est. Sic ruta in aceto trita eius
naribus adhibenda est. Sisymbrium in aceto tritū infundimus in capite, aut testudinis sanguinem
in fronte illinimus. Ptarmico cerebrum mundare conuenit: alij sanguisugam fronti & temporibus
adhibent. Ex cornu ceruino & galbanō fieri fumum eius naribus valde approbamus.

Ad oculorum Vitia.

Super panem hordei calidum & per medium scissum puluerē carui asperges, & ante oculos pa-
cientis tenebris. *Ad sanguinem & vulnus oculorum.* Primū tere pinguedinem, & postea adde fa-
rinam millii, & distempera cum uino in modum unguenti, & linteolo superposito, cui opus fuerit
impone. Item tolle crocum orientalem, & lycium, & succū ocymī, & lac fēminē marē nutrientis,
& dactylorum carnes: omnia tere fortiter, & cum aqua rosata vel cū succo ipso & lacte distempe-
ra in modū vnguenti, & super oculos pone. *Item ad oculos sanguinolentos.* Tolle pullum columbi-
num, & sub ala incide, & sanguinem qui inde exierit in oculos infunde. probatum est: *Ad lachry-
mas oculorum.* Tolle rapas sylvestres, & tere fortiter, & cum aqua rosacea distēpera, & super ocu-
los pone, probatū est. *Ad lippitudinem oculorum.* Atramentum, mel, albumen oui æ qualiter teres,
& oculis superpone, mane & sero lacte mulieris inunges. *Item ad lachrymas oculorum.* Rutæ succū
& mel cōmīscē, & oculos unge. certum est *Item ad sanguinem & dolorem oculorū.* Aloen & opium
tempera cum lacte mulieris quæ nutrit masculū. *Item ad tumorem, & caliginem, & sanguinem.*
Verbenam cum oui albumine tere, & tritam impone, optimum est. Itē cynoglossi succus in ocu-
lis immissus, & herba trita & superposita oculis, mire prodest. *Item ad caliginem oculorum.* Rorem
qui cadit in matutino, & succum rutæ collige in vnum, & in oculis mitte. *Ad pannum oculorum.*
Puluis olibani cum melle & acero ac stercore maiorum murium mistus, atque immissus, caput de
nudatum capilli uestit: & pannum oculorum diluit: dysenterię obſiſtit cum aqua sumptus occasio
ne frigoris. lumen amissum puluerizatus & iniectus restaurat. *Item ad pannum & sanguinem oculo-
rum.* Membranam oliue fortiter tere, & misce cum albumine oui, & pone super oculos, multum
valet. *Ad vngulam oculorum.* Tolle anguillā viuā, & extrahe inde sanguinē, & mitte in oculū, mul-
tum valet. *Item ad idem.* Accipe nitrum, & mitte per ix dies in ignem: & postea fac tenuissimū pul-
uerem, & mitte in oculum. expertum. *Item ad sanguinem oculorum.* Rec. succum apij, & albumen
oui, misce simul, & mitte in oculum fero eunti dormitū. probatum est *Ad idem.* Rec. salicem sic-
cum, cōbure fortiter in ignem, postea fac tenuissimum puluerem, mitte in oculū eunti dormitum;
probatum est. *Aliud ad pruritum. & pinguem pituitam.* Succum uel folia apii misce cū bono uino &
dimitte per unū diē, postea unge oculos, uel laua. mire prodest. *Ad albuginem oculorum.* Succus a-
giolæ, fœniculi, instillatus eunti dormitū, multū ualet. Stercus albū tantu lacertæ cū uino tēperatū
idē facit. Itē succus heredæ terraneæ in nare eiusdē partis oculi, in quo fuerit albugo, immissus, ca-
pite uehementer reflexo manente, albuginem ejicit. *Item ad clarificandum visum.* Fel uulturis cū
stercore humano mistū, & uino bene colatū, & oculis immissum mire facit. Fel arietinū immissum
hoc idem facit. *Pilula ad visum experta.* Rec. squianthi, spicæ, xylocasiae, xylobalsami, carpobal-
sami,

DE DYNAMIDIIS

25

Asami, agarici, asari, toſæ, violæ, epithymi, absinthij, colocynthidis, terebinthinae, cinnamomi, croci orientalis, stachados, mastiches, ana drach. j. diagridij drach. iiiij. aloes hepatici vnc. v. tempera cū succo absinthij, & fac pilulas.

Ad aurum vitia.

Ad aurem percussam, vel vulneratam. Calidi panis interiora cū melle tere: & frequenter pone. Item ad aurum dolorem. Tolle cepas, & tere fortiter, & adde cyminum, & mitte in frigorio, & fac in modum cataplasmati, & tepidum pone super aurem. Item ad auditum. Micam panis hordeacei impone calidam. Ad aurum dolorem. Succum mentæ tepidum infunde. Item ad aurum dolorem. Rutæ cymam, & cyminum tēpera cum lacte mulieris, misce & cola: & succus inde extractus tepidus auribus instillatus valet. Item ad aurum dolorem, ventositatem, & surditatem. Cepulam albam, & allium, simul tere, & exprime inde succum, & auribus instilla: Item tolle malum terraneum, & caua, & immisso oleo coque, & in auribus instilla: idem præstat. Item ad distractos sonitus. Euphorbium cum oleo cyprino tritū, & calefactū in aure missum, singulare præsidium est. Item ad dolorem calidum, & tumorem. Succus cucurbitæ cum oleo rosaceo calefactus, & immisso sanat. Itē lycium, & opium lacti mulieris admistū, & auribus immisso nimios dolores mitigat, si tamen opium vetus fuerit. Item oua formicarum tere, & per linteum cola, & ad de polygoni succum, & auribus infunde: uetus siccum emendat surdum. Si vulnus in auribus, fuerit, aut auditus grauetur. Vrinam puerilem tepefactam infunde: humorem deficcat, & celeriter sanat. Item hederæ succum cum vino mixtum infunde.

De fluxu sanguinis narium.

Antrum sanguinis fluxū. Testas ouoru, & maxillas caneri, & sanguinē draconis, & ster-
cus bouiniū siccum, & parum de pñlothro vnguēto siccō, quod remanet in vase in quo
conticitur: hæc omnia tere, & in puluerem redige: & quantū tres digitū leuare possunt, vel
quantumcunque pōt cū nare, vnde sanguis fluit, leuare, attrahat, & liberabitur. Hic puluis cum aqua
frigida temperatus, in mane & sero potatus cum prædicta mensara, scilicet trium dīgitū, curat
fluxus mulierum dysentericos, & hæmoptoicos. Item ad idem. Gypsum cum aceto forti, aut ar-
gillam, fronti vel temporibus illine, & testiculos in acero forti patiens teneat. Itē lumbricos terre-
stres cum thure, & tenui albumine oui contere, & fronti, & naribus impone. Item bombacem ali-
quantulum vñsum, & vino, & oleo infusum, in nare, de qua sanguis exit, mitte, eamque exinde op-
pila. Itē herba sanguinaria pinsita, & naribus imposita sanguinem sistit. Puluis vrticæ cōbus tæ na-
ribus insufflatu idem facit. Itē vitellus oui assatus, & durus naribus immisso sanguinem stringit.

De fætore narium.

Ad narres, male olentes. Rutæ semen, absinthii semen, vel pyrethri accipe: fac puluerem, & in
naribus pone.

Ad polypos naris.

Recipit aluminis scissi, myrrhæ, sandaracæ, ana drach. iiiij. æris vñsti, gallæ, ana drach. j. diligenter tere: & calamo insuffla, prælotis tamen naribus bono vino: & bene valebit. Emplastrum Le-
ucadi diapipereon, solutum cum siccō mali granati acidi idem præstat.

Ad vitia oris.

Si quis ulcerationem oris patitur intrinsecam, tolle oculum lucidum i. lycium, & cū squa ro-
tu m, & cum melle mixtum in ore clauso teneatur, & phlegma fluere sinatur. Singulare auxilium
hoc est, & ad dolorem dentiū valet. *Ad fætorem oris.* Folia fragi manduca, pulegiū, et serpyl-
lum simul: & quando perrexeris dormitū, aceto bono laua. Si anhelitus olet, quando perrexeris,
dormitum aceti boni cyathum i. per partes bibe. *Vnguentum ad vitium oris, vel vulnus.* Ius de
chelidonio pleno ouo, mel pleno ouo, piperis grana 5 i. coque ad medietatem, & utaris. *Ad lin-
gue vulnus.* Arundinem in melle missam, & coctam pone: mirifice sanat.

De dentium vitis.

Nasturtij succus auribus infusus dentium dolorem mitigat. Sotira, & Eucharistum, potata
dolorem dentium sedant, et placant. Item tithymali radicem coque in vino ad medietatem,
et bis per mensum os lauetur, et dentes nunquā dolebunt. *Item ad idem.* Rec. Radicem vrticarum
et coque in aceto: acetum tene in ore, de radicibus uero emplastrum facias super maxillas dolen-
tes. *Ad idem.* Tolle membranam radicis thapsisæ, & coque in aceto, et ablue dentes, prius tamen,
scarificatos, ut sanguis inde exeat: hoc etiam commotos dentes confirmat. Item rasuras corticū
oui tene deforis, et cū aceto forti decoque, et tepidum in ore tene. *Ad idem.* Chamædryos cū
acetoforti tege, et longe in ore tene statim dolor deficit. Item hederæ radicem in uino coque,
et in ore tene radicem, et uinum, multum prodest. Item quinquefolium cum radicibus in aceto,
aut vino coctum iejunus in ore tene. Item uinum cū pipere milcebis, et parū bullies ad focum, et
tepidum in ore tenebis, Item succus allij cū pipere triti, in aure alterius partis missus prodest. Vel
fal combustum super dentem positum perfette idem operatur. Item puluis olibani cum staphide
agria tritus prodest dentibus, et linguam expeditam reddit. Item Rec. 33. grana piperis, et tere-

Spury.

D^r for-

ALTERA

Fortiter, cum fortis vino bulliant: & teneas in ore, & reijcas, & iterum his vel ter, aut amplius summas, donec dolor cesseret. **C**ortex pyrethri bene tritus, & super dientes positus pdest: puluis eius idem operatur. Hoc idem facit vena incisa, quae retro est in media aure, vel alia ligata inter pollicem, & indicem contrariae partis. **A**d maxillas tumidas, & ad dolorem dentium. Bullire facit hymalum in aqua & cola: herba fascia levando, & ponendo in gingiuia. **A**d dentes continendo. **C**orticē pyrethri incende: & holm armenicum, & mastichen, misce: & facto puluere vngue gingiuas. Idem faciunt piperis grana, 33. calx. cū melle prius mixta, & postea assata, & galla, & mastiche, & balauista: omnia æ qualiter pulueriza, & vngue gingiuas. **A**d vuluum destillantem, & fauces tumentes. Succo absinthij sufficienti laua. Item sinapi in aceto gargarizatum cum melle molcum iuuat.

† Al. piri.

Contra zitria facie.

Ad impetiginosam faciem & rubram. Rec. succū cardū celli albi, & morgellinæ, tātundem de libano, & melle, & absinthio, & cerusa: & his cōmīstis vngue: & laua facie cum mica panis in aqua infusa: deinde tenueras cymas rubi cū melle Luna decrescente confice: postea inunge ceruam nouies ablutā: deinde cōmīscē oleum, p̄simytiū i. cerusatam, & libanum. **A**d lentigines. Rec. ouum, & pone ī aceto, donec restat maceret: & accipe sinapi, & pulueriza, & cū uno cōfice: & unguis facie eunti dormitum: postea laua cum farina hordei. **A**d idem. Succus bryonijæ, & cucumeris agrestis, aī vnc. i. gummi hederæ unc. s. accipe: & faciem laua superiori modo: & si intumerit facies, cum succo strychni. i. solani, & albumine ouia laua. **I**tem ad impetiginē. Rec. radicē plātaginis, & sal, & acetū fortissimū, tere fortiter, & de illo aceto distēpera, & laua. Item radix minoris lapathij in aceto cocta, & super impetiginē fricta liberat. Itē hiera logodiō, & hiera Rūsi, facit in initio impetiginē habētibus, & varijs alphis. **V**nguentum ad impetiginem. Lacertā iuuā, & vīte albā pone in oleo, & coq; ad tertiam: & colato oleo, adhibeat cera purissima. probatum est. **A**d idem. Rec. olci libram i. libani, cozibri, pegulæ, sulfuris, saponis, lycij auripigmenti, ceræ, aī librā mediari.

De Morbæ curatione:

Trochisci ad morpheam albā vel nigrā. Rec. ellebori albi, piperis lōgi, careos. i. carui, halcyonij, i. spuma maris, sulfuris vīi, calami aromatici, andrachnes i. portuacæ, sandrachæ: omnia æ qualiter ponentes tere, & fac trochicos cum aceto, & utere. **A**d maculas albas, vel nigras. Qua trita, & cretam, lithargyrum, & cerusatam, ex æquo cum aceto, & oleo rosato confice. & loca prius cum linteo perfricta usq; ad ruborem perunge. probatum est. **A**d maculas rubras. Cum melle, & absinthio inunge faciem. Itē alio trita cum melle inuncta faciem iuuat.

Ad rugas de facie tollendas, & omnem ægritudinem depellendum.

C Entri galli succus, genibus, & cruribus ad ignem vel ad solem illinitus omnem dolorem ex tirpar, & neruorum contractionem penitus tollit, probatum est. *Ad ulceratibiarum.* + el caprinum cū resina, & cerusa misce, & pone super ulceram. *Emplastrum ad inflationem,* quæ sit in cruribus, & in coxis. Stercus columbinum album cum forti aceto mistum, & tritum, & in aluta inductum superpone. *Aliud probatum ad inflationem,* quæ sit cum rubore, & calore. Farinā hordei, & fabæ tolle, & in aqua coque, & superpone. *Ad omnem Ulcerationem tibiarum, cicatricem, vel maculam nigram, vel albam.* Pulueris plumbi vstifacti cū ligno auellanæ, aut lentisci vn. viij. olibani, myrræ, aloes, mastiches, ana vn. j. oleum viride, & modicum aceti exagita miscendo in corpus vnū, & in folijs hederæ inductum superpone. *Ad tumorem genu.* Fac bullire, radicē brusci bene, & postea pinse cum axungia, & paucō saluia, & infascia. omnem tumorem tollit. *Vnguentum ad tibias fractas.* * Al. salis, de phlegmate salso. Folia persici, hederæ terrestris, colophoniam, picem, oleum de spica, oleū cōe, sepum, & ceram, & lithargyrum de auro. *Ad dolorem genuum.* Bibe succum ruta. Pro dolore podagra. Tere, & fac puluerem de gith, & vnge ubi dolor est, superpone stagnum, & insuper tūpam vngue de ipso puluere, & statim dolor recedet. *Vnguentum ad idem,* & ad qualcumque dolorem. Rec. mastiches, olibani, ana. 3. i. adipem vrsinum, & albumē ouorum insimil misce; & accipe cymulas virides lentisci, & tolle ex eis succum: & adiunge vetus oleum, & distempera: & fac vnguentū theodoricon emperiston: ischiadicis, & podagricis subuenit: idem facit philathropos. *Ad idem.* Rec. gariophyllorum, zingiberis, cinnamomi, ana. un. ij. hermodactylorū un. v. costi, diagridii, ana unc. ij. mellis, quod sufficit. *Item ad calidā.* Succus radicis filicis cū oleo roseo mistus, & inunctus prodest.

Ad hominem subtilandum.

Pluist ciricus uel ciricon, utilis ad pingue in hominem subtilandum, & crassitier superfluam *Al. affyricus* deponendam, ita ut ad temperiem tenuitatis, & siccitatis patientem deducat: curat etiam leprosos & herniosos, pruriginosos, & scabiosos: & si quis hoc usus fuerit, podagrico, uel arthritico, seu alio aliquo dolore nō molestabitur. Quicunque hoc puluere fricari uoluerit, ut in balneo post quam sudare cœperit, fricetur, & hoc trib. dieb. vel amplius interpositis: dieb. autem quib. vtitur, nullo unguento patiens fricetur: a pipere, & salsa mentis, & acrimoniis caueat. Rec. + nitri assati, } *Al. nitri assati.* myrra assate, sulfuris uiui, opocissi. i. succi hederæ, iridis illiricæ, ana un. iiij. baccatum lauri siccatur, sampisci, ellebori albi, pumicis marini assati, chamaeleontis nigri, pyrethri, sinapis, gallæ ale sandrinæ, peucedani, pollinis fœnigreci, cimoliæ, tartari, aristolochiæ longæ, & rotundæ, gith, orobi, piperis nigri, caulis agrestis, struthij, cardamomi, marrubii, cantharidum, succi siccii elaterii, ana unc. ii. confice sic, hec oīa subtiliter tere, & in uase uitreo conde, & qn opus fuerit utere. *Electuarium ad idem.* Rec. gariophyllorum, spicæ, galangæ, zingiberis, an. 3. s. sacchari lib. ii. & semis, mulci scrup. i. saccharum coque cum aqua rosata, & ipsa pigmēta pinse diligenter, & misce cum ipsis saccharum, super ignem semper agitando, & qn decoctum fuerit, infunde super marmor. *Ad hominem nimis crassum.* Imple patellam florib. auellanæ, & superfuso uino agita fortiter & bulliat die ac nocte: & semper qn succatur, funde uinum: & cola, & bibat ieunus un. ij. per dies quinq; & comedat ad prandium: hoc faciat mense Februario. *Ad idem.* Tolle tartarum, & fac pulucrē, & de oī ci bo intincto in eo comedere: desiccat. n. pinguedinem. Hiera rufina scabiosis, & leprosis utilissima.

D *Vnguentum ad mala nascentia.* aloes, olibani, mastiches, myrræ, arsenici, boli armeni, colophonie sandarachæ, terebinthinæ, æruginis campanæ, spuma argenti, galbani, ammoniaci, sagapeni, reliq; gummi persici, picis naualis, analib. ij. tragacanthæ, aristolochiæ longæ, gomphitæ, castorij, flo *Al. rotundæ.* ris plumbi, ana un. iiiij. ceræ libras duas, lepi taurihi unc. iiiij. Oleum frumenti ad scabiem, et ad herpes, quod ita conficitur. Pone frumentum inter duo ferramenta calida, & expime fortiter oleum. *Ad sacrum ignem.* Accipe picem, & uitellum oui crudi, & fac emplastrum, & pone desuper. Vnguentum ēt de oleo frumenti, probatum est. *Ad morbum nigrum.* Erysimon cum uino bibat, & sanabitur. *Ad sanguinem stringendum undecunq; excat.* Testiculos in aceto pone, pedes infrigida, & statim cessabit. *Ad carbunculos.* In primis ligat maluas coctas cum butyro uel sagamine, & appone, & mutetur in die: deinde appone emplastrum istud, quod carbunculum cito aperit. Rec. siccum pin guium pastilarum, cepæ coctæ, galbani, ammoniaci, lactis mulieris, maluarum coctarum, carbonū, uel cinerum uitis vineæ, testudinis uiuæ unius, pinguedinis porci recentis uel ueteris, & quale pondus tere, & appone, vsq; dum aperiat. *Ad idem.* Accipe cinerē pruni, & distēpera cum vitellis oīo rum, & pone super: & postea accipe siccas, et parum olei, et arsenici. et tempera totū simul, et appone: deinde appone terebinthinæ, et galbanū, qn putredo exire cœperit. Si multi carbūculi exierint, tolle sanguinem de brachijs, et dala laxatiuum. *Ad pustulas quas habet infans in manibus, & pedibus*

A L T E R

pedibus ultra modum. Accipe scyllam, & hyoscyamum ipsam herbam, & lambuci frondes, & quoE pondere, & pinsito, & coque in aceto inde multum, & appone. *Ad omnia apostemata exteriora, se- ne tumores.* Agrimoniam, verbenam, quinquefolium, & quis siteres, & impones, ponderibus, cum aceto coquas adiecta semper iuua sanabis. *Ad rumpendum apostema.* Fermentum, olibanum, axun-
gia, lac fœmina. *Ad apostema subtilandum.* Libyticum feruefacias in aqua, pinsito cum pinguedi-
ne, & pone desuper. *Ad sacrum ignem, vel calorem membrorum, qui per aliquam occasionem nascitur.* Rec. Sisymbrij, rutæ, rubi, solani, innuum quatuor cimarum M.j. radicis lilij domestici vnc.j., aloes
3.ii. cymini vn.i. albumen oui vnum, aceti phialam vnam, olei phialam vnam: prædictas herbas te-
refortiter, & succum earum cum prædictis commisce, fortiterque cola, & cum penna vnge loca
languetia, & miraberis. *Ad scabiem.* Radices lapatholi coque, & axungiam porcinam cum eis ve-
hementer tere, & argentum viuum cum cinere, & sputo distempera, & cum eis misce, & *vchemē-
ter confice: inunge, & miraberis. *Vnguentum ad pustulas, vel lepram, siue pruritum.* Florem tithy-
mali cum aceto coque fortiter, & oleum modicum misce, & inunge usque dum sanus fuerit.

De modo dignoscendi cancrum a carbunculo.

* Al. centum.
folij.:

* Al. non.

Sic poteris dignoscere cancrum a carbunculo in principio. Carbunculus quippe durus est, & rubeus nimis, & ardens, & dolet quamplurimum in ossibus, & neruis, & cito facit caput. Sed cancer non tm rubet, neq; tm dolet, sed durior est, & nō tam cito facit caput, & plus occupat: qui quando mollescere incipit, perfora cum ferro quasi carbunculū: & nepitæ, apij, betonicæ, agrimo-
niæ, chamædryos* trifolij, latureiæ, pimpinellæ, subtrifillæ, cardui, fragifolij, millefolij, ana M. vnū,
teras, & cum vino, & pipere dabis in potum mane, & sero. Item alia optima, sed valde grauior. A-
loes drachmas duas, aristolochiæ longæ drachmas quinque, sanguinis draconis, drachmas tres, ca-
storijs 3.ii. pœoniæ. 3.v. thuris, mirrhæ ana. 3.iii. ammoniaci. 3.ii. succi saluiae vel foliorum ana. 3.
iii. decoque usque ad dimidium lento igne, ipsumque in vase picato mitte: & pigmenta in linteolo
mundissimo ligata in medium liquorem pendere facias: & de populo arbore puluerem facias: de
supradicta potionē calicem medium dabis quotidie, & de puluere populi quantum tribus digitis
leuare poteris in vino cocto distemperato. *Ad idem.* Accipe albi secessus canis, prassii, plantaginis,
ana vn.s. calcis viuæ. 3.ii: pulueriza totum, & supra malum pone: & postea pone vnguentum mar-
ciator, mane, & sero mura illud, & ablue in oī mutatione de vino calido. Si vero aliqua pars mor-
tuæ carnis remanserit, abscinde cum ferro. Si autem lōgi temporis fuerit malum, & per prædicta
sanari non poterit, oportet incidere circum circa, & postea apponere prædicta. *Ad idem.* Lenticu-
læ, quæ in stagnis nascitur, vel fontibus, vel aliis aqua, succus supra cancrum positus cum occidit. **G**
Similiter facit doliachæ succus cum porcina pinguedine mistus: & ipsa herba pinsita, & superposi-
ta cum succo, & pinguedine dictis prodest valde. *Ad idem.* Succum ebuli, succum aristolochiæ ro-
tundæ, aur' puluerem eius, & albumen oui fortiter commisce, sed non ut durum sit, sed molle: & ta-
liter totum cancrum ex eo penna linies, & de frondibus septemneruę illum cooperies: sed per sin-
gulos dies mane, & sero mutabis, & quando mutare volueris, cum penna in vino infusa cancrum
prius ablue, & unga doctrina supradicta. *Puluis ad cancrum.* Calcis viuæ* nouies ablute, nouem
grana piperis, auripigmenti, aceti, & mellis, & farinæ hordei: fac focaciolam, & sub testa coque,
usque dum incendatur: et pinsito, et facit puluerem, et vbi opus fuerit, mitte. *Vnguentum ad serpiginem,*
& carnem mortuam manducandam. Rec. aristolochiam rotundam, radices enulae, cortices ca-
prifici, cortices alburni, lotium hominis: haec omnia simul coque fortiter: postea pinsit, et confice
cum axungia, et vtere. *Ad cancrum.* Vlcus primum sorti, et calido aceto bene laua: deinde cu pan-
no linteo detergendo exicca: quo facto, puluerem gallæ subtile supersperge: hoc fac bis vel ter in
die, donec sanetur. *Ad idem.* Sume mentastrum, et eo siccato fortiter frica inter manus: cui men-
tastro tertiam partem salis misce, et simul omnia fortiter tere: quibus tritis super stipites ardentes
pone, ut vtrumque bene comburatur: quod quando fuerit combustum, hene iterum teratur, quo **H**
rum puluis ter die aspergatur. *Pro carne sananda.* Linguæ bouis radicem tere, succum cuius ut pa-
stillum superpone. *Res probata ad cancro sa vulnera, quæ depascuntur in circuitu.* Accipe quotquot
habere poteris felliculorum, et scinde, et extrahe succum, ut sit dimidia phiala: sed prius laua pla-
gam de uino tepido: et tunc accipe tres petiolas de panno lineo, et in succo illo infunde, et ad ignem
calefactæ una post aliam super vulnus apponantur: et postea de farina tenuissima panis hordacei
cum supradicto succo eidem plagæ superponatur. *Ad cancrum res probata.* Caput gruis, et uenti-
culum, cum petris omnibus quæ in eis sunt sicca in furno, et fac puluerem, et supersperge: hoc
non solum cancrum, sed omnia uulnera sanat. *Item aliud probatum ad idem.* Mustellam uiuam
mitte in ollam nouam, et bene cooperi de tegula, et argilla, et mitte in furnum calidum: et ea
combusta fac puluerem, et de ostreæ testa similiter: et asperge: et post diem tertium laua de vino.

Probatum ad fistulam. Accipe terram francigenam, et galetum idest gallam rotundam, et pul-
ueriza, et pone desuper, et sanabitur. Cortice querino tuncetur fistula primo. Postea sanatur, si
mumia sepe bibatur. Majorum pulchris hominum, quæ est rapta sepulchris.

Ad

DE DYNAMIDIIS

31

Ad scabiem probatum. Accipe sigiam gr̄cam, & olei cōis partem i, & duas aceti, & coque in modum unguenti, & vnge in balneo. *Puluī ad cancrū.* Rec. atramenti, sarcocollæ, amenti salsi, & dulcis, salis gemmæ, olibani, mastiches, ana vnc.i. piperis unc.vi. *Ad idem.* Brancam lupinam, q̄ inferius est rotūda, tere, cū sale, & fuligine, & parum de sanguine, & pone eo mortuo. Ad sanandum, puluerem aloes pone. *Ad carnem malam, uel ad cancrum.* Pinse tartarum fortiter temperatū, cū melle, & mitte in panno lineo, & liga cum licio, & mitte in foco ut ardeat: & fac puluerem, & superpone. Item testam allij, fabas, & panem frumenti incende in olla, & cum isto puluere misce puluerem gallæ, & salis: laua prius de vino, & postea sparge de hoc in die bis uel ter.

De fistula.

Ad fistulam. Radicē lapathioli, qui rufum semē habet in fistula mitte: et donec purgata fuerit, per singulos dies singulas radices mutabis: & qñ purgata fuerit, cognosces, q̄a non ut aqua pus, sed quasi putredo fluit tm: qñ aut̄ hoc uideris, hoc vnguento sanabit: Rec. picē, galbanū, ammoniacū, aloen, sepū porcinū non multū, cerā, & parū olei: pdictas guttas, & gumm̄ genera, & picē, & aloen æqualiter cōmista liqua ad ignē: & postea cerā, & sepū temotim liquefacta desup addas, & agita donec cōficiat. *Ad fistulam.* Raphanū puluerizatū, & quolibet mō fistulis immisū antea tñ ex aceto ipsa fistula valde abluta, ualeat: & mō quocunq; su ppositū: & infra, vel intra eam liberat. *Ad idem.* Sume herbā escuminatā nomine, & tere: cuius succū infirmanti mane, qñ ieinus fuerit, da ad potandū: & de ipso succo p ipsū foramen pone donec sanus fiat æger. Itē accipe costā folij raphani, & mitte usq; ad profundū plagæ ita, ut sanguis egrediat, aliquanto spatio intermisso accipiatur fel taurinū, & calefacito ita, ut duricie pdat: & ossa gallinarū cōbusta, & in subtilissimum puluerē redacta: ex his ellychniū cōponatur, & ad fundū plagæ mittatur, et interdū ellychniū de cōbusto puluere saccharo aspergatur, & ipsum interdū minuas, donec sanetur fistula. *Ad idem.* Sepi arietis unc.i. gumi un.s. colophoniæ. 3.ii.s. opopanax, aristolochiæ longæ, sarcocollæ, eris viridis ana 3.ii. cerè citrinæ 3.ii. terēd. tere, & de oleo parū pone, vt possint ibi tēperari: & super ignē pone donec sepū, & gumi genera liquefiant: & utere qñ opus fuerit. *Ad fistulas tolendas, & vermes occidendas.* Succū plātaginis mitte s̄epius. Itē ad idem. Potētillā bibat per dies xxx. probatu est. *Ad fistulam claudendam.* Thus masculū diligenter tere cum uino ueteri, et inde perū ge. *Ad idem.* Accipe in primis de carne salsa lardonē, et mitte ibi per ii. dies, et postea emplastrū fac hoc modo: Accipe frondes libystici syluatīci, et tere fortiter, et misce ibi de sale cocto puluerizato tantum, quantum sunt frondes: deinde adde axungiam ueterem sufficienter: et tere omnia hæc in simul, et fac emplastrum. *Ad idem.* Accipe tithymalum cū sua radice, et mitte in cliba- *Al. sp̄tare no ut exicetur, et fac puluerē, et insuffla intus. Itē accipe piper, aloen, galbanum, ceram, et oleū, tico. et fac emplastrū, et utere. *Ad idem.* Pone emplastrū de farina, et alburno, et sinapi, et sale cocto, et de calce extincta, et de sapone spathulano, et de capitello per ix dies: deinde tere tres cymas rubi, et tres urticæ per tres dies. Item piper, allium, ficus siccias, radicem petroselini: misce, et tere simul, et fac emplastrum, et superpone, et statim interficiet. Itē accipe marmor, quod videtur esse, sicut sal, et fac puluerē, insuffla intus. *Ad idem.* Accipe farinā lupini, raphani, sinapis mel arsum, alburni carbonem: omnibus tritis distempera, cum sapone spathulano: & admisto de capitello factentum de licio torto ad mensuram fistule, et ablue eam mane & sero de capitello.

De paralyse.

Hiera fortissima G.theodoricō emperistō, potio sancti Pauli, et opopyri, paralyticis, arthriticis, et alijs diuersis causis succurrit. *Potio ad paralysin Iohannis filij Liguri medici.* Rec. mādra goræ vn.iii, castorij unc.iii. piperis grana ccc, nepitæ manū plenā, uini optimi phialas xxiiii: bulliat ad medietatē, et ieinus bibat phialā i. et usq; ad nonā ieunet. *Ad idem.* Rec. saluiæ, satureiæ, dictami, sabinæ, mentæ nigræ, cerefolii, foliorū tenerę lauri, quinq; folij, betonica, febrifuge, peucedani, agrimonie, pimpinellæ, artemisiæ, chamēdryos, hyperici, millefolij, balsamitæ, pulegij, trifolij, hypocytidos, hyssopi, prassij, origani, ana Mi:dabis cum vino. probatum est. *Vnguentum ad paralysin.* Rec. sabinę pulueris, saluię, mentę, ocymi, pulueris vrticę, balsamitę pulueris, ante unc.ii. olei lauri phialā i, ceræ lib.i. olei, 33. ana. unc.vi. oīa arbitrio tuo tere, et coque, unge. *Ad idem.* Herbam centumneruiam, idest barbam syluanam laua cum nouem aquis, et tere, et in succo adde duo cochlearia mellis, et sic unge digitos in phialis: da primo galli cātu, si laxat non euadet. *Item ad arthriticum dolorem.* Accipe micam panis madefactam aqua et tere: deinde distempera cū succo morgellinæ, uel solatri, uel portulacæ, uel temperuiæ, uel alicuius refrigeratiuæ: deinde superpone loco dolenti, primum inuncto oleo roseo: postea uero ne nimis loca neruosa desiccentur, adde emplastrum hoc: Rec. radicē altheæ, atq; semen lini, et coque in aqua, atq; somēta. ad ultimum accipe farinam lentis, et coque in quatuor partibus mellis, et aqua quantum sufficit, et sic superpone. probatum est. *Vnguentum ad guttam.* Rec. radicis bryoniæ, corticis me diani sambuci, absinthij, rutę, saluię, hederę, chelidonię, arnoglossi, sal. uncę, aloes, thuris, mellis, olei ceræ quantū tibi uide, et cōfice. *Emplastrum ad idem.* Ablinthij, radicis ebuli, furfuris tritici, stercoreis caprini: fac puluerem, acetū mitte in cacabo, et talis satis. fac bulliat fortiter, et superpone.

Item

ALTER

Item unguentum ad guttam. Rec. rutæ, hederæ terrestris, absinthij, abortani, barbe Iouis omnium E. ante M.i, labinae M.ii: simul tere, & coque i oleo, & butyro, & ad petaurino, uel ueruccino æqua liter: cola, & ubiunque fuerit gutta unge, & postea in albo p anno induc, & pone.

De ratione medendi ad os fractum.

R Ecipe betonicæ, uiolæ albæ, panem mundum ad cernendum, melangia, hederæ terrestris pilosellæ, agrimonie, siniphæ, salviæ, ne intumescat. Itē betonica sanat, & tollit dolorē: salvia auterit dolore: hedera terranea curat, & mundat: uiola sanat: plantago soluit dolorē, & mundat: agrimonia, & pilosella sanant: melangia iuuat, ut nō claudatur uulnus. Quod si ex oībus his habet non poteris, accipe saluiam, betonicā, hederā terraneam, uiolam, agrimoniā plātaginē: constere, & succū vino mistum, donec sanus sit æger, solum accipiat potū. Folij lugrascriptorū defientibus, radices indifferenter, aut puluerē, ad eundē accipies usum. Abstineat uero pariēs ne comedat herbas, caseum, lac, fructus, carnes nisi de castratis, oua, & panē nisi azymum, pultes. **A**d idem. Rec. farinā de germano idest de siliagine partes ii, absinthij partē unā tere, & milce cum melle, & panno impone, & de raso lard. superpone ei, & super plaga pone, bis mutando per diem.

De plaga.

Ad plagā. Pilosellæ succum d. bibere, si reicitur, morietur, si nō, uiuet: prima die plātaginē, & fragam in vino dabis: secūda die gariophyllatam adiunge prædicto vino: tertia die pilosellā: quarto die pimpinellā: quinto die hederā terrestre: septemneruā sexto die: transactis vero diebus septē, subrahere debes singillatim, è cōuerso incipiens ab hedera vñq; ad primam, quæ est fraga. *Antidotum contra plagas.* Angelicam, betonicā, agrimonie, pilosellam, hederam terrestre, septemneruā uiolam minorē de angelica, coque in vino, & poter tribus uicibus in die. Si sanguinauerit plaga, cum cultello minutatim incide urticam: & intinctam in forti aceto, pone in plaga: statimq; cessabit sanguinis fluxus. *Unguentum ad plagas.* Anguillas coque in aqua, & collige ad pē qui su pñatauerit, & de gallinis, & de anseribus, & de scrofula sine sale: salviæ succum; rutæ, absinthij, hederæ terrestris, liguæ canis, artemisiæ, matri ulæ, cicutæ, herbæ citri, hyoscyami, strycnibili, olibani, aloes, mirrhæ, ammoniaci, de speciebus an unc. i. farinæ de molendino collectæ in gyro, dactyli ossium, croci orientalis, sandali, acaeia, cereæ quātū sufficit, ut albū fiat. *Tractum ad aperiendum, purgādū, sanandum dolorē, & carnem mortuā, & carbunculū auferendum.* Rec. succi ebuli, absinthii, cymarū rubi, urticæ, carui, apii, oīum equaliter, mellis cochlear unū, & albumen unius oui gallinæ, farinæ siliginis, vel cuiuslibet eorum, q; sunt ad tenuitatem: confice sic: Succos, & cætera pone in uase, & comiscendo exagita, donec spissum sit, & tenax: si plaga profunda sit, pone ex hoc ellychnium perunctum: si uero patula i. plana pone super pannum donec sanetur: si vero tractū nimiū desiccatur, renoua cum lucco solius apii. *Unguentum ad plagam.* Rec. cereæ citrinæ unc. s. picis, colophoniæ, an un. ii. s. sepi arietis unc. ii. infunde cū oleo, & pone super ignē donec unguetū fiat. *Potio ad plagatos.* Betonicæ, agrimonie, fragifoliæ, asari, uiolæ, liguæ bouis, ambrosie, plantragnis minure, quinq; soli, hyperici, picis, lingue ceruine, pimpinellæ. an M. i: tere, & adde aquæ li. iiiii. mellis cochlear unum: cola, & appone piperis grana c: & quāto frequentius b berit, rāto celerius sanabitur, sed à uenete abstineat, & oībus contrariis. **A**d idem. Fac saginem de lardo, & accipe mel, & farinā de sigale, & uinum. & coque simul, & mitte super plagam: mire curat, & sanat. Item succus apii, & albumen oui, quibus adde puluerem thuris, & tantum de farina frumenti ut satis spissum sit. *Ad capitis plagam sic fit.* Diligenter inquire utrū longa sit, an non: an os fractum sit, an non. His præmissis, si profunda fuerit, & testa rupra primitus capillos tunde: & deinde panni ellychnium absq; illo medicamine, uel lardi fructum excoriatum, iuxta plaq; quantitatē incisum, in ipso cōssis hiatu, ne sanies irruens meningas sua putredine extēdat, uel aliiquid morbi generet, pone: & post pone primo embrochā, q; sic fit: Vinū, & oleū & panē non ex toto arsum fac feruere in fartagine, uel aliquo vase: deinde unguentum fuscū una quaq; die in plagella pone. Memento tñ, ut p̄dictum ellychniū semper adsit, donec caro crescat. **H** Quod si os ruptum non fuerit, sue cum acu in duobus uel tribus locis: hoc dico si plaga magna fuerit: deinde tonsil capillis, embrocham prædictā ad p̄dictum terminum, & unguentum fuscū in plagella pone. *Ad plagā profundam cum lancea factam qualibet parte corporis excepto capite.* Primum pone lardū quantum tibi uidetur, & unguento fuso unge: & tunc pultes hoc modo compostas pone: Vinum, farinam, oleum commune, mel, rutā, salviæ, absinthium: trita cum axungia porcina oīa equali pondere fac feruere in fartagine: quo facto, cum panno superpone quousq; plaga desiccatur. Memeto ut unaquaq; die bis mutetur, nisi prima die, & lardū impone sem p̄ equa quantitate usq; ad vii dies: deinde unaquaq; die, put caro solidescet, paulatim minue, quousq; plaga clausa videatur: tunc impone emplastrum aliquod. In capite autem non oportet imponere pultem hanc, sed embrocham p̄dictā, quia nō conuenit nisi pili nascantur, propter cōstrictionē pororū. *Unguentum fuscum sic fit.* Recipe olei li. i. sepi, cereæ, an unc. vi. picis unc. iii. salviæ sisimbrii, lentisci, lauine, allii, cymarum rutæ, ana M. i: confice sic: Herbas cum seuo diu cōtulas cum oleo coque & cola, deinde ceram adde, ultimo picem: quandoq; liquefactum fuerit, remoue, & usui reserua.

* mimitz
* Al. uini.

A *Reservia. Ratione ad plagam sanandam.* Rec. agrimoniam, betoniam, saluiam, plantaginem, folia hederae terrestris, herbe venti: plus tis his, confice cum vino, da bibere quoque sanus sit. *Emplastrum ad plagam sanandam.* Rec. farinam sanguinis, absinthium, oleum de oliua, aungiam porcinam veterem, nel quod sufficit. *Vnguentum album.* Rec. ceruse. 3.ii. lithargyri unc. ii. mastiches, condisi, ana vnc. i. s. olibani unc. olei rolei, & aceti quod sufficit.

Ad ossa fracta.

Ratio medendi ossa fracta hec est. Primū prouide ut leuissimis manibus aptes ad propriū locū nāle incisas fracturas: quo facta, sal & mel in safragine cōpone, & diutissime fetuere dimitte, & prout pati poterit, calidū superpone cū stupa, aut bōbace: deinde lignula recta plana ad inuicē restibus concatenata circumligat: hoc per triduum fieri necesse est. Post triduum vero, reiectis his, diu aqua calida fomenta, & facta fomentatione, agrippa, aut dialthæa, aut marciato circūlinies, & bōbace vel stupa circumvolue, & sic vnguentum circumvoluere, & circumligare, & fomentare cōtemplata etate, his in die mane, & uespere oportet: usque ad xx. n. dies solidantur, habita tā diligēti cura: iuuenis uero usq; ad xvii. dies: senū aut usq; ad xxi, uel xxii, uel xxiii: puerorū itaq; experitio usq; ad xv. dies: In his ergo diebus constrictoriū iuxta prædictā rationē facies ita: Rec. olibani, mastiches, cera, boli armeni, equali pondere: cerā solue, & horū puluerē triconizatum supera sparge: & ad modū ceroti coque, & tepidū superpone. Memento tñ ut prius sapone, & aqua colida, uel aliquo rati optime lauetur: & sic cerotū superpone: non n. adh̄eret appositi, p p vnguentū. Oportet et scire si uclus affuerit: non n. debet apponi in uclere. Quod si aliquo cau accidente disiuncta fuerit, ex utraq; parte trahatur manibus, ut ad pristinū locū redeat iunctura: quo facto, palma utrārumq; manuum locus constringatur: & postea fomēetur aqua calida: deinde circūliniatur: agrippa, & tabule superponantur. Hanc aut mutatio fiat de tertio in tertiu diē semper cū fomentatione, & post, suprascriptū constrictoriū appone. Si qua vero costarū hominis fracta fuerit, & interius plicata, costā hoc modo reduces ad exteriora: Fac cōstitui ignē lōgū ad longitudinē hominis, & nudus calefaciat ventrem, & costā: tunc vero habens mel coctū, unguē manus utrasq; ex eo melle, & paul. tim manibus perunctis blande tange locū, & trahe suauiter: sic s̄epe facies trahēdo, donec æqualis sit alijs costis: deinde marciato, exterisq; unguēs soueas, & emplastrū apostolicō, uel diachrysu, vel aliq; qd̄ ibet, donec sanetur, exterius ponatur. *Emplastrum diachrysu,* qd̄ latine aureū dicitur, qf̄ si f. actura sanat: parotidas glandulas sanat: spleniticū callū pedis, & hemicranū mire curat: apostemata et nascentias, & carbunculos dispergit: emprosthotonū, vel cui in capite, vel seruice, vel scapulis nerui cōtrahuntur, & cēm indignationē vel phrenitin infantū sanat. Rec. colophoniae, retinæ. ān. unc. ii. olei unc. iii. picis. hb. i. olibani, auripigmenti, aluminis, ān. unc. ii. aceti qd̄ sufficit. Parotidas, glandulas sic incidas: Cutē superincide ferro: deinde cū hamulo ferreo subtilissimo glandulas ad te trahē: & tandi abstrahē pelliculas circūcidendo, cūm spathula, donec omnes uenulas earum habeas: & sic embrachā de panno incenso superpone, uel aliquod idoneū, ut sanguis stringatur, et sanicas: embrocha tunc cauaturala queritur, deinde unguentū fuscum apponatur.

De os fracta.

D *Ad os fractum.* Cerebrum canis cum aceto calido distēmpera, & superpone in pāno lineo: per tres dies dimittit. *Item ad os fractum uel scissum.* Insimul albumen oui cum stappa induc, et circunduc, et desuper ligat. *Ad idem.* Ceræ nouæ, ammoniaci, rosæ, mirrhæ, croci, ana, malagma fectio, et in litelo apponito. *Tractum ad annem plagā.* Aloes myrrhæ, olibani, mastiches, ān. unc. i. picis, cera, colophonie, ana unc. ii. sicea tere, l. qu. d. solue, cola per linteolum, fac magdaleonem.

De febribus, & diebus timendis.

R *Vibra ad febrem tollendam.* Rec. cymini, cozubri, myrrhæ, anisi, croci, dauci cretici, hyoscyami, ān. unc. i. opii. 3.ii. seminis apii unc. i. mellis quid sufficit. *Hydropoton ad febrem quotidiana, tertiana sed maxime quartanā.* Et ad omnes accessiones & angustias: somnū facit. fastidium tallit, sudorē provocat. Rec. ameqs myrrhæ, anisi, croci, hyoscyami, opij, ān. 3.ii. ch. mēdryos, apii, petro selini, spermatis mandragore, thuris, ān. 3.i. mellis qd̄ sufficit: dabis cum aqua calida. *Ad quotidianam.* Si cū typo fuerit, accipiat potionē rubram mistā cū hydropto ante horas accessionis: post bibat aquā frigidā. Si uero frigus fuerit, magnum, uinum bibat, aut aquā calidam. Si uero non pro fuerit, istud, accipiat panchreston, post bibat multam. Si uero stomachus fuerit plenus humore, ut u. nat. b. bat oxymeli, quod recipit aceti phialas. ii. mellis li. i. seminis radicis, et atriplicis: ana unc. i. quæ coquantur usq; ad medietatem, et ante accessionē bibat, et ieunet una hora: postea si nō uomuerit, accipiat aquam calidam, et bibat. De cibis, ius album māducet de gallina cōfectum cum oleo, har. porcellos, h. d. s. de uolatilibus, phasianos, turdos, pdices, ficedulas: de pīcibus, saxatiles, aut ass's, aut elixos: de pomis, mala cydonia, et uinas, et mala granata: de uino, album et leue. *Potio probata ad frigiditatem, & febrem.* Rec. seminis trifolii acuti, opopanaxis, serpylli, ana drach. iii. anisi, foeculū, amyli, apij, ān. drach. ii. farinæ orobi unc. i. hæc simili tere, et pone in uino bono paululum: et post colligatur in modum uictorialis poudoris letup. iii: dantur cum uino calido. *Electuarium quartauarijs, & quotidianarijs.* Rec. siler, piper, amyli, marathri, ana unc. i.

ALTER

vnc.i.3.iii.pyrethri.ana 3.iii.gariophyllorū, galāge, ana. 3.i.mellis qđ sufficit. Ad quotidianā, tertianam & quartanam. Rec. rofarū 3.xx.sacchari, 3.xl, costi dulcis, rheubarbari, arsenici, cinnamo-
mi, nardi, mastiches, spodij albi, sandali citrini, & albi, berberis, gariophyllorum, croci, ana 3.ii.&
confice cū syrupo violato: dosis eius. 3.iii. ante accessionē, & post. Epithema vt sudor febris exeat.
Semen lini fac bulliat in aqua, induc in panno, & pone super stomachū. Ad quotidianas acutas in
estate. Si habuerint turbidam vrinam, ex sanguine est: prima, vel secunda die, uel vsq; ad septimā
phlebotomabis. Si nimius feruor irruerit, hoc fac emplastrū, uel epithema, quod ualet ad febrem
acutam. Succū solani tēpera cum farina hordei, & induc in pāno, & pone super stomachum. Item
panem assatū diu, ita ut fiat uelut carbo extinctus, postea tere, & cribra puluerē, & tēpera cum ui-
no, & fac epithema. Diæta utantur tali: succo ptisanæ expurgato hordeo: nam hordeū positum in
aqua una nocte, tundatur, & ad mensurā unius phialæ ponatur in phialis quindecim aquæ, & co-
quatur lento igr e uſq; ad tertiam partem, & coletur per linteolm: & utatur farre molli: & de po-
mis, malo serico, aut dulcibus amygdalis, & pane in aqua, & de electuario supradicto. Quod si in
tpe autumni uenerit, & sine typo fuerit, similiter curabitur. Si cum typo, uomitum prouocabis cū
aqua calida, & oleo, aut cum oxyelite suprascripto. Et si fuerit cōstrictus, oxyelite catharticum
dabis, qđ conficitur sic: Mitte acetū, & mel, & elaterij scrup.s. uel scđ m uires ægroti. De cibis, su-
perius dictum est. Quod si fuerit solutus, cibos stypticos damus. Potu utere uino græco. Si vero in
suo tpe uenerit cum typo, aut sine typo, primum catharticum dabis ad phlegma deponendum
i. diacalamithes cum adriano, uel oēs potionis calidas, ut picra, mulsa, athanasia, hydrocopion
cū aqua calida: cibos suprascriptos: pannis autem, anr ceronium, aut oxyrocē cum cerous. Ca-
raplasma recipit hæc: Micam panis, fabæ, absinthii, formæ fœnigræci, omnia equali pōdere: con-
fice cum ouo molli assato, & cū oleo laurino, aut cyprino, & induc in panno, et supra viscera im-
pone, expertum est. Si autem in tempore ueris, curabitur cum potionē rubræ, & esdræ. Cibos
autem, dabis, gallinas, carnes porcorum, & omnium uolatilium: de leguminibus, cicet, far: de ole-
ribus, fœniculos, betas, coctana: de piscibus, saxatiles: uinum album, & leue.

De febribus tertianis cum typo.

A. molz. Ad febres tertianas cum typo. Mulsā potionem ante accessionis horā accipiat, & post bibat aquā
calidam. Ad duplices tertianas. Utatur hydrocopio, & mulsa, & rubra quasi una potionē. Ad tertia
nā mistā quotidiana. Panchresto, rubra, hydrocopio, quasi una p otione utantur. Ad tertianas acu-
tas. Si uomitu egēt, ponatur mel, & acetū, quibus adhibeantur triplis. 3.iii. & utantur. Si consti-
pati fuerint, accipias pulueris * violæ unc.s. & bibant interpolato die cum aqua frigida: & utantur
epithemate, quod Recipit farinæ hordei unc.iii. rosæ siccæ unc.i. sandali albi. 3.s. spodii 3.ii. masti-
ches: 3.i. caphoræ scrup.i. tēpera cū succo solani, & quasi vnguento vngantur, & vtantur desu p te
gumēo stuppæ: & bibat quotidie succū mali granati mane: & post vii. dies si urina fuerit turbida,
& rufa, & nihil superiora pfuerint, balneo utatur, & somēetur ex aqua et oleo, & post somētum
phlebotometur de media uena dextri brachij. Epithema ad omnes acutas febres. Rec. ro. seminis por-
tulacæ, sandali, albi, & rubri, añ. 3.ii. tragacanthæ parū: tēpera cū aqua rosea, aut succo mali grana-
ti, uel uuæ lupinæ. Si nero uolueris, ut dormiat, ungātur frons, & nares, & aures, ex oleo violato,
& lacte mulieris: & ped sloti in aqua, in qua papauer, & semē lactucæ, vel ipse hetbē decoctæ, sūt
ungātur. Antidotum ad idē. Rec. sandali albi, citrini, et rubri, 3.i. tragacathæ unc.s. rosæ un.iiij, saccha-
ri. 3.iii. syrapi qđ sufficit. cibos dabis succū oryzæ, aut alicę, ius galli, pisces saxatiles, poma frigidissi-
ma: de oleribus, lactucas cū aceto, portulacas, solanū, oēs cibos parū salitos: dabis aquā frigidā, &
mulsam de hydromelite: et si fuerit solutus, dabis ei cydoniū melle cōfectū ita: Succi mali cydoniij
partē i, mellis partes ii: coq; ad lentū ignē, donec ueniat ad spissitudinē mellis: & dabis exinde mul-
sam. Epithema ad idē. Rec. mastiches, thuris, fœnigræci, seminis lini, farinæ hordei, croci, oīa æquali
pondere: trita dislēpera cū uitello ouorū, et cū oleo, rosato hoc mō cōfecto: Tolle oleū, et rosas cū
rore suo, et mitte simul in puteū, aut in aquā uinā p viginti dies: postea tolle exinde, et pone ad So-
lē undecim diebus: postea habeas ad vmbra. Hoc oleū frigidissimū est, et si unxeris ignē febrē de
hoc oleo, mitigat eā, et soler eā amputare: Hæc eadē febris si fuerit in autūno, curabitur, si diatesa
ron tēperabitur cū uino, cū rubra, cū mulsa. Cibandi sunt talibus vt est far, simila, et granum bene
coctum, carnes pecudum, et pedes porcini, et gallinæ, uinum album, et leue. In tempore hyemis,
si fuerit cum typo, curabitur cū mulsa, et hydrocopio, et rubra: et si sine typo fuerit, prolongabi-
tur: lixopericū dabis cū aqua calida: cibos, carnes porcellorū, cerebella eorum, phasianos, et agre-
stia volatilia. Quod si fuerit in tpe veris, curabitur potionē rubra, et rosata simplici, q Recipit croci
orientalis 3.i. traga. unc.i. luci liquiritæ un.i. seminis citru. melo. ana un.i. rosæ unc.iiij. tēpera cū
melle rosæ, et aqua rosea! Rhodosacchara ad idē. Accipe rosarū albarū li.i. minutatim incide rosas, &
frica bene, cum manibus ipsas cū faccharo, et pone in vase, & ligabis, p nasq; ad Solem lx diebus
donec bene coquatur, et nocte auferes. Diacidonion ad idē. Coctana mundabis interius, et exte-
rius, et coques cum aqua bene: et in una libra pomorum, pone ii. lib. facchari, et iterum coques
ad spissitudinem: postea addes pulueris sandali rubri, et citrini, ana unc.s. spodij. 3. vi. rosæ

*Al. laxatiū.
al. lexipyre-
tosa.

D E D Y N A M I D I I S.

33

A 3.x.seminis portulacæ.3.iiij.succi liquiritiæ, succi rhu, traga.seminis cucu.ān.3.ij.mannæ, casiae fistu.3.vi.croci.3.ij,mastiche.s.i.camphoræ.3.i.adde syrupi uiolati simplicis quod sufficit . Cibos dabis, succum oryzæ, aut alicæ, ius gallinæ,&c.sicut superius notum est.

De Febre Quartana cum typo.

Ad Febrem quartanam'cum typo , si fuerit in æstate, ante horā accessionis dabis potionē musam: si fuerit in hyeme, utantur potionē diaulfuris, & dialthææ unguento: de cibis, utantur rapis, porris coctis, & farre, & ciceribus: de carnibus, porcina, agnina, pedibus porcinis, gallinis: de pomis, malis cydonijs: de luino, neque leui, neque forti .

Ad Duplicem Quartanam.

Ad duplicem quartanam, Adriano, & Panchresto temperatis utantur cum balsamo. Quarta na si fuerit t̄ p̄ ueris, curabitur potionē Esdræ, mista cum potionē sancti Pauli, & musa enea. Vnctionem tales facimus: sinapi ungimus dorsum ante vnam horā accessionis: cibos aut̄ calidos & stypticos damus, ut lepores, phasianos, perdices, anates, anseres: de leguminibus, granum bene coctum, cicer, fabā fractam: de oleribus, fœniculum, capita raparum, rutas agrestes coctas, uinū rubrum & forte. In æstate uero, ru. mista cū theriaca mundissima cum uino temperata damus: &

B unguento marciato ungimus totum corpus, ante unam horam accessionis prope ignem donec sudet, & p̄terea hora accessionis: cibos aut̄ superius diximus. Si t̄ p̄ autūni uenerit, curabitur potionē adriani, & diacalamithes, & trochiscis p̄batis ad quartanā: petrolæū dabis ad bibendū: ungimus totū corpus ante & retro dialthæa, & quotidie damus origanū ad bibendū, cibos uero ut supra. *Vnguentum ad Quartanam.* Rec. cinnam. vnc. ij. croci vnc. i. myrræ, styracis, sagapeni, an vnc. v. laseris vnc. iiij. gētianę vnc. ij. mellis qđ sufficit: da in modū lupini, cū aqua calida. *Ad idem.* Oleo pulegino utere cū nepita, purgat stomachū, & thoracē, cæteraq; membra, ita ut prius utatur commissione sancti Pauli, & calidarum potionē, conficitur totū corpus cā uino austero.

De Febris Ephemeris.

Ad Ephemeras febres. Si nascātur ex calore, utātur tenui balneo, & fomentetur ex aqua calida, & oleo: & bibāt aquam frigidam, uel tenue uinum: & utant̄ frigida diæta, scilicet, cucurbita, portulaca, malo martiano, uel syriaco, uel succo mali granati. de carnibus, pipionibus, syluaticis uolueribus. Si aut̄ ex frigore fuerint, ungatur stomachus oleo mastichino, qđ Recipit olei. ros. unc. ij. mastiche. 3.iij. costi. 3.i.rutę uiridis. 3.ij. simul in oleo coquātur, & ex ea ungatur stomachus, & detur potio diatrion pipereon. Diæta: accipiant pecorinam carnem unius anni & aguinam. & pipiones domesticos, & bibant uinum rubrum & subtile, & ferantur ad balneum calidum.

De Synocha Febre.

Ad Synochā. Si ex sanguine fit, uel ex cho. ru. phlebotoma in prima die uel secūda, aut ad summum in iiij. die: si masculus fuerit in dextro: si femina, in sinistro. Si uentrem habuerit constrictū, clysterizabis ita: Accipe succū cantabri, & maluas tunfas, coquantur cum oleo, deinde colato per linteum, & utere. Si aut̄ desiderauerit balneū, concede sibi, & utatur fomento ex calida, & oleo. Diæta utatur tali: succo ptisanæ, & farre molli: & malis matianis, & syriacis, & pane in aqua.

De Homotono.

Homotonus curabitur sic . Potionem rosatam superius scriptam teneat sub lingua usq; dū liquefcat, & saliuam eius glutiat. Vnctionem tales facimus: Oleo roseo frequenter ungimus caput & p̄cordia. Epithema tale facimus: Rec. croci orientalis vnc. s. mastiche, olibani, an vnc. i. ouorū af forum uitelli quantum tibi uidetur: confice cum oleo roseo, & paucō aceti: super p̄cordia ponas. Item alia unctio. Oleum roseum, cū portulacæ succo, aut cū succo uerbenæ, aut cum suc. cucurbitæ, super p̄cordia pone. Diætā talē damus. succū alicæ & succum oryzæ: à uino abstineat, sed multis atticā damus. *Ad idem.* Si uentrem constrictū habuerit, clysterizabis cum succo cantabri; aut bibat psylliū in tribus aquis lotam: & utatur mali granati succo, & malis, & pyris, & sorbis matutinis: & ungatur unctione, qđ Recipit succi sēperiuæ, succi portulacæ, succi raluræ cucur. olei ro. an. 3.i. & ungatur ex his totum caput p̄ter loca ubi cerebrum est. Epithemate utantur ut supra.

De Causo.

Causus nascitur ex cholera rubra nimiū sicca circa subtiliores uenas hepatis. Quæ his signis cognoscitur: & sitis, & insomnias est magna, & alienatio prolequitur, & surditas, aut muti fuit: qñ hæc signa ante triduum habuerint, q̄ febris fiat, dolor capitū sētitur, & buccinæ auriū, ipse dolor cum fortis iōtu & tremore conficitur. Mederi oportet phlebotomo in principio curationis, & frigida potionē: & frigida adiutoria necessaria sūt his, q̄ supra diximus. Euacueat aut̄ humor cholericus, extinguatur, dissoluatur p̄ sudore, aut per uomitū, aut p̄ uentris solutionem. Certissime aut̄ extinguitur si biberit aquā multā & nimis frigidā: etiam hydromeli bibat: aut lauacrum intret ut sudet, sed nō descendat in solium, nec diutius moretur. De escis uero nihil nisi ptisanā manducet.

De Nephritica Passione.

A D Nephriticā passionē si fuerit ex cho. ru. i dextro latere, detur ei musa, uel iustinū minus, post elixaturam apij, & fœniculi, quæ cōficiatur ex corticibus eorū in aqua coctis. Si fuerit Spurij .

E s in si-

ALTER

† Al. sandali.

in sinistro latere, ex phlegmate cholera nigra, detur ante adrianū, & iustinum maius, cum decocto apij, & petrolelini macedonici. Si fuerit sine febre, uinū bibat: si fuerit cū febre, aquā. Et utantur emplastro ceronio, & foimententur cū aqua calida, & succum crescionis per se bibat. Dicta uero, omnia calida & leuia: & utantur crescionibus, & alexandris, & urticis, petroselinis, & apio, & asparagis: de carnibus, porcina, agnina, hœdina: de uolatilibus, phasianis, perdicibus, turdis, ficedulis: de leguminibus, cicere: de piscibus nullatenus: de uino, claro & rubro utantur.

De Pleuritide.

Ad Pleuritidem. Si fuerit ex sanguine, & spuerit sanguinem, phlebotoma de brachio eiusdem partis: & cozumbrum coctum in patella cum mel. plagellę imponatur ita, ut refrigerata altera calida imponatur. Si fuerit cho. ru. utat electuari, quod Recipit amygdalarū vnc. ij. pineę mundatę vnc. ij. gummi saracenici vnc. i. † tragachanti albi uel rubri vnc. i. feminis citruli, melo. cucur. mūdatorum, an vnc. j. tēpera cū decoctione epithymi: amygdalę purgatę terant, & ex sue. aqua inficiā, & ita bibat. Si ex phlegmate fuerit, accipiat pilulas ex sagapeno factas, & bibat de coctionem hyssopi cum aqua, uel puluere factō de capriflico coctō in pice in modum emplasti utatur. Dicta vero sit, pultes, far molle, & amygdalę, & bibat aquam eorum.

De Phrenitide.

Phrenitis si fuerit tempore ueris, curabitur sic. Venā, quę in medio fronte est, post septem dies tāgi mus: & eos sternutare facimus cū melle albo, & euphorbijs puluere: q̄ si sternutauerit, bo. Vnctionē facimus talem: oleo roseo, uel oleo uiolato frontem, & p̄cordia inūgimus: & sepius faciem eius aqua frigida irrigamus, ut {non} dormiat. Si fuerit t̄ peccatis, ungimus p̄cordia eius cum oleo rosaceo & succo semperuiue. *Antidotum Basili.* Hemitritis omnibus. Rec. costi, carpolbalsami, celtice, gariophyllorū, an 3. j. croci scrup. nardostachyos, meliloti. an serup. ij. cassę fistulę, semperuiui foliorū, an vnc. ij. mel. lib. i. aquę lib. i. & s. aut ij. tere, & infunde. *Cataplasmā ad omnes Febres.* Rec. lini semē, hordeū, fēnū grecū, absinthiū, anethiū, apīū, petroselinū, lybisticū, & lupinos, ex supradictis farina facta mittas oleū de lu p, aut axūgā ueterē: & factō ita cataplasmate, in due in linteolo, & calidū super stomachū impone, oībus diebus mutādo, & calfaciendo.

De Diebus timendis.

Quisquis prima die cuiusq; mensis in infirmitatē ceciderit, sequēs tertia dies est timēda. quā si trāsierit, usq; ad triginta dies euadet. Qui vero secūda die deciderit, xiiij. timēda est: quā si trāticrit, diu euadet, licet ḡrotās. Qui autē ij. die deciderit, sine molestia liberabit̄ in pximo. Et q̄ in quarta die iciderit in infirmitatē, grauiter usq; ad xvij. diē infirmus erit, sed euadet. Quinta die ḡrotās, licet grauiter patiat̄, euadet. Sexta die decidens licet sanari uideatur, quīta tū die alterius mēsis moriet̄. Qui septima die deciderit, absq; molestia liberabit̄. Octaua die ḡrotās, si nō fuerit factus fanus usq; ad xv. diē, morietur. Nona die ḡrotās quāvis cū sumā molestia, euadet: Decima die q̄ deciderit, pculdubio morietur. Undecima die q̄ deciderit, ī pximo liberabit̄. Duo-decima die q̄ deciderit, nisi liberatus fuerit ī xv. die, morietur. Tertia decima die q̄ deciderit, infirmus erit usq; ad xvij. quā si trāsierit, euadet. Quartadecima dies si quis deciderit, manebit usq; ad xv. diē, & sic euadet. Quītadecima die si quis deciderit, nisi ī tra xix. dies cōualuerit, morietur. Sextadecima die si quis deciderit, licet p xxvij. dies molestetur, tñ liberabit̄. Decimaseptima die decidēs ī firmus, usq; ad xvij. dies euadet. Decimaoctaua die decidēs, subito sanabit̄. Decimanona die decidēs, euadet similiter. Vigesima die decidēs, v. diebus euadet, sed tñ sequēti mēse morietur. Vigesima prima die ḡrotans, nisi periculum mortis incurrit, intra x. dies alterius mensis libera tur. Vigesimasecunda die decedens, licet x diebus patiatur grauiter, liberabit̄. Vigesimatercia die decidens, quanvis cum molestia, altero mēse liberabit̄. Vigesima quarta die decidens ḡrotās xxvi die quasi liberabit̄, attamē mēse sequēti morietur. Vigesima quīta die decidēs, licet aliquātulū patiatur, euadet. Vigesimasexta die decidēs nō morietur. Vigesimaleptima die decidēs, licet usq; ad exitū patiatur, tamen in altero mēse liberabit̄. Vigesimaoctaua die decidenti mors minatur. Vigesimanona die decidēs ḡrotās, paulatī altero mēse liberabit̄. Trigesima die ī firmus vtrū euadat, dubiū est. Similiter, q̄ Trigesimaprima die ḡrotauerit, utrū euadet, ignorat̄.

De Vrina & Pulsu.

Quoniam & causarum omnium, & non nullarum dimensiones, atq; imminētis spiritus p̄cuidere difficile est, urinę diuerstites, & uarios pulsus arguto stylo conscripsi: ne confusa ratione medicinę, uel ordinata querenti pernoscere fecissent errorem.

De Pulsu & Vrina, in Febris Ephemeris.

Ephemerę febris pulsus est simplex, non ualde inēqualis, aut fōrdidus, aut diffcilis: quarum ex urina, si guttatum fuerit egressa, patiens dolorē capitū senserit, hemorroladas scias esse vēturas. Si uero ex animi agravitudine i. tristitia, aut cupiditate, febris nata fuerit, pulsus eius est lassus, tenuis in principio, ita ut putas eum multis tibibus ex lōginqua infirmitate ḡrotasse: urina in his rufior inuenitur, quam in cæteris ephemeris febris. Si autē ex iracundia agravitudo nata fuerit, & febris fuerit in magnitudine, & in nimietate, pulsus fit non minuens atq; desinēs. Sicut in ijs:

qui

A qui ex tristitijs, & vigilijs, atq; cogitationibus laborant, vrina crocea est, & ignea, & extra consuetudinem cholérica euenerit cū mortu ueretri exiens. Nā, qui ex multo labore sudātes deficiunt & frigescunt, pulsus eorum mitior inuenitur, & lassior: vrina viridis & turbulentia appetet. Quē si subiecto asperitatem, & rubet vini colorem assumperit, & calor defecerit: aut si fuerit uersa in album colorē: aut dolorē articulorū, aut auriū, nunciat, apostema, id est parotidas. Quod si cholérica supra dicta urina abundans fuerit, & nō supradictum dolorē habuerit, eius aegritudinis solutionem ostendit futurā. Vrina alba & spissa bona significat sanitatem, si tñ capitī dolor non fuerit. Si autē talis coloris urina in initio aegritudinis uenerit, contractionem corporis futurā denunciat. Illi uero, qui nimia fatigatio fuerint lassi, pulsū habent maiorem & lassiorem, in hisq; vrina rubra est & candida. Quibus uero indigestio ciborum febrem attulerit, pulsus eorum labentior & mitior ictu, & procedente tempore acrior fit: urina uero eorum multum rubra est. Quibus ingui-
num dolor febrem mouerit, pulsus est maximus, & grandis ictu, & uelox, atque spissus, urina his subalbido colore appetet, & communis ut in cæteris ephemeras.

De Pulsu & Urina causis synochi, & synochæ.

Causus & synochus, hi ambo habent pulsū synochæ consimilem, non horarum declinatio-
Bnes similes: quibus si lingua fuerit arida, & uomitus cholericus, & vrina ^{*Al.liuida.} lucida, mors significatur. Vrina crocea & turbulentia cū nebulis nō bonis, & pluribus diebus in eis non egesta, aut longinquam aegritudinem, aut mortem futuram dicit. Vrina crocea si guttatum stillando fuerit egesta, uentris constrictionem malam cum animi turbatione, & angustia ostendit. Vrina alba & aquosa in augmento aegritudinis aut in statu uenientis, labore corporis cum frigore, & maciem nunciat futuram: si vero pinguis fuerit, mortem significat. Vrina similis spermatis hominis, imminentia nunciat. Vrina viridis critico die immutata, mortem ostendit. Vrina viridis si se mutauerit in albū aut aquosum colorem, typicam aegritudinem venturā significat. Vrina æruginosa stranguriā signifi-
cat. Vrina nigra & tenuis, cum nebulis phrenitum ostendit, maxime si odor uitiosus fuerit ei: qui bus autem fluxus sanguinis ex naribus uenerit, solutionem eius aegritudinis statim fore significat. Vrina æruginosum habens colorem spasmodum significat. Vrina nigra & tenuis cum aurium & butu-
fione, & insomnia, & in se nebulam habens, tempus longum eius aegritudinis nunciat, & sanguinis fluxum imminere ostendit. Vrina sanguinea cum dolore capitī, & hypochondrij dextræ partis, statim subitaneam mortem significat. Vrina pinguis sine febre senibus uenientis, apoplexiā facit: quæ cum soluta fuerit, caliginem oculorum cito transeuntē, & delectationem cibi, ostendit. Vrina turbulentia & non varia crisi cum dolore aliquo venturam ostendit.

De Pulsu & Urina in Homotono, Epacmaстico, & Paracmaстico.

Contingit èt aliquā infantem nulli parētū: sic similem, & hoc fieri per naturam planetarū. Nascitur enim aliquādo mutus, uel carēs pedibus, manibus, oculis, &c. Philosophi uero indu- bitater afferunt test. Hipp. q oīs substātia corporea aiata iuncta sit & ligata in planetis, & signis, quatuorq; elemētorū nexibus. Et hoc approbo anctioritate Alexandri Imperatoris Macedoniæ sic dicētis, q Natanabus Rex Aegyptiorū pater eius scđm opera planetarū cum matre sua Olympiade cōcubuit: & per suā mathematicā & astronomicā rōnē p̄cauit, vt non cognosceret ea nisi in talibus horis, in quibus ex operatione planetarū & signorum figurā traheret, non ex patre uel matre. Cōsiderauit enim proprie Solem uenturū in leonē, & Saturnū in taurum, a quibus uolebat filiū suū nasciturū figurā & naturā principaliter retinere. A leone igitur tenuit crispitudinem capillorum, citrinum colorē, & toruū aspectū & vultum, & iram, & robur. Et quia aquila retinet proprietatē a leone in hoc solo, q aquila altius uolat ceteris avibus, & acutius uidet, ideo Alexander habuit ex proprietate sui signi oculū unum aquileū & nasum. Et ut Sol clarus est p̄cāteris, & qñ est in leone fortior est, sic ille toti mūdo dominatus est. Ex tauro uero contraxit cornutā frō- re, & corpus altū, & ferociā: taurus n. terrā findit ingenio simplici, & opere pio. Et quia draco ha- bet proprietatē in signo tauri & magnitudine & sensu, & draco supra hēt dentes acutos, & alterā oculū, in similitudinē draconis oculos habuit. Et ut Saturnus altior est oībus planetis, et in humiliitate et subtilitate superat opus cæterorum planetarum, sic Alexander totum orbem superauit.

De Natura duodecim signorum.

Sciendū itaq; est de signis duodecim, tria esse calida et sicca. Aries, n. ea. est in secundo gradu, sic. in tertio. Leo calidus est et sic. in quarto gradu. Sagittarius ca. in primo, sic. in secundo gra- du. Alia tria sunt fri. & hum. s. cancer, scorpio, et pisces: nam Cancer est Lunæ sedes. Scorpio hu- in primo, frigi. in secundo. Pisces frigi. in primo, humi. in secundo gradu. Alia tria sunt ca. et hu. Ge- mini ca. sūt in secundo, hu. in primo. Libra ca. est in primo, hu. in secundo. Aquarius ca. in primo, hu. in secundo. Alia tria sunt fri. et sic. Taurus fri. in tertio, sic. in secundo. Capricornus fri. in secundo, sic. in tertio. Virgo frigi. in secundo, sic. in tertio. Alij Philosophi dicunt q Gemini sunt ca. et sic. in

tertio

A tertio gra. & virgo ca. & hu. in primo, & sagittarius ca. & hu. in principio secundi: & aquarius fri. & sic. in tertio gra. Aries, leo, sagittarius, sunt orientales, ca. ignei, & siccii. Tauri, virgo, capricornus, sunt terrei, frigidi & siccii meridionales. Gemini, libra, aquarius, sunt occidentales, aerei, calidi & humidi. Cancer, scorpio, pisces, sunt aquatici, frigidi & humidi, septentrionales.

De differentia septem planetarum.

Ab his oībus ducunt elemēta rerū naturas suas, & qualitates p̄dictas: & opera planetarū cōplēt & p̄ficiunt per signa p̄dicta. Et quia elemēta iuncta sunt signis naturaliter, et ex elemētis constat oī substātia corporeā aiata. Ergo elemēta opus recipiūt planetarū à signis & illud trahunt oī substātiae aiatae corporeae, & illud esse natura à signis habet, & aliud. i. efficaciam & operationes à planetis. Naturam. n. dicimus in calore, & frigiditate, & cæteris: operationē uero in ualitudine, pulchritudine, pigritia, uelocitate, & similibus: quæ contingūt infantibus, et si non fuere in genitoribus. Multa enim de hmōdi materia dicturi sumus, sed in p̄senti omittamus,

De Alteratione signorum & planetarum.

Quatuor autem sunt elementa ac temporanæ mutationes, quæ sunt fm cursum & rationē signorum & planetarum. Temporū quidem aliud est calidum & siccum ut æstas: & hoc sit ex natura signorum eiusdem complexionis, s. ca. & sic. Aliud uero calidum & hu. i. uer, sicut alia tria signa. Aliud frigidum & sic. s. autumnus fm tria signa. Aliud uero frigidū & hu. s. hyemis fm sua tria signa. Et unumquodque tempus fm naturam suorum signorū acuit, & mutat materiā elemētorū, q̄ sibi est cōueniens, qd̄ tñ aliquā mutari solet. Nā cū æstas debeat esse ca. & sic. naturaliter, tñ eius calor minuit & tēperatur ex frigiditate, nō ex sua natura, sed signorū: nam si ex potestate capricorni & planetæ eius, generētur seu creētur res alicuius anni, ex eorū frigiditate tēperat æstatis calor, & ex illa frigiditate innaturali æstatis currentis & contrariate, cōtrariæ nascuntur passiones. Aestate uero trāsciente uenit autūnus, q̄ frigidus & sic. naturaliter est, sed ex capricorni natura, q̄ potestatē habet anni, ut diximus, superuenit altera frigiditas, q̄ auget frigiditatē & sic. autumni: quæ res est cōtraria quatuor elemētis in corpore existentibus: est. n. in illo tēpore maxima grauitas & intēperies. Et ex affinitate autumni q̄ nimis est fri. & sic. su puenit hyemis magna intēperies: adeo ut supereretur in oībus quatuor elemētorū tēperata natura: putrefacta. n. liquefit à sua p̄prietate. Adueniēt aūt uere qd̄ est calidū & hu. tēperat eius calor ex frigiditate capricorni atq; hyemis iam p̄eraactæ. Deinde calor ueris & æstatis cōtēperat hyemis p̄eraactæ & capricorni frigiditate, cuius potestas illo uiget anno: sicut unīquodque signū suā habet potestatē fm suā naturā & mutationē suā. Et mouetur natura tēporis anni illius, qui p̄tinet ad signū illud, & et per frigiditatē p̄fatā natura ueris mutat: qua mutata turbat naturalis calor humanæ naturæ: & q̄ prius erat p̄frigiditatē hyemis & capricorni rupta & putrefacta, mouet & acuitur & generātur passiones, q̄ sunt p̄priae illorū tēporū, q̄ sunt mortiferae. Si uero ex potestate ləsionis & planetæ eius q̄ sunt calidi & siccii, generētur res atq; creētur, æstas erit magni calor & siccitatis: ueniēt aūt autūno, ex calore leonis & Solis, eius frigiditas tēperatur, & hyemis: ideoq; turbatur aeris natura & acuitur, tñ ppter naturā signi & planetæ, quæ sunt calidæ naturæ, tñ ppter naturā sui ipsius, q̄ est calidus: acuēdo se, pugnat cōtra naturas illorū tēporū, s. hyemis, autumni, quæ frigidæ sunt naturæ: sicq; natura humana putrida mortiferas generat passiones, quæ p̄priae nō sunt illorū tēporū. Nā si in anno leonis & eius planetæ, in æstate generētur passiones acute & graues, tūc sunt p̄priae eorum: si uero hyeme, uel in alijs tēporibus eorum, quæ non sunt propria, generantur passiones adeorum proprietatē, tāc illæ passiones magis erunt propriæ eorum leonis & Solis, qui sunt calidi & sic. q̄ eorum tēporum, in quibus generantur. Generant aūt aliquando passiones permuta ta natura utrorūq; i. tēporum signa planetæ: quæ passiones generant alias, q̄ non sunt signorum uel planetæ uel tēporum. Quod autē dictum est de p̄dicto signo & planeta, quæ in eis sunt propria & quæ non, de reliquis intellige signis & planetis & temporibus. Sole. n. ascendentē frigiditas, cum tñ potius ex Sole calor inesse debeat: q̄ cōfert potestas Saturni ex capricorno, cuius frigiditas terræ acuit frigiditatē q̄ aduenit: fumus in aerē ascendit, ex quo color aeris turbatur. Aestatem uero ex Sole calor & siccitas, ex terra fumositate frigiditas & siccii. aerem corrūpunt: unde animalia & nos turbamur in illo capricorni anno & hoīes graibus infirmācē morbis: sicut apparet in anno leonis descendente Sole super terram. Et qn̄ frigiditas adesse debet natura hyemis redeuntis, acuit aer igne: & aciendo turbatus generat graues passiones, quæ proptiæ sunt tēporis illius, ut dictū est. Similiter apparet in anno cancri, qui ex eius natura acuitur natura aque, quæ acuente, inde ascendit quædam fumositas in aerem, ex qua turbatur aer: inde frigidæ & humidæ sunt passiones, non propriæ illius temporis, sed signi. Si uero annus est libræ, acuitur, & acuēdo trahit ad se calorem ab igne: & tunc tempus est multum calidum & humidum, s. hyems: & inde sunt graues passiones, quæ propriæ sunt ueris & hyemis, sunt enim calide & humidæ.

De Alteratione signorum, & septem climatū mundi.

Potestas tam en signorum & planetarum non eodem modo se habet in omnibus partibus totius terræ. Climata enim mundi septē sunt fm planetarū rōnem: Anno igitur capricorni, qui

ET ALITER

* Al. illæ.

qui est frigidus & siccus, est maior frigiditas & siccitas in partibus illius terræ, q̄ proprie sunt sub E planeta, i. Saturno, qui est frigidus & siccus. Nā cum aliæ partes terræ naturaliter sint fri. & sic. tñ ex natura & potestate capricorni, quam habet illo tempore, magis mouentur & perturbatur q̄ aliæ terræ, quæ non sunt propriæ eorum. Quòd si annus eorum non fuerit, tunc terra nō habet moueri causa eorum nisi in hyeme & vere, scilicet per naturā: sed quādo planeta superponitur, est alia significatio. Illæ vero terræ, quæ proprie sunt suppositæ Lunæ & cancro, propter affinitatē frigiditatis quā habent, inferunt commotionem in suo anno, non tantam quantā inferūt, suæ propriæ terræ: quia terra illa frigida est & humida, sicut cācer & Luna. Alijs vero terris, quæ neque frigidæ sunt, neque siccæ naturaliter, licet inferant contrarietatē & cōmotionem, tñ partuā inferunt. Similiter leo, & Sol in aitem cōmotionem dant terræ sibi propriè subiecte, q̄ alijs: illi tñ quæ subiecta est libræ & arieti, licet non dent tantam cōmotionem, quātam dant suæ propriæ terræ, tñ propriæ affinitatem caloris dant ei maiorem cōmotionem, q̄ alijs, cū quibus nullam habent affinitatem, Si vero fuerit annus leonis & Solis ut dictum est, tunc toto illo anno dāt commotionem in ætate tribus mensibus, & hoc ut dictum est per naturam.

* Al. æstate.

De Alteratione quatuor partium Mundi.

F **E**st & alia in terris mutatio s̄m quatuor mundi partes, dispositas scilicet ad orientē, vel occidentem, austrum, & septentonem: & secundum altitudinem mōtum Soli accedētum, et ima vallium à Sole remotarum. Cōsideret ergo medicus an sit mutatio temporum propria, an accidentalis, vt supra dictum est: Aetates quoq; hominum figuræ, colores, terram, vslum, passiones terræ in qua sunt geniti, utrum sint consuetudinariæ an propriæ: an veniant accidentaliter secundum mutationem temporum vel naturaliter. Si enim sunt passiones ex natura terræ, aliud exigunt medicamen, quām ex mutatione temporum naturaliter, & accidentaliter.

De Discrasia propria naturæ temporis passionum, vel non propria.

G **I**ntuendum est ēt, an natura hominis suæ cōcordet passioni & tēporū mutationi, an passio sit, accidentalis & mutatio tēporū, an mutatio sit substantialis & passio accidentalis. Solet. n. passio cholérica & sanguinea mutationi tēporū concordare, sed à natura patientis discordare, & è contrario. Pulsus quoq; videndus est, an cōueniat cū sua natura & passione, & tēporū mutatione: an tantū cōueniat cū mutatione, & nō cū passione, nec cū natura: an cōueniat passioni, & nō immutationi neq; naturæ, an naturæ, & nō immutationi uel passioni: an nulli. Adhuc ēt sciendū est, an tēpus transierit, vel p̄sens sit seu futurū, in quo pharmacū dari īfimo debeat. His. n. ignoratis nec bene euidentibus, miratur, & cito desperat medicus. Oportet ēt medicum nosse, utrū infirmitas debeat augeri, & hoc an sui natura, an tēpus, an passione alia superueniente: & sic poterit dare me dicamen tēpure cōgruo, vt vel decrescentē deprimat & tollat ægritudinē, uel imminentis resistat, ne nimis ægrū tardet. Nā si leue dederit medicamen in morbo adhuc leui, credens paruā fore ægritudinē, nihil fecisse videbit, qn grandis infirmitas su puererit. Sciendū autē est quādā infirmitatēs qbusdā esse substantiales, alijs accidentales. In æstate. n. synochus & causus sunt naturales infirmitates cholericis & sanguineis: phlegmaticis accidentales: & ideo nō eodē mō curandæ. Nam q̄ potio cōuenit cholericis, p̄ naturā tēporis & morbi naturalis eis, est cōtraria alijs, & causa alterius morbi, id est phlegmatici: est. n. tēpus, vt diximus, & morbus ille illis accidentalis. Si ergo phlegmatico alicui p̄dictis morbis synocha & caulo occupato, eandē dedit eiusdē menluræ medicinā, q̄ & cholericu, æstate cito sanabit: quia eius cōplexio non est cholérica & siccata, sed est his contraria: cholericu vero diu infirmi manebunt, quia calidi sunt & siccata, & tempus: uertitur. n. accidentalis febris in substantialem scilicet frigidam, quæ est phlegmaticorum. Oportet etiam scire complexionem: quoniam idem experimentum, & eadem potio non omni danda est infirmo: cōtingit enim vt q̄ potio utilis ei fuerit in prima uel secunda uel tertia periodo, in alijs non conueniat: & ideo s̄m diuersas ægritudinem mutationes ad diuersas periodos, diuersa conuenit dari, purgantia. Attende s̄m quas horas, scilicet an sanguinis, uel cholerae rubrae, uel phlegmatis, uel melancholiae, magis acutat passio uel minua. Synocha enim ī horis sanguinis si acuatur, scias eius H originē esse ex accidental mutatione sanguinis, non à principio cholerae rubrae. Mutatur. n. sanguinis aliquā ex cōmissione, aliquando ex Solis ardore, aliquā ex itineris fatigatione, & generatur synocha: ex quacommutatione sanguinis acuitur cholera rubra: qua acuente quiescit sanguis, & synochus, & causus generantur ex acuitate cholerae rubrae. Si uero ephemera febris acuit in horis sanguinis, sciat esse ex phlegmate salso cōiuncto sanguini: quod phlegma acuēs ex affinitate sanguinis solet uerti in cholera rubra, & inde solet generari febris tertiana. Quartana uero si in horis sanguinis acuitur, scias eius materiam, id est melancholiā generari ex putrido sanguine sub planeta naturæ propriæ. Quòd si synocha magis acuitur in horis cholerae rubrae, non est propria synocha: q̄ a uel mutabitur in tertianā, uel in causum. Si uero tertiana acuitur in illis, uera tertiana est & propria: in illā. n. aliquando mutabitur febrem. Quotidiana uero si acuitur, et mutatur in horis cholerae rubrae, cito uertitur in tertianā. Si uero quartana acuitur et mouetur in horis cholerae rubrae, cito uertitur in tertianā. Si uero quartana mouetur et acuitur in horis eiusdem,

scias

A scias principium eius non fuisse ex putrido sanguine, sed ex cholera rubra perusta in melancholiā conuersa. Quod si synocha acuitur, & mouetur in phlegmate, sicut in horis sanguinis, scias generari ex sanguine iūcto phlegmati falso: & proprie post terminum suum completum mutabitur vel in quotidianā, vel tertianā, licet magis affinis sit tertianæ, q̄ quotidianæ, ppter calorē. Si vero tertiana phlegmatica mouet, & acutū sicut in horis cholerae rubræ, minus ē piculosa: mutabit, n. i quotidianā: de quotidiana uero fiet quartana: & aliquā redit tertiana: Quod si quartana moueat in horis phlegmatis, principiū eius fuit falsi phlegmatis, q̄ versum in cholera rubrā incēdit, & uertitur in melancholiā: sicut viride lignū uertitur in viuum carbonē, deinde in cinerem. Quod si synocha mouetur in horis cholerae nigræ, t̄ minus grauis passio, & eger est piger, & grauis, & illa infirmitas habet partē non solum ex bono sanguine, sed et ex putrido: & proprie post terminum suum completum veniet infirmus in quartanam. Si vero tertiana acuitur & mouetur in horis melancholię, subito uertitur in quartanam. Quod si quartana mouetur in horis illis, firma est, & propria, nec mutatur in aliam propter predictas passiones: omnes enim alię habēt moueri & acutū secundum predictas horas, & earum naturam & rationem: & secundum motum, & acutionem ipsarum: bene discernentur, & tactu, & pulsu, sicut ex predictis horis.

B *De Cognitione & graditudinis secundum Planetam, diem, & horam.*

Scire etiam medicum decet planetam & signum, in quo eger egrotare cœpit, & tempus fī diem & horam. Nam si infirmitas fuerit fī signa & planetas, sed accidē taliter ex acutione, signi & planetę esset, habet illam distinctionem. Si uero medicus nescierit infirmitatem per numerum, idest per naturam signi & planetę, perscrutetur pulsū & horas, ut dictum est.

De Qualitate & efficacia planetarum in septem climata.

A sserunt etiam physici omnia in terris firmari & compleri secūdum cursum & operationē, superiorum corporum: quorū operatio omnis summi Creatoris uirtute consistit. Elementa agitūt quatuor, signis duodecim, & septem planetis iuncta sunt: & eorū causa, quatuor habent temporum mutationes: secundum quas humana, & omniū subiectorum natura mouetur & acutur: per quam motionem & acutionem passiones fiunt. Hec autem mutatio est uniuersalis omnibus mundanis. Est & alia mutatio ex natura terrę specialiter, & planetarū cōstans in diuersis regionibus. Quadrifidus enim orbis etiam in septem diuisus est partes secundum septem planetas, qui per astrolabium discernuntur. Sciendum est tamen partes illas septem nō esse continuas, sed in toto mundo diuisas. Terram enim illa, q̄ est frigida & sicca in quarto gradu, sub potestate ē Saturni, qui eiusdem est naturę. Quę uero frigida est et sicca in primo gradu, sub Iouis imperio, qui eiusdem est naturę, et qui etiam affinitatem habet cum natura rerum omnium maximeq; ad gaudium pertinentium. Sed quae calida in secundo, humida in primo, sub Martis ditione est, & suę, naturę conuenit eiusdem. Sed quae est calida et sicca in quarto, Soli conuenit et concedit. Quae autē calida et humida in primo gradu, sub Mercurio. Quae uero humida, in primo, frigida in secundo, habens aliquantulum temperamenti calidi, Veneri subiacet. Sed quae frigida, et humida, in primo gradu, Lunę conuenit. Quaeque autem singulæ terrarum partes sui retinent planetę qualitates, accidentaliter tamen in naturam uertuntur planetę alterius: terra enim, quae ex sui planetę natura proprie frigida, seu calida esse debet, in contrariam vertitur naturam, et complexionem. In complexionibus ergo prefatis: deinde etiam in altitudine, et profunditate, et elevatione, & casu, et harmonia cuiusque planetę conuenire debet, ad cuius similitudinem cōposita est, et inde omne corpus sanum uel egrum est. Vnde Andronicus peripateticus asserit non esse, secundum nostram uoluntatem: et extra nostram uoluntatem ambulamus: et etiam contra nostram voluntatem, quando nostra anima ducimur, vel quando accidentaliter ex natura corporis, aut irę furore, aut alio impetu mouemur. Monet etiam secundario aut cogente natura corporis ad malum cognitionem reddere: sicut enim musicus nequit chorda falsa sonitum reddere, sic anima prauum corpus, scilicet libidinosum uel aliud, ratione sui nequit regere: et symphonia instrumenti artificis animę, idest corporis displicet. Andronicus igitur coitiones planetarum, et compositiones merito asserit ueras: et cetera vitia non esse naturalia animę: nec animam ex natura corporis constare, quod quidam uoluere. Si enim eiusdem esset naturę, nil repugnaret, quin anima rationibus spiritualibus subderet corpus, scilicet ieunijs, et ceteris uirtutibus corporis, vitia subderet. Et ideo dicit Plato in logica, dum iuuentus est per senium, et rationem mundata ab omni prauitate corporis, cognoscens omnem virtutem: omnis enim prauitas extra naturam. At alijs elementis corpore composito, ipsum corpus animam mouet: quod eorū cōtrahit qualitates. Dicit Hippocrates in Physica, "quod terra est apposita generare naturam corporum, est autem ut terra alia dulcis, et temperata, ita, et homines eius dulces et mansueti. Et ideo anima mandat eis per phantasiam suam omnem bonam operationem. Est et alia terra per naturā planetarum acuta, unde eius hoīes veniunt bellicosī. Et quia operatio corporeæ materiæ ligata est, quatuor elementis, ideo dicit Plato, quod ratio conuenit ex superioribus, et ministrat homini spiritualem intellectum, secundum quem discernit superiora, et inferiora, uera, et falsa in theo-

In lib. de natura humana. t. 31. 1. 31. g. Idem ferè i. l. de natu. pueri ad medium, & ad principium li. 4. de morb. rica,

L I B E R

rica, & practica, i. in diuina rerum cōsideratione, & operum faciendorū doctrina & instructione: E
 praxis enim grēce, operatio latine. Et quia sensus nō fit cum imaginatione animæ, cito ducitur
 ad diffensiones rerū, unde theoreca efficitur. Deus enim omnia imprimit, & ubiq; est, & omnia
 implet. Inde dicit Plato, q̄ homines existentes ante suum tempus, nō ex uirtute rationis, sed ex
 natura corporis, suam praxim adimplebant. Et inde affirmat Isaac, q̄ terra per operationem pla-
 netarum generat naturam corporis: natura uero corporis mouet corpus in consuetudines ma-
 las, & mutationes malas. Et mutatio quatuor temporum fit per duodecim signa & septem pla-
 netas: maior est autem per Lunam & Solem. Luna uero unoquoq; mense mundum perābulat,
 & dat motus quatuor elementis. Sol uero quatuor tempora anni cōficit, s. uero calidum & humi-
 dum: quod si non esset, sed siccum, ut quidam uolunt, siccarentur gramina, non autem augerentur uel fouverentur: & alia inconuenientia essent, si aer tunc siccus esset.

Hippo. in lib.
de natu. hom.

cō. 1. t. 14. 1.
29. h. calidū
ait secedere
ad calidum
humidum ad

F
Asferebant falsò quidam philosophorum "quòd homine mortuo humores separarentur, &
 ad propriam redirent naturam, ut sanguis in aerem, cholera rubra in ignē, melancholia in
 terram, phlegma in aquam. Hippocrates autem & Aristoteles & alij philosophi afferūt, destritu-
 tis & mortuis humores in terram redire. Dissentunt etiam Socrates & Hippocrates à quibusdam
 alijs physicis dicentibus, q̄ quatuor elementa nullum patiuntur detrimentū à sua substantia, sed
 remanent integra, nec corrumputur in constitutione corporis humani: sed quædam differentia
 accidentalis egrediens ab illis quatuor elementis tēperat & regit humana corpora, quæ perit cū
 illis corporibus: sicut albedo uel nigredo consistēt accidētāliter, in corpore destrūto perit: & ali-
 qua differentia destrūta non patiuntur illa elementa aliqđ damnū, quia semper sunt fixa & inte-
 grā in sua substantia. Dicunt. n. Aristoteles & Hippocrates, q̄ omnis creatura incorporeā pene-
 trat totam substātiā, cui aduenit intus & extra: unde illa differētia, cū sit incorporeā, est ueniens
 ad humana corpora ab illis quatuor elementis æqualiter intus & extra. Sed illa differētia tātum est
 extra & nō in figura incorporeā. Nam si illa differentia esset adiūcta corporibus humanis ut illi
 dicunt, tunc illa corpora per illam differētiam iutus & extra essent ubiq; eiusdē naturæ, & eiusdē
 coloris: sicut aqua ubiq; in tota substātia per calorē calida, per frigus frigida. Ergo sicut calor &
 frigiditas, quæ sunt accidentales differentiae aquæ, possunt separari ab ipsa & destrui permanēte
 substātia ipsius aquæ, sic illa differentia quādo accidit corporibus nostris, perit, remanēte natura
 & proprietate nostrorum corporū: quorū differentia accidētālis apparet extra, & potest destrui,
 sicut ipsa corpora sunt mortalia: Dicit uāq; Hippocrates, Sicut nulla substātia incorporeā habet
 nutrimentū à differentia corporeā, sic nulla substātia corporeā potest nutriti à differentia incor-G

H
 Fortasse il- porea. Vnde testante Hippocrate aer & aqua & ignis iungunt & efficiuntur unum: quibus terra
 lud quod ab ppter suā nimia ponderositatē nequit adiungi, sed mādat suam frigiditatē & siccitatē, quę tempe-
 Hipp. dicitur rat illa tria, & sic cōplent naturā corporū: sicq; mortuis omnia illa redigunt in terrā. Et ideo scien-
 ta primo ad dū q̄ terra sīm grauedinē suā nō pōt associari alijs tribus elementis in cōstitutione humanorū cor-
 principium. porū: nā postea illa tria pp grauedinē terræ nō possunt explicare suam operationem. Aq; turbu-
 Constitui- lenta & commista terræ non potest se mouere, nec in aliam partem suam uim emittere. Itē, sicut
 omnia animan- uidemus, q̄ turbati sanguis & cholera uertuntur, in melancholiā: melanholia uero in nullū su-
 differentibus predictorum nisi in phlegma & de phlegmate in alios: ita aer ignis & aqua uertuntur in terram
 facultate, cō- deterra in humiditatem, & de humiditate in alia elementa.
 cordibus ue-
 rō usu, igne
 inquam, & a-
 quā: & hæc a-
 bo sufficientia
 esse tum alijs
 tilitas autem aeris calefacta uertitur in ignem. Sicut enim aqua mittens humiditatem suam, uer-
 omnibus, tū
 mutuo sibi ip-
 sis,

I
De mutatione elementorum qualiter fiat.

H
Supradictam hanc mutationem uocat physici hoc modo. Terra enim crescens unaquaq; hora
 ex mortalitate corporum uertitur in aquam: cuius subtilitas calefacta uertitur in aerem: sub-
 titut in alijs tilitas autem aeris calefacta uertitur in ignem. Sicut enim aqua mittens humiditatem suam, uer-
 titur in terram accidentaliter, sic terra inde crescens accidentaliter, amittit tunc siccitatem suam,
 & uertitur in aquam: & sic considerant naturam aliorum elementorum. Et ideo dicit Aristote-
 les q̄ nullum difficile aut dissolubile nomen est fixum & firmum circa aliquam substātiā. Nā
 illud quomodo dicitur per supradictam creaturem, q̄ terra uertitur in aquam, aqua in aerem, aer
 in ignem, sic ignis ingrossatus & infectus uertitur in aerem, aer ingrossatus uertitur in aquam,
 aqua ingrossata in terram: quæ ut dictum est, iuncta in simul fiunt corpora nostra: Corpora uer-
 to nostra uertuntur in terram, & unum quodq; uertitur in aliud. Et idē dicit Aristoteles q̄ hæc
 quatuor materiæ non habent hæc supradicta nomina fixa & stabilia sibi sed proprie dicitur substā-
 tia: nam in quocunque uertitur aer uel aqua, tunc dicitur substātia.

I
De mutuis conversionibus elementorum.

I
COnueniunt autē & differunt elementa differentijs & qualitatibus. Sicut enim aqua frigida
 & humida contraria est igni, & mutat eius proprietatē, ignis uero calidus & siccus, terra fri-
 gida & siccata, aer calidus & humidus, aqua frigida & humida: & his qualitatib. ad se inuicem colli-
 gantur attrahentes semper cōsimiles qualitates, ut aqua terra siccā frigidam: deinde contem-
 perant se in cōtrarijs, nam siccitas terræ per p̄dictam frigiditatem trahitur ad humiditatem aquæ
 siccandam:

A siccandam: ita etiā humiditas aquæ ascendit ad ignem tracta per aerem illuc, & ita uel annihilat contrarium suum, vel* attrahit. Aqua igitur per frigiditatem suā terrę iuncta à terra trahit frigiditatem & non siccitatē: aer aquę per humiditatem cōueniens attrahit illā: ignis uero aeris per cädiditatem conuenit, & illā suscipit ab aere. Vnde dicit Aristoteles, quod duo sunt genera acri, vñ ex sumositate aquę, aliud ex sumositate ignis, qui suā caliditatem & siccitatem mutans, uertitur in sumosam materiam. Hoc factō associatur supradictæ materiæ, q̄ est sumosa, & calida: ex quibus duobus generibus iunctis efficitur aer, qui aliquando ex frigiditate & humiditate aquę acuitur & inuoluitur: & inuoluendo amittit suum calorē, & sic uertitur in suā materiam ex qua sit, idest aquam: ex eius enim constat sumositate, vt dictum est. Aqua vero si de terra, inspissatur & amittit humiditatē: recipitq; aqua & terra siccitatem, & ineius redigitur naturam. Nascitur ex his corruptelæ corporum. nā aer intra ignem & aquam stās tribuit calorē ignis, & in aqua acuitur, & calefit, & sumositas illa in aerem surgit, & inde aer turbatur, & etiā frigiditate contrahēte à terra, & calore desursum ab igne. Nouem autē sunt naturæ, seu qualitates corporum: ōcto in temperatæ scilicet, & quæ cōueniunt oī animali, scilicet calida, frigida, humida, & siccata: calida & siccata, calida & humida, frigida & humida, frigida, & siccata: nona vero soli homini conuenit, & eius B solam temperat naturam. Et ideo utile est nosse, quæ harum octo sunt substancialiæ, & quæ dñe. In igne ergo calor eius est differentia virtutis ipsius: quo calore amoto, attrahit siccitatem & remanet quedam sumositas calida, quæ est substantia: Aeris vero differētia est calor, qui designatur & reuertitur s̄p̄ius, ut dictum est: substantia uero eius est humiditas, quæ aliquando desiccatur ut solet fieri q̄do uertitur in terrā, illa. n. siccitas est ei accidentalis: quæ & siccitas est accidentalis, si duret frigiditas: nam dum redit in suam propriam naturam, mittit siccitatem, semper autē est humida. Et sciendum est, q̄ aquę humiditas est idem, quod eius frigiditas, nec sunt habendæ pro duabus differentijs, sed pro vna tantum: nam ex nimia frigiditate terre fit nimia frigiditas aq, vnde in aqua differētia est eius humiditas: Siccitas autem terre est differentia: potest tamen remoueri à terra eius siccitas, licet uideatur eius substantia: est enim cum ipsa frigiditate, verum & ipsa potest remoueri à terra. Est igitur eius substantia humiditas: in primis enim terra fuit humida: & eius siccitate remota, & frigiditate, quæ est eius siccitatis, terra uertitur in humiditatem.



GALENO A SCRIPTVS LIBER DE INCANTATIONE, ADIVRATIONE ET SUSPENSIONE.

D  V̄cisti fili charissime de incantatione, adiuratione, & suspensione, si qua pos sunt prodesse: & si inuenierim in libris Gr̄corum hoc: & qualiter libris indorum est inuenire. Cui questioni compendiose in hac epistola respondebo. Omnes inquam antiqui in hoc videntur esse concordati, corporis complexionem animę sequi virtutem; quę virtus si sit equaliter tēperata aetio quoque corporis erit perfecta: unde quia virtutes actionis animę in pueris, senibus, & mulieribus, imperfectę plurimum esse uidentur, complexio quoque corporis eorum imperfecta esse probatur. Et hęc imperfectio similiiter contingit habitatoribus intemperatę regionis, vt pote caliditatis Aethiopię, & frigiditatis Scythię. Inde Plato inquit, Quando mens humana rem amat aliquam, licet naturaliter non iuuatiuam, sibi eam prodesse certificat. Ex sola autem intentis intentione, corpus res illa iuuat, uerbi gratia, si quis incantationem sibi prodesse confidat, qualiscunq; sit, eum tamen iuuat. Si. n. ut diximus, complexio corporis uirtutem sequitur animę, necesse est rem taliter se habere, quod certificatur, quia ex timore, tristitia, letitia, stupore, nō solū corpus in colore mutatur, sed

Spurij.

F§ etiam

L I B E R

etiam in multis alijs rebus, ut ventris solutione, siue constipatione, vel nimia defecione. Ego autem vidi ista, sanitatis diuturnarum passionum causas, maxime illarum quod corruptiones sunt men-
tium. In sanis autem fuere infirmitatis cause haec eadem. Vnde Socrates, Incantationes, inquit, uer-
ba sunt decipiēta rationales animas secundum spei inceptionem, aut secundum timoris incisionem.
Indi autem medici tantum confidunt incantationem siue adiurationem iuuare. Graci uero antiqui medici intendunt his in animam erroneam perfectionem suam reuocare, qua reuocata ne-
cessitatem est ut corpus reuocetur ab ipsa, cum complexionem corporis uirtutem animae colet seq.
Vnde Galenus super libro Hippocratis de Humoribus, Siquis, inquit, dixerit humores corporis
mutatos immutare actionem animae, ut animae actio mutata mutat eosdem, non mentitur. Quod
certificatur, quia quando complexio cholérica dominat, sit inde iracundus: & ecōtra in sepe ira-
fentibus, cholera rubra augmentatur: necessitatem enim complexionem animae corporis comple-
xionem imitari, & corporis animae. Iterum inquit alenus, Intellectus & Scientia in anima, ex
complexione augmentatur cholérica: continentia & studiositas, ex melancholica: deambulatio
verò & delectatio, ex complexione sanguinea: phlegma nihil adiuuat virtutem animae nisi in pri-
ma gustatorum mutatione. Constat ergo, quod si medicus animae complexionem quoque adiu-
uerit incantatione siue suspensione, corporis complexionem ad vitam perducit. Si autem his con-
ueniens adiungitur medicina, corpus incantatione animae adiuuatur: quibus coniunctis necesse
est sanitatem utriusque citius consequi. Item inquit Galenus, Sunt homines laeti naturaliter, &
delitosi, qui quando infirmantur, sanos eos subito futuros confirmat medicus, & eorum dicta cum exer-
citij reuocet: quorum spes, sanitatis est causa. Sunt & alii è contrario, natura tristes, & unde tristitia-
tur & angustientur, eorum animis semper cogitationes: quorum cogitationes oportet fallere medicum,
& laetificante intentione mutare animas eorum. Sed neque excedere debet laetificandi modum, ne pro-
missionum magnitudine negligat se medicandus. Memini enim quendam nostrum terrae nobilissi-
mum, mormurasse se esse ligatum, ne cum mulieribus coiret: quem adiuui falsificando intentione
suam, & hoc magnis ingenij, sed tamen nunquam reuocare potuit: propter quod certificare & confir-
mare incepit quod ipse prius intendebat; deinde adducens sibi librum Cleopatre, quem fecerat de
seminarii formanda speciositate, legi locum, ubi dixit taliter, Ligatus fel coruinum accipiat mistum cum
sesami oleo, quo ungens totum corpus, adiuuabitur. Iste autem audies, confidus libri verbis, sic fecit, ci-
troque conualuit, & augmentata est concupiscentia coeundi. Ego quoque, in antiquorum libris mul-
tis legi suspensa collo suffragari cum proprietate, non ex natura sui, quod non nego posse fieri pro-
pter confortationem mentis, ut dixi: de quibus cum sint multa, pauca tibi tagere disposui. Aristoteles
in libro de lapidibus, Suspendens Smaragdum collo, aut portans ipsum in digito, defendit à casu
epilepsie suspecto: unde semper madamus nobilibus, ut est collo filiorum suorum suspendat: ne in hac
infirmitatem incident. Item, quodlibet genus Hyacinthorum suspendens collo, siue habens in digito,
si intret regionem pestiferam, non laeditur, sed potius in mentibus hominum honoratur, & à ma-
ioribus petitiones eius complentur. Item, Sardam. xx. granorum hordei pondus portans est collo
seu in digito, non uidebit terribilia in somno. Itē, Corneolā est collo portas, siue in digito, mitigat
iram in contentione: cuius autem color est sicut lotura carnis, sanguinis fluxū cuiuslibet membrum strin-
git maxime in feminis. Onyx suspensus vel digito portatus augmentat in somno terribilia, & tri-
stiam, & inter homines contentiosam, in pueris autem suspensus saliuā oris auget. Galenus ait, Ster-
cora luporum ossa comedentium sunt in ventribus ilia dolentium, vel est collo patientium suspen-
sas, statim dolorē mitigant: aliquando & in coxis suspenduntur & cum fune laneo ligantur, illius
scilicet ouis quod a lupis comesta est, sicque melius iuuabuntur & fortius, quod si filum non inueniatur, cum
corrigit ceruina ligantur. Idem Galenus in vas argenteum posuit, cuius qualitas fabae fuit, & in
coxis suspendit, & multum profuit: hoc autem dixit in libro de simplici medicina. In libro autem eodem
ait, Si Viperē suffocatē collum cum filo lineo suffocāti est collo suspenderis, absoluuntur à suffoca-
tione sua, & multum valet apostematibus fauci. Dioscorides ait, Dentes canini canis rabiosi quod
hominem momorderit, in frusto cori ligati, & armo suspensi, defendunt à morsibus canis rabio-
si. Idem Pullis hirundineis paruis in augmento lunę acceptis, & primogenitis, si fuerint in uentre
scissi, duos lapides inuenies, unum unius coloris, & alterum diuersi & oppositi: quos si ligaueris in
corio vituli, antequam terrā tetigerint & est collo siue armo suspenderis, epilepticis valēt, & aliquā
do p̄sanant. Quidam medici suspendunt est collo radices herbe Aceto propter scrofulas, & ualeat:
Alij suspendunt radices Arnoglossae propter easdem, & dissoluuntur. Auricularis digitus aborti-
ui si est mulieris collo suspendatur, non cōcipit dum collo habebit. Hyoscyamus cum lacte cabal-
lino temperatus & corio ceruino impositus & suspensus est collo mulieris, cōcipere non p̄mittit,
dū in collo erit. Quidam dicunt mulierem ranam accipientem & os eius aperiētem, terq; ibi ins-
puentem, non concipere illo anno. Alij oculū hirci ligati radici sampsuchi in horto, & irrigant
cum urina rufi tauri vespere: mane autem extracta radix ligatur cum eodem oculo in armo, libidine
augmentat. Galenus inquit, lapis Coralli multum ualeat ad passionē stomachi, si suspensus fuerit super
stomachū, vel est collo patiētis. Dioscorides, semen Croci horrēsis ad scorpionis mortuum ualeat in

manu

DE NAT. ET ORD. CVIVSLIB. CORP.

42

A manu facit, uel è collo suspensum: simile facit radix Lauri: idem etiam Iris agit. Alij dicunt, q̄ radices Asparagi siccæ super dentes ligatæ, trahunt sine dolore. Itē pedes Leporis & renes dextro armo ligati canes latrare nō permittunt: similiter iecur facit canis, nisi coloris eius ḡnis fuerit, cuius iecur fuit. Indi dicunt, stercus Elephātinum cum melle mistum, & in vulva mulieris impositū, nunquam permittit cōcipere: testatur hoc, quia arbori suspensum non permittit fructificare: Aaron dicit, stercus Elephantis cum lacte caballino mistum & corio ceruino ligatum & umbilico mulieris suspensum, non permittit concipere. Quidam medici dicunt pedem testudinis dextrum pedi podagrī dextro suspensum iuuare, sinistro sinistrum: idem & in manibus. Item radix Pæoniæ è collo suspensa pueris ualet epilepticis: similiter pyrethrum: idem facit pilus ex toto nigri canis. Nos autem hæc ex libris antiquorum excerpti sumus, ut mens tua in incantatione, adiuratione, & suspensione nō refragetur amplius. Sed omnia si ex libris antiquorum philosophorum extrahamus, librum protendemus: At qui uoluntatem nostram hactenus exhibuimus. Hæc autem ego non tentau: sed nec ēt neganda sunt mihi licet nō uiderimus, quia si Magnetem sibi ferrum trahentem non certificamur, nec credimus: similiter q̄ plumbum rumpit adamantem, quod ferrum non facit: & lapis, qui uocatur Nitrum, foco incenditur: Piscis autem quidam marinus se cōpientis sensum aufert: quæ omnia si à nobis non uideantur, non creduntur, sed tentata certificant. Et forsitan itidem se habent dicta ab antiquis. Quorum enim actio ex proprietate est, rationibus vnde sit cōprehendi non potest: rationibus autem tantū comprehenduntur quæ sensibus subministrantur. Aliquando ergo quedā substantiæ habent proprietatem ratione incomprehensibilē propter sui subtilitatem, sensibus non subministratam propter magnam sui altitudinem.



GALENO ASCRIPTVS LIBER C DE NATVRA ET ORDINE CVIVSLIBET CORPORIS

CENSURA

Libe: ordine & iudicio carens.

De Quatuor Humorum Natura.



Icet te sciam, charissime nepos, gr̄cis literis eruditum ad hanc disciplinam posse pertingere, tamē nequid tibi poscenti ad memoriam denegetur, ex libris medicinalibus, Hippocratis intima latina feci: quod quia dignus es fili deliterando, daturus tibi aui tui patris mei librum, ex quo mudi ratione cognoscas: ut nosse possis quanta fuerit generis nostri sapientia. Nūc vero tibi corporis uniuscuiusque naturam & ordinem aggrediar exemplificatione. Corpus igitur hominis ex quatuor humoribus cōstat: nam habet in se sanguinem, cholera rubrā, cholera nigrā, & phlegma, Qui quatuor humores habitat uel dominatur in locis suis. Sanguis dominatur in dextro latere in hepate, quod iecur vocamus: sic & cholera rubra ibidem dominatur: in sinistro uero latere, idest in splenē cholera nigra dominatur: phlegma autem in capite, & alia pars in uesica: alia pars sanguinis dominatur in corde. Virtus autem ipsorum talis est. Sanguis est ferverens, humidus, & dulcis: & cholera rubra est amara, ignea, & siccā: cholera nigra est acida, frigida, & siccā: phlegma uero est frigidum, salsum, & humidum. Hæc omnia crescunt suis temporibus. Sanguis enim crescit tempore ab octauo idus Februarij usque in octauum idus Maij, & sunt dies nonaginta duo. Cholera uero rubra æstate ab octauo idus Maij usque octauum idus Augusti, & sunt dies nonaginta nouem. Cholera autem nigra autumno ab octauo idus Augusti usque in octauum idus Nouembbris, & sunt dies nonaginta unus. Phlegma uero hyeme ab octauo idus Nouembbris, usque in octauum idus Februarij, & sunt dies nonaginta tres. Hi quatuor humores hoc idem patiuntur die ac nocte. Sanguis enim dominatur horis septem ab hora noctis nona usque

Spury.

F 2 in

LIBER

in horam diei tertiam. Exinde dominatur cholera rubra usque in nonam diei horam. Deinde E cholera nigra dominatur ex hora diei nona usque in horam noctis tertiam. Phlegma autem dominatur ex hora noctis tertia usque in horam noctis nonam. Hæc omnia habent respirationes suas per singulas partes, corporis, sanguis per nates, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os. Diuiduntur etiā hi quatuor humores per quatuor artates, i. phlegma in pueris ab incunte aetate usq; ad xij. annos cum sanguine: exinde cholera rubra dominatur usq; in annos xxv. & exinde dominatur usq; in annos xlj. maxima pars sanguinis cū cholericis nigris: dominatur exinde usq; in summā aetatem phlegma, sicut in pueris dominatur. Præterea hi quatuor humores faciūt in hominibus tales mores. Sanguis facit homines boni uoti, simplices, modestos, blandos eucyphos siue plenos. Cholera rubra facit homines iracundos, ingeniosos, acutos, leues, ma cilentes, plurimū comedentes, & cito digerentes. Cholera nigra facit homines sub dolos cū iraeū dia, auaros, timidos, tristes, seditiosos, inuidiosos, habētes, lēpius cicatrices nigras in pedibus, uel in alijs mēbris. Phlegma facit homines cōpositos, inuigilantes, inter se cogitantes, cito afferentes canos in capite, minus audaces. Oīa ergo, quæ calidas habēt virtutes in superioribus locis corporis dominātur. Pulsus aut̄ suos hi quatuor humores habēt vel faciunt. Sanguis enī pulsus facit plenos, humidos, æquales. Cholera rubra facit pulsū tenuē, cirratūq; Cholera nigra facit pulsum plus tenuē, sed tabentē, ueluti percussum, & asperitatē. Phlegma facit pulsum minus plenū, humectatū, & qualē pondere. Hi humores sine se esse nō possunt, & in omnibus aetatis dominantur: sed quoties ex his humoribus aliquis excreuerit, tunc facit ægritudinem longam, & causę ueteres pro sua uetusitate. Et temperantiam, & equitatem, & æqualitatem pro corpore aetatum omnium, hi humores singulis aetatis faciunt, quoties quisq; eorum augmentum acceperit. Et tunc longam ægritudinem facit, si imperitum medicum habuerit, aut certe negligentē, aut q; causam nō intellexit, aut ex quo humore ægritudo nata fuit. Et quidē tunc diligens & doctus ægrotati potest succurrere: si uero negligens fuerit aut nō intelligens, tandem protrahi ægritudinē, quandiu transeat humoris ipsius tempus: & alius exterius humor augmentum accipiat, ita ut iste humor excludatur, ex quo ægritudo fuerat nata. Nā si sit ex causa sanguinis, qui sanguis est dulcis calidus & humidus, occurrentum est sic adhibetur ei contrarium, quod sit frigidum amarum & siccum. Si fuerit causa cholera rubra, quæ est amara uiridis & ignea & sicca & acris, debet adhiberi quod sit frigidum & humidum, si autem cholera nigra fuerit causa, debet adhiberi, cum sit frigida & sicca & acetosa illud, quod est calidum & humidum & dulce. Si ex phlegmate nata fuerit ægritudo, cum ipsum sit frigidum saluum, & humidum, debet adhiberi quod sit dulce, calidū, & siccum. Hec quādo adhibita fuerint, tunc & peritus medicus inuenitur, & æger cito ad sanitatem reuertitur. Hæc G tibi pro nostri memoria religiole nepos dedi maiora te putans adepturum.

De Dispositione Plasmationis fætus in utero.

E Xpositionem mēbrorū, quo ordine, uel quibus iuncturis, uel quo schemate homo in utero materno plasmetur, hic docemus, exordiū à capite sumētes. Maioribus n. nostris, Apollini, Hippocrati, Apollonio, & cæteris Santonicis placuit mortuorū viscera scrutari, ut scirent unde uel quomodo morerentur: hoc autem nobis facere ipsa humanitas prohibet, eō q; ipsis scrutinibus oīa manifesta atq; aperta sunt. Et quid dixerūt? Caput nostrum commissuras habet quinque angulosas se inuicem continentes, sicut summus anatomicus philosophus hic memorās dicit: masculus in galea commissuras habet quinque: fœmina uero in circuitu commissuras habet: cui galea superposita est, quam Græci cranium appellant: quæ cohæret membranis, & superposita est cunctis, quæ habet causa decoris, scilicet ut ab æstu & frigore oculos custodiat. Vbi uero galea est, subiacent tempora, quæ continentur spiritualibus uenis cerebri: quibus superposita sunt supercilia, ut si copiosus sudor fronti aduenerit, opposita statione pilorum contineatur, donec excussus ab oculo sudor auferatur. Oculi quoq; isto schema continentur. Ex naso cerebri foramina orta sunt duo, per quæ tenuissimæ uenæ dextra leuaq; alterius inuicem sibi continentur: Tunicae sunt quatuor uel quinque: prima tunica appellatur ceratoides, secunda choroides, tertia oroenomides, quarta tinenoïdes, quinta crystalloïdes. Supposita sunt ossa oculi, quæ malas uocamus. Dentes etiam habent uiri xxxij, mulieres autem xxx. auctor Apollonius memorat, dicens, Dentes usque ad caninos singulas habent radices: alii uero interius, qui molares dicuntur, habent ternas & quaternas radices. Palato lingua subiacet, quæ cooperit canalem spiritualē, quæ Græci pneumaticum dicunt: quem canalem modo aperit, modo claudit: aperit n. spiritualē canalem quando loquimur, claudit autem quando manducamus. Quod probare possumus, quando fortis cibo uel potu utimur, & currit ex supradicto cibo in spiritualem canalem aliquid, statim tussis consequitur, donec impellente spiritu illud repat, & in propria iterū reuocetur. Huic linguæ dextra leuaq; parte glandulæ suprapositæ: quod autē superpendet, vivila appellatur: post quā caueræ sunt duæ, per quas fit infusio uel raptus, quod Græci anarrhopema uocat, naresq; cū supradictis caueris inserunt, & per easdem usque ad cerebrum tendunt. Aures uero uiæ sunt auditoriæ

A nus facit p p suam paruitatem, consequens ipsum cōplete emendat: musculoq; colli & maxillarū coniungitur, dans ei motum. Per tertium exiens a foramine inter fm, & tertium spondylū, statim in duo diuidetur ex vtraque parte: quarum una musculis qui maxillas mouent trāmittur, & est qn musculis miscetur tēporū, & cū musculis aurum in bestijs, & qn q; in h. ūb. alia vero pars ipsius per musculos dispergitur, qui inter vtrasq; locantur scapulas. Par vero quartum inter tertium, & quartum spondylum exoritur, & partitur in duo sicut pcedens, sed pars ipsius ascendēs est parua. Et quidam dixerunt iam, q ab ea penetrant rami sicut araneæ tela extensa super venā, donec ad diaphragma perueniat, separans super duo latera diaphragmatis. & pectus in duo media partien do incedēs: sed eius pars minor ad superiora reflectitur, & in fundo muscularum profundatur, do nec ad suprema vadat, & musculis mandat ramos, qui inter caput & collū sunt coēs: & dixerūt q dā, q ab eo ad dorsum descendit ramus. Quintum vero par inter quartum, & quintū egressum, in tres diuid tur partes: & est unus ramus, & est minor pars perueniens ad musculos, qui caput ante rius peruerit, & ad alios musculos q capiti sunt coēs & collo: & alter ramus ad mulculos scapularum dirigitur, & miscetur, & ad medium penetrat diaphragmatis. Par vero sextum, septimum, & octauum, ab alijs fm ordinem egreditur foraminib. sed octaui egressio est a foramine cōi inter finem spondylorum colli, & primum spondulum dorsi. Et eorum rami vehementi miscentur mīstura: fm plurimū eius ad scapulae peruenit superficiem: & pars eius maior, & est ex quarto, & minori parte, q est ex tertio, peruenit ad diaphragma: & plurimum septimum peruenit in adiutoriū: licet siis quidam qui ex ipsis ramis ad musculos capititis, & colli, & dorsi cum ramis quinti associati vadant ad diaphragma: sed tñ ille, qui est ex quinto, ad partē manus tēdit, & non trāsit scapulā. Sexti vero paris quidā ad musculos scapularū dirigūtur, & alij mouent adiutoriū, alij vero a superiorib. partib. dant sensum adiutorio, alij mouent brachiū, alij per cutē adiutoriū. Septimi vero paris quidā mandantur musculis, qui sunt in adiutorio, qui sparguntur dantes eis sensum. Octaui vero paris partes qdam, ex cutem hanc quidēm partiuntur, dantes ei sensum, alij vero ad musculos brachij tendunt motum manib. præstātes. Primum aut̄ par ex parib. membrorum pectoris, egreditur inter primum, & fm spondulum pectoris, quod in duas diuiditur partes: q aut̄ maior est, in ūb. musculis spargitur costatum, & in musculis dorsi super primas costas extensum procedit, & octauo neruorum colli obuiat, & sim liter ad manus protendit, donec ad digitos, & palmā perueniat, & manum, & segregatur per eam, dans ei motū, vel sensum. Par vero fm, a foramine egreditur, quod prædictum sequitur foramen, cuius pars ad adiutoriū tendit superficiē, dans ei sensum: & ipsius residuum cum alijs partib. q remanserunt, aggregantur, & ad musculos scapulae, qui su p eam positi sunt, ascendunt, ipsius mouentes iuncturā: & ad musculos perueniunt dorsi, qui ex istis nervis spondylorum pectoris oriuntur. Et ramus, qui ad scapulam non protendit, ad musculos dorsi vadit & ad musculos qui sunt inter costas primas in posteriorib. pectoris positas. qui vero ex spondylis scđ arum nascuntur costatum, ad musculos veniunt, qui sunt inter costas, & ramos, cū istorum neruorum ramis: pterea a ramis neruorum arteriæ, & venę aperte currunt, & spinalē medullam ingrediuntur per loca vnde ipsi egrediuntur. Nerui exeuntes a duob. sp̄ndylis pectoris in hoc cōicant, q pars eorum ad musculos dorsi peruenit: & pars ad musculos vētris, & ad musculos qui sunt in dorso pressi: tertia aut̄ superior cum nervis miscetur, qui a cerebro sunt descendentes, & non alia. Et duo paria inferiora ad partes crurum multos transmittunt ramos cum quib. ramus tertiae partis, & ramus nerui primi, ossib. alchatim miscentur. Sed isti duo rami coxæ non pertransiunt iuncturam, sed in ipsius sparguntur musculis, & ita eos pertransiunt incedēdo ad crura. neruorum autem crurum, & pedum forma, a neruis manuum, & pedum separatur in eo, q non iunguntur, & inclinant submersi ad cerebrū. Non est aut̄ forma continuitatis adiutoriū cū scapula, si cut forma continuitatis femoris cū coxa, neq; extremitates cum origine suorū neruorum: Et isti quidē nerui ex parte cruris, diuersis tendunt modis: sunt. n. ex eis qui occultantur, sunt qui manifestantur, sunt qui submerguntur sub musculari cooperati. Et quia musculi qui ex parte femoris oriuntur, neruos ad vtrōsq; pedes non habuerūt a posteriorib. partib. neque ab occulto femorū, p p ea ibi musculi multi, & venę factę fuerunt, vt pars neruorum, q est in pectine, curreret, & penetraret in foramen, quod ad testiculos descendit, donec ad musculos vadat femoris, & descēdat ad musculos poplitis. Primum autem par ex neruis sequētiū spondylorum commiscetur cum neruis antecedentibus, sicut diximus. Alia vero paria, & vnum par, quod ab extremitate oritur caudæ, muscularis sparguntur sphincteris, & ipsius virgæ, & musculo vesicæ, & matricis, & in panniculis vētris & in partib. domesticis superiorib. ossis femoris, & in muscularis qui nascuntur ab ossibus alchatim.

De Anatomia uenae concavae.

V ena ventrem habens ad cor, qn venit in rectitudinem diaphragmatis, transmittit ramos ad ipsum nutriendum: quę postea perforat diaphragma: per cuius foramen venę subtile ab eis disgregat panniculo, qui pectus in duas diuidit partes, & cordis caplulae, atque glandulæ, quæ a medicis vocatur mina, continuantur, & per prædicta sparguntur membra. Postea uero quidam magnus ramus ab eis separatur, qui vni duarum cordis auricularū, dextræ scilicet continuatur, &

diuiditur

L I B E R

diuiditur in tres partes: quarū maior dexterā cordis aurē intrat: secunda cordis superficiem exte-E
riorē circuit: tertia vero ad inferiora ramos transmittit, & postea procedit ascendendo, & reto-
quet ad furculas, & transmittit à se ramos ad nutritionē oīum partiū vicinariū interiorum, &
exteriorū. Qñ át ramificat ex vtraq; parte, & uenit in rectitudine axillarū, ramus quidā magnus
exterius ab ea egreditur, & ad locū qui est in alis axillæ protenditur, quæ basilica appellatur. Sed
et prior, q̄ relinquitur circa furculas, q̄ est stipes huius basilicæ, in duas diuidit partes: quarū una
ad dextrā, altera ad sinistrā tēdit. Et iterū vtraq; istarū subdiuidit: quarum una diuisio, humero
superposita ad manū tēdit, & uocat cephalica: Alia vero diuisio vtrinq; in duas diuidit partes:
quarū una per interiores partes colli ascendit, quoisq; craniū intret, & partes mēbrorū cerebri,
& suorū pāniculorū ibidē irrigat: & in transitu eius per collum v̄sq; ad cerebrum diuiduntur ab
eo rami subtile, qui mēbra in collo humectat: et hæc vena gaudet cholera: Alia vero manifesta
ascendit, quoisq; per faciē, oculos, caput, & nares diuidatur, vt omnia mēbra nutriant: quæ ideo
manifesta uocatur. A uena aut̄ humerali, dum per cubitum transit, rami quidā subtile separātur,
à quibus ea, quæ in adiutorio exterius manifesta sunt, irrigātur. Similiter sub vena axillarū aggre-
gātur rami subtile, qui rami adiutorij musculos nutriunt. Et quando humeralis uena, & axillaris
prope cubiti iuncturā ueniunt, duæ partes ab eis separantur, una, s. ab axillari, alia ab humerali:
& cōiunctim ascendunt quoisq; ex eis una fiat vena, quæ purpurea uocatur. Alia vero humera-
lis pars protēdit secundum diuersas adiutorij partes, & super arundine altera transit, vocatur
funis brachij. Axillaris vero pars altera, quæ una est ex inferioribus partibus brachij, quæ est in
profundo, v̄sq; adeo protenditur, quoisq; ad caput inferioris arsūdinis perueniat: & fit ex ramis
suis vena una, quæ est inter medium, & auricularē, quæ saluatella appellatur. Pars autem quæ ad
corporis inferiora descendit, super spōdylos costarū transit, descendendoq; inferioris porrigitur:
à qua egrediuntur rami, qui vadunt ad renū fascias, & suorum panniculorū, & ad mēbra quæ ex
eis disponuntur, & ea nutriunt. A qua postea duo rami magni separantur, qui renūm intrant con-
cauitates: post quos reperiuntur duo alij, qui ad testiculos vadunt. Deinceps ab eodē in rectitudi-
nē cuiusq; spondyli duo alij separantur, qui ad utraq; procedentes mēbra, quæ circa ipsa sunt, vel
quæ sunt occulta, vt uulua, uesica, uel manifesta sicut ueter ilia, humectant: quæ quando ad ulti-
mum uenerit spōdylū, in duas separatur: quarum una ad dextrum pedem, & alia ad sinistrum ua-
dit. Et ab his segregantur partes, quæ fæmorū musculos nutriunt: quarū quædā sunt occultæ, à
quibus occulti nutriuntur musculi: quædā manifestæ, quæ manifestos humectant musculos. Quæ
iterū qñ peruerterit ad genu, in tres diuidit partes: quarū una per molā transit, cuius rami, oīs
cruris musculos nutriunt, qui interius, & exterius inueniuntur: alia uero ad partē cruris domesti-
cā tendit: q̄ similiter occultatur usq; adeo taliter, donec partē super malleolum interiorē operire
incipiat: & tunc ex ea, quæ saphena uocatur, fit uena: Pars uero tertia ad partem cruris sylvestrē
tendit, q̄ similiter occultatur, quoisq; ad malleolum ueniat exteriorē, quæ dicitur ischiadica. Ab G
utraq; autē istarum, quando ad pedem perueniunt, separantur partes quæ per pedem sparguntur:
quarum illę quæ in partibus dğitorum sunt, & si ab eo reperiantur, uenæ ischiadicæ sunt partes.

De anatomia uenarum manus.

VEnæ át manus, q̄ phlebotomantur, sunt quinq;: nigra siue purpurea, basilica, funis bra-
chij, & axillaris, q̄ est ramus basilicæ, & scilicet, & cephalica, q̄ oīb. maior est. Basilica ue-
ro magni timoris est p̄ pea, q̄ arteria cadit sub ea: & nerus, & muscul⁹ ēt sub ea cadūt.
In basilica quoq; phlebotomāda q̄to plus ad brachiū descēderis, erit sanius. Propterea
sciēdū, q̄ basilica axillaris, & ce phalica su p̄ iuncturā phlebotomię appropriat, & non sub ea,
neq; in ea, ut sanguis bene saliat, & sic securitas à nocumētis neruorū, & arteriarū. Cephalica ue-
ro q̄ est ex collo supra ipsum partum, & partim sub ipso euacuat, & terminū partis hepatis nō p-
trālit, neq; hypochondriū. Basilica uero euacuat partes pectoris, & qđ est à parte uentris inse-
rius. Nigrę uero iudicū inter cephalicā, & basilicā medium est. Funis uero brachij similis est ce-
phalicæ. Scilicet siue saluatella quidē, quæ in dextra, doloribus hepatis confert: & quæ in sinistra,
doloribus splenis; & q̄ sanguis phlebotomię dimittatur donec p̄ se restringitur: manus quoque
illius qui phlebotomatur, in aqua calida ponitur, ne cito sanguis restringatur. Sed arteria manus
q̄ phlebotomatur, est arteria q̄ inter pollicē, & indicē existit. Eius iuuamētū in antiquis dolorib.
hepatis, & diaphragmatis est mirabile. Galenus hoc uidit somniās, & expertus est postea. Et ex
uenis pedum, quæ phlebotomantur, una est ischiadica, & est à parte sylvestri calcanei: est alia sub
ea, aut supra ipsum. Et ligatur in fasciis, & inuoluitur qđ est supra ipsum i summitate coxę usque
ad calcaneū fortiter: & melius qđ est, ut balneetur ante. Et si ipsa fuerit occulta, aliquis suorum
phlebotometur ramorū, qui inter minimū, & secundū existit. Et iuuamētū phlebotomię ischiadica
magnū est in dolore ischij, & podagre, & in uarice, & elephātiasi. Et saphena, quæ est uersus
inferiorem partē pedis, manifestior est quam ischiadica, quæ phlebotomatur ad euacuationem
sanguinis ex membris sub hepate, & ut sanguis à superioribus ad inferiora declinet: quare men-
strua prouocat, & hemorrhoidum orificia aperit. Et super calcancum retro est uena, quæ est
saphen-

A sphenæ ramus, & operatur quantum ipsa. Et ad summum phlebotomia uenarum pedū confert ægritudinib. quæ sunt ex materieb. ad caput declinantib. & ægritudinib. matricis: & magis debilitat, q̄ phlebotomia uenatum manus. In uenis capitilis quæ phlebotomantur, quædam sunt quiete, quædam pulsatiles. Quietæ sunt uena frontis, quæ inter duo existit supercilia: cuius phlebotomia confert grauitati capitilis, & proprie illi quæ est in posteriori parte, & grauitati oculorum, & dolori capitilis. Super cornu capitilis phlebotomatur p̄ p hemicraniam, & ulceram capitilis. Et duæ uenæ tē porum, quæ flexuose incedunt: & duæ uenæ, quæ sunt in angulis oculorum lachrymalib. non apparent multum, nisi p̄ p constrictionem suffocantem. Et in ipsis non est profundandus phlebotomus, qm̄ forte fierent fistulae: & non egreditur sanguis nisi paucus. Iuuamentum phlebotomiæ harum existit in dolore capitilis, & hemicrania, & ophthalmia antiqua, & lachrymis, & pano, & scabie palpebrarum, & nyctalopib. Et sunt tres uenæ, quarum locus est post locū, ubi extremitas auris tangit, qn̄ peruenit ad capillos. Et una earum est magis manifesta, q̄ phlebotomatur in principio aquæ, & qn̄ caput stomachi sumum recipit: & post hoc confert ulcerib. crurum, & colli, & posteriorum capitilis. Et ex istis sunt duæ iugulares: & minuuntur in principio lepræ, & fortis anginæ, & angustatione anhelitus, & in asthmate acuto, & in raucedine uocis, & in apostematice pulmonis & in spirandi difficultate, quæ ex multo sanguine fit calido, & ægritudinib. splenis, & laterum. Modus ligandi eas est, q̄ oportet trahere caput ad contrarium partis phlebotomiæ, ut uena extendatur sicut chorda. Et ex eis sunt uenæ labiorum. s. quatuor: super unumquodque existit par: quæ cōferunt ulcerib. oris, & pustulis, & dolorib. gingivatum, & earum apostematib. & earum laxitati, & ulcerib. & fistulis, & fissuris, quæ sunt in eis. Et ex eis est uena, quæ est sub lingua: & propter grauitatem lingue, quæ est ex sanguine, minuitur. Et ex eis est uena, quæ est inter mētum, & labium inferius, q̄ phlebotomatur p̄ p oris fētore. Et ex eis est uena furculæ, quæ phlebotomatur in mordicationib. oris stomachi. Et ex uenis, quæ phlebotomantur in corpore sunt duæ uenæ supra uenrem, quarum una supra hepar, altera supra splenem: et phlebotomatur dextra in hydrope, et sinistra in ægritudinib. splenis. Ex arterijs uero quæ sunt in capite, est arteria t̄ p̄s, q̄ qn̄q; phlebotomatur, quandoque inciditur, quandoque extrahitur, quandoque aduritur: et hoc fit, ut rheumatismi subtile constringantur, qui ad oculos descendunt. Et duæ arteriæ, quæ sunt post aures, quæ phlebotomantur propter species ophthalmicæ, et principium aquæ, et panos, et nyctalopas, et antiquum dolorem hepatis. In earum tamen phlebotomia semper existit timor, et tardatur consolidatio.

De Anatomia membrorum consimilium.

Omnis operatio ab aīa procedens, ut melius in actū procedat, in corporib. nostris perficitur. Instrumentorū aut̄ corporaliū alia sunt simplicia, alia cōposita. Simplicia sunt, quarū quam cūq; partē sumpseris, sensibilē cōitatē habet cū corpore, et diffinitionē. Composita uero sunt illa, quæ non, &c. Sed quoniā simplicia sunt in cōpositis, & non conuertitur, de his prius dicendum.

De ossibus.

In ter simplicia primum est os, quod est fundamentū totius corporis, & erectio, & sustentamen tum motus, & sensus. Quædam ossa specialia habent iuuamenta, Quoddam enim propter fundamentum est, vt os spine, siue ossa spondylorum. Quædam, vt sunt sustentamentum lensus, & motus, vt sunt ossa pedum, & tibiarum, & crurum. Quoddam ad tuendum, vt os cranij, nimirum ad tuendum cerebrum ab extrinseco nocumento. Quoddam ad replendum, ut os quod supra spondylum excrescit quasi additamentum: & hæc ossa telamina, vel simenia dicuntur. Huiusmodi ossa maxime reperiuntur piscium, scilicet qui non habent medullam transeuntem per mediū spondylorum: quare parum apparent huiusmodi ossa in eis.

D

De cartilagine.

Est autem cartilago membrum mediocre in natura inter os, & carnem: est. n. mollior osse, durior carne: & est propter hoc in animali, vt sit diuisuum ossis a carne, ne nimis durum cōiungatur cum molli immediate. Propterea vero caro quando vulneratur, & quassatur ab extrinseco, magis laeditur ab intrinseco osse p̄ p sui duritiem. Quædam tamen cartilaginiæ specialia habent iuuamenta. Vnde quædam posita est in animali, vt sit iuuamentum extremitatum buccellarum in gredientium vacuitates alterius ossis, & concavitudinem eiusdem: qm̄ inter illa minor laesio est, q̄ si durū supra durū fricaretur in motu. Quædam posita est in extremitate scapularum, & humerorum, vt in hora percussionis minor fiat laetio. Quædam ad defensaculum nocimenti extrinsecus aduenientis, vt cartilago ante os stomachi posita quasi ensis protensa. Quædam est suscipiens, & retinens musculos a remotis partibus venientes, & dicitur cartilago epiglottalis. Quædam vt sit suspensorium carnium inferiorum: quæ ponitur in extremitatibus costarum inferiorum, & perfectarum.

De nervo.

Nervus est membrum mediocre in duritia, dilatabile, & extensibile, solutionē continuitatis nō de facili recipiens, siue rupturam, sustentaculum motus, & sensus ad vniuersa corporis membra.

De chorda.

Chorda est membrum ab extremitatibus musculi ortum habens, ad similitudinem chordæ

arcus

L I B E R

arcus effecta. Quemadmodum enim chorda arcus incuruatur arcus, & relaxata relaxatur, sic musculo relaxato chorda impellitur a musculo, & relaxatur, quare membrum exteditur: E musculo uero contracto, contrahitur & chorda, quare membrum incuruatur.

De ligamento.

Ligamentum est membrum insensibile, ortum habens ab extremitate ossis: insensibile per se, sensibile tamen per accidens, quam per musculum: Et est duplicitis iuuamenti in corpore: unum est, ut ipso medio immatur os cum nero: aliud est, ut cum nero iungatur ad hoc, ut fortis sit, cum subtilis sit in eius ortu, a cerebro. scilicet a spinali medulla alba: & cum multiplicem suscipiat decisionem in eius processu.

De musculo, & tendone.

Musculus est membrum ex neruis, ligamentis, & carne, ligamentorum, & neruorum interstitia replens: compositum, ut ipso tracto, vel dilatato sunt suas partes, sequatur extensisio, vel incuruatio membra mediante chorda. Et est musculus idem quod lacertus, quasi laceratus. id. diuisus secundum diueratas suas partes. Tendo autem non est ligamentum ut quidam existimant, sed est idem quod chorda.

De arteria.

Arteria est membrum ortum habens a corde, concavum existens, ut per eius concavitatem concurrat spiritus uitalis ad omnes partes corporis. F

De vena.

Vena est membrum ortum habens ab hepate secundum Galenum: concavum existens, ut per eius concavitatem sanguis nutrimentalis transmittatur ad omnes partes corporis.

De panniculo.

Panniculus propter multam necessitatem in corpore creatus est. Quidam enim continet membrum in sua forma debita, & positione, ut panniculus inuoluens cerebrum: ipsum enim est molle: similiter panniculus inuolens intestina. Quidam est diuidens nutritiua a spiritualibus, ut diaphragma. Quidam est cooperiens intrinsecam costarum superficiem. Quidam est sensificans, & tales sunt qui pulmonis, hepatis, splenis, renum habentur: unde in profunditate substantiae eorum non sensificatur homo extrinsecus, nisi secundum duos panniculos. Præterea renes mediante suo panniculo suspenduntur in fine dorsi.

De medulla ossium,

Medullam quidam existimant esse membrum, cum mihi dubium sit. Mollis est in substantia vena, quoniam mediante eius virtute sustentatur.

De carne.

Caro est propter hanc, ut replete interstitia neruorum, & ligamentorum, uenarum & arteriarum.

De humore.

Et humor membrum molle, ad suscipiendum impressionem de facili.

Quænam ex spermate fiant: ac multa de corde.

Al. incrinse
cc. **E**x his ergo potest eliciri, quæ membrorum simplicium quidam sunt dura, ut ossa, quædam mollia, ut humerous: quidam media inter mollietatem, & duritatem, ut media: quidam magis accendentia ad duritatem, quidam magis ad mollietatem. Item quæ omnium membrorum simplicium: siue consimilium causa materialis est sperma, præter quæ carnis, & adipis, siue pinguedinis. Adipis non causa materialis est unicuius, sanguinis: frigiditas, & humiditas efficiens, & remoto a partibus a principio calor. scilicet a corde, & positio eius localis. scilicet circa partes uentris, & renes. Carnis uero, purior pars sanguinis est causa materialis: efficiens calor, & siccitas, uillorum a se decisione, uenarum, & arteriarum interstitia sunt suam positionem debitam adimplens. Item carnis diuersæ sunt species: quidam non dura, ut caro cordis: quidam mollis, ut caro pulmonis: quidam mediocris, ut caro hepatis. Item carnes differunt secundum colorem: quædam nigra, ut caro splenis: quædam alba, ut caro glandis, testiculorum: quædam albior, ut caro uberum: quædam purpurea, ut caro hepatis: quædam rubra, ut caro coxis: quædam rubicunda, ut caro cordis: quædam flammeola, ut caro pulmonis: quædam crocea, ut caro maxillarum. De spermate. Hoc autem dubitatur, utrum sit materia predicatorum ut dictum est, propter diuersas opiniones Aristotelis, & Galeni. Secundum Aristotelem sperma viri coagulo comparatur: sperma autem mulieris lacte. Quare in spermate viri est uirtus coagulationis actiue: in spermate mulieris est uirtus coagulationis passiue. Secundum Galenum utriusque sperma coaguli est materia: sed virile fortius, mulieris debilis. Item pars spermatis transiret ad glandulosam carnem in oscheum deposita, similis ex simili producta, ad similitudinem partis pastæ depositæ quasi fermentum alterius. Item glandularum quædam posita est in radice linguae, humiditatis collectiva, unde hauritorium salivæ dicitur: quædam in locis uncturalibus, similiter humiditatis collectiva, ut sub axillis, & in inguinibus. Itē quædam carnes sunt uillosæ: quædam carent uillis, ut caro pulmonis, hepatis, splenis, renum. Uillosæ, ut musculi, quibus deferuntur sensus, & motus per diuersa corporis membra. Membrorum autem uillos habentium quædam habent uillos longitudinales, & hi sunt attractivi: quædam latitudinales, & hi sunt uilli expulsivi: quædam uero transversales, & hi sunt retentivi. Quoddam autem membrum magis habet de uillis longitudinalib. & latitudinalib. ut gula: quoddam magis de transversis.

Auersis, & latitudinalibus, vt stomachus: quoddam magis de latitudinalib. quam de alijs, vt intestina. Item membrorum villosum habentium quædam habent unam tunicā tantum, vt vesica, quia hujusmodi ratione mollis substantię contentiue: quædam duas, vt arteriæ, stomachus, & intestina, & hoc ne fiat fissura in his, qua exiret sanguis: quoniam nimia relaxatione, ipsius exhalarent spiritus: & ad impedimentum utriusque operationes, propter diuersas operationes descendentes a diversis principijs diuersarum compositionum. item inter omnia corporis membra septem sunt membra regalia, & famosa multam sublimitatem habentia, secundum septem orbes planetarū, & eorum contradistincta: quæ membra sunt minera spirituum animarum, & intelligentiarum, scilicet cerebrum, cor, hepar, & stomachus. Reliqua minus principalia, scilicet renes, vesica, & testiculi. Secundum vero quosdā, quatuor sunt principalia tantum, scilicet cerebrum, cor, hepar, & testiculi. Secundum quosdam uero, tria sunt principalia, scilicet cerebrum, cor, hepar, & testiculi non, eo quod non faciunt ad esse individui, sed ad esse speciei. Secundum alios duo tantum, scilicet principium sensus, & motus, scilicet cerebrum, principium vitae, scilicet cor. Secundum Aristotelem vero unum tantum, scilicet principium vitae, id est cor. Vnde videndum est, quæ sit eius substantia, quæ compositio, quæ complexio, quæ forma, quis situs, qualis sit eius motus. Substantia vero eius est caro crassa dura, & solida, unde ratione soliditas ponderosa. Quod sit dura probo. Caro eius melancholiæ est generativa. Item si cor distemperatur, reducetur ad temperantiam cum lapidibus, scilicet corallis, margaritis, hyacinthis, & similib. duram substantiam habentibus: quare non est aliqua pars humani corporis, sub æquali proportione ad ipsum, quæ ita pendeat, sicut cor. Et frigidæ complexionis de substantia, & hoc secundum Aristotelem. Secundum vero Galenum est de calida, & sicca complexione de eo, quod continet in se calorem totius corporis, scilicet materiam caloris, scilicet sanguinem, & spiritum vitalem: quos per vniuersa corporis membra exuffat: quare ratione continentia, & influentia secundum Galenum dicitur calidæ siccæ complexionis. Complexionem habet cor ex diuersis substantijs, aliorum membrorum substantijs similibus: scilicet carne dura, ut prædictum est: & cartilagine extrinsecus in radice eius existente, quæ non multum differt a natura ossis: & panniculis fortibus, & spissis ipsum cor inuolventibus: nec etiam ipsum contingentibus in aliqua sua parte, præterquam in duobus ventriculis, & parte pineata extrinsecus: & hoc ut possit se dilatare, & constringere, secundum quod necesse est animali. Vnde secundum diuersas partes ipsum componentes, vniuersalius assimilatur alijs membris, quam aliquod aliud membrum illi: quare est principium, & vniuersalius alijs. Item formam habet ad modum pineæ aliquantulum rotundam: talis enim forma minus est superfluitas.

Coris collectiva læsionem præstitur: Superius est lata, ut secundum eius latitudinem venæ & arteriæ competenter orientur ab eo: inferius pineata & obstructa, ut secundum illam partem thoracem aliquantulum contingentem minus laderetur ab ipso. Item intrinsecus formam habet rugosam, quando constringitur: planam, quæ dilatatur. Itē intrinsecus ventres habet tres, scilicet dextrum, sinistrum, & medium. Dexter est inferior, & magis uersus hepar dispositus, attrahens ab hepate, quod sibi necessarium est ad sui nutrimentum. Sinister est minor & superior uersus pulmonem positus, attrahens ab eo de aere, quod sibi necessarium est. Inter hos ventres est medius meatus quidam sive fouea ab auctoribus appellata, in profundo cordis sita, in qua sanguis cum acre attracto commiscetur, & fit ex his spiritus uitalis, quem per vniuersa corporis membra exuffat. Cordis vero positio est in medio, ut omnem corporis partem calefaciendo respiret, & ab omnibus attrahat ad sui iuuamentum: Declinans vero versus sinistrum magis: & hoc, ut hepar ampliorem habeat locum quoniam ualde regale est; Præterea ut uena concava uiam habeat ampliorem ab hepate ad cor, sibi deferens sanguinem: Præterea ut pars sinistra proportionetur dextrae in calore: quoniam splen membrum frigidum est, idest remisse calidum, secundum medicos: hepar vero membrum calidum est: & ita quod minus est ex parte splenis de calore, reperitur ex parte cordis.

DItem prædicta duo habent additamenta, cordis duabus auriculis comparata, quasi coxae deposita, materiam spiritus uitalis utraque recipientia, & usque ad profunditatem cordis transiuntia. Itē huiusmodi additamenta in cordis constrictione sunt rugosa: in eius dilatatione, extensa: id est suis uillis latitudinalibus, & transuersis, ut sit in ipso corde attractio, & expulsio: & ita in his tanquam instrumentis fit motus cordis. Motus autem cordis principium est virtus motiva: virtutis autem motiæ causa est anima: caloris autem, motus: fortitudinis vero calor, fortis motus & frequens: cor autem fortiter & frequenter mouetur. Motus uero cordis dilatatiui causa est attractio nutrimenti cibalis, cibatur enim spiritu & sanguine attracto. Fortiter autem mouetur, ut fortiter attrahat a membris, quæ prius hora constrictio exiccatur. Præterea fortiter mouetur & frequenter, ut recuperetur in eo, quod fere continue calore eius consumitur: Item motus cordis constrictio causa, est superfluitatum collectarum expulsio fortis: motus causa, est fortitudo virtutis: frequentiæ motus causa est necessitas. Item motu constrictio exuffatur calor a corde per totum corpus, sanguinem subtilians, cursibilem efficiens ipsum, a putrefactione defendens: præterea a motu spiritus subtiliatur sanguis, & cursibilis efficiatur. Sunt enim coiunctæ pulsatilis uena & uena quieta: sed quieta supposita, pulsatilis superposita, in interioribus membris: quia pulsatilis dignior

LIBER DE ANAT. VIVORVM.

est. In exteriorib. vero pulsatilis supposita, quieta superposita, ut sit eius defensaculum a nocumen
to exteriori. Item cor non solum mouetur motu dilatationis, & constrictio, licet villos in sui
constrictione habeat, sed etiam cerebrum sed diuersimode: quoniam cor per se, cerebrum vero
per accidens, id est per exustionem spiritus vitalis a corde fit dilatatio cerebri, & per occursum
eius fit constrictio. Similiter inferius orificio stomachi dilatando, & constringendo mouetur,
horis tamen determinatis. Similiter oris matricis in hora egressus fetus, & hora ingressus sperma-
tis, fit dilatatio: & tempore retentionis eiusdem, fit constrictio. Similiter omnes venae mesaraicae
quādo fit animal audax: propter paruitatem eiusdem, fit timidum. Similiter propter diuersas qua-
litates materiae contentae suscipit cor in se diversiones, & nō propter suam magnitudinem, & par-
uitatem, ut quidam existimant. Item tres posuit Arist. rationes persuadentes cor esse principium
venarum, & arteriarum existentium in corpore. Prima talis est: principium caloris est cor: sed ca-
lore fit digestio nutrimenti: ergo cor est principium digestionis nutrimenti. Item est principiū di-
gestionis nutrimenti: ergo & eorum in quib. fit digestio: sed sunt venae & arteriae: ergo est princi-
piū illarum: si principium uerum, ergo ultimum. Contra dicit Galenus, quod caua uena uadit
ad ipsum, deferendo ei nutrimentum ab hepate: Ergo a simili cum uenę exeat a stomacho ad he-
par, similiter ab intestinis uenę exeat ad hepar, non erit hepar principium uenarum, sicut neque F
cor. Item cōtra Galenum sic. Omne quod trahit originem ab aliquo, assimilatur illi; sed uenę tra-
hunt ab hepate: ergo assimilantur illi. Contra, uenę frigidę & siccę complexionis sunt, ergo hepar:
quod falso est. Item hepar componitur ex uenis & arterijs: sed componēntia prēcedunt cōposi-
tum in natura: non ergo hepar est principium illarum. Item omnia membra perforata sunt ex ue-
nis, & arterijs prēter cor: quib. mediantib. exustatur calor ad uniuersa corporis membra, sicut he-
par, splen, renes, testiculi, stomachus, pulmo, et diaphragma, similiter et cerebrum: decurrent. n.
uenę, et arterię a corde ad anterius cerebri, ab anterori ad medium, a medio ad posterius, et sic ad
spinalem medullam, et ita ad neruos principium habentes a cerebro: arterię dico deferentes spiri-
tum uitalem exustantur a corde ad neruos: quare patet cerebrum esse perforatum: cor autē non
est perforatum: sic ergo cor est principium illarum. Contra, Intra totam substantiam cordis cōtin-
git inuenire uenas et arterias: ergo est cor perforatum sicut alia membra: non ergo erit principiū G
illarum. Solutio. Tam uenę, quam arteriae originem habent a radice cordis: et egredientes, totam
substantiam cordis ipsius intrinsecus perforant: unde arteriae uenientes ad sinistram auriculam ip-
sius ingressus reciprocantur in substantiam ipsius extrinsecus, et ita perforant extrinsecus. Simili-
ter uenę ad dexteram aurem uenientes, iterum reciprocantur in substantiam propriam: sed non
alię uenę et arterię, trahentes originem ab alio principio prēterquam ab ipso. Item a forma. Si-
cuit ab anima, simplici in essentia, tanquam puncto existente, effunduntur omnes uirtutes ad uni-
uersas partes corporis, ut anima in suis operationibus perficiatur: sic a cono cordis, et radice et pū-
cto porrigitur uenę, et arterię ad suum circulum, et sic ad totum: in quibus desertur calor, qui
exustatur ad totum corpus: sicque anima est principium uirtutum: ergo a simili, cor est principiū
uenarum, et arteriarum: quod concedimus. Item dictum est Aristotelis. Omne quod habet ortum
ab alio, assimilatur illi a quo oritur: quare uenae non habent ortum ab hepate. Cōtra hoc autem;
ergo corallus, qui est arbor durissima, non habet ortum a luto, et re molli in fundo maris existen-
te. Solutio. Aristoteles intelligit, quod dixit, quantum ad manentem materiam: apposito autē est
secundum materiam transeuntem. Item dicit Aristoteles, quod supra cor est resolutio uitæ: Item
supra communionem animalis ad plantas non percepit alias præter sensum, et motum. Sed secū-
dum Galenum cerebrum est principium sensus, et motus, hepar principium digestionis. Sed cor,
aut est principium uniuersale, aut non si primum, ergo ab eo sunt sensus, et motus, similiter & di-
gestio a principio: si nō, contra, aliquam habet uirtutem aliā a qua fit sensus, & motus, et aliā ab il-
la, qua fit digestio: illa uirtus quid erit, si uirtus sit? quare fit pulsus? Cum cor sit principium univer-
sale ad omnia membra, erit et eius uirtus uniuersalis, et ita pulsus fieret in omni membro; quod H
falso est, præterquam in arteria solum. Item in corde fundantur omnes uirtutes morales: quod
patet per hoc, quod ad complexione cordis uariatam sequitur uariatio uirtutum moralium; mo-
rales enim uirtutes sunt dispositiones animalis interiores, uirtus autē motiva, et sensibilis exterio-
res; ergo cor erit principium illarum. Item uirtus motiva et sensibilis fundatur in corde; ergo et
virtus uegetabilis; ergo et prius, cor erit principium uegetationis. Item, propter duas rationes po-
suit Galenus hepar esse principium. Una talis. In hepate primo reperitur sanguis, et in eo fit dige-
stio; ergo ipsum est principium digestionis. Et alia talis; in qualibet digestione expelluntur super-
fluitates ad sua propria receptacula, sicut ad uescicam fellis cholera, ad iplenem melācholia, ad ue-
scicam urinæ; sed huiusmodi receptacula circumstant hepar, et non cor; ergo hepar est principium
digestionis, et immediatum, ut a quo; et cor est principium mediatum, et proximum, et immediatum est hepar. Et ita patet diuersitas inter Galenum et Aristotelem.

A



GALENO A SCRIPTVS LIBER DE ANATOMIA OCVLORVM

Nicolao Rhegio Calabro interprete

C E N S V R A

Liber ex Galeno sed non admodum diligenter excerptus.

De Libri huius intentione, & utilitate.

B



Via oportet secundum amore scientiae, & utilitatem artis eos, qui conantur passiones, quae circa oculos consistunt, curare, scire naturam & positionem oculorum, qui integritate & sanitatem sunt (nam & uetus ait magister naturae corporis esse principium eius, quod opus est ad medicationem); deo necessarium putauimus existere, pauca de oculis ante usum & inanitione operationum dicere; ut in dispositionibus, quae in oculis consistunt, uel à positione, uel à periprosti aliqua, & in doloribus qui sequuntur, & consensorijs passionibus (sicut licet uidere in punctione facta in cornea tunica, & cum ea uidelicet in secunda & tertia, nam magna ex parte in sequenti die sequitur alteratio) possimus, eam quae secundum naturam scientes, cognoscere statim causam, & ita conuenientem & congruam curam adhibere.

De tunicis & humoribus oculorum.

Consistit igitur oculus ex tunicis quatuor, humoribus uero tribus, & musculi sex secundum alterutrum oculum qui motus actum efficiunt, & aliis duobus qui comprehendunt radicem nerui optici, & tuncæ, quae de circulo oculare sunt: quæ à natura creata substernitur toti oculo, circutangens, & circuminduens os, ut oculus non applicetur uacuitatibus ossium nudis. Accedit igitur illa circuocularis a crassa meninga: pertransiens, n. ipsa suturas & pericraniam, quæ & circuosalē vocamus, ex eis peruenit ad frontem per spatia oculorum, & eorum quae sunt circa oculū: & usq; ad iridis quidem circulum, unde cornea incipit subtiliari, peruenit: prosum autem non procedens, sed è conuerso rediens, residua inductionem operatur corpori. Hac igitur tunica dicimus oculo heterocraniacam passionem operari: ac et chemoſes, quae fiunt, illa suscipit. Videamus, n. in huius dispositionibus, circucripta secundum circulum iridis, reliquas partes phlegmone laborare, & in eleuatione existere. Et quidem illi, qui de hac parte medicatiuæ diligentius tractauerunt, ita notificaverunt, chemosin, quae est quā album oculi tumefactū superat circulum iridis, & ut nigrum oculi concauum uideatur: quo significat nobis, quod in circuoculari habuit consistētiam, & non in cornea. Sequitur igitur spūt & circulus iridis similis eleuationi & equalis fiat. Sed tñ non est possibile in corneam perfice tale sustinere dispōnem, ceu cartilaginosam existētem & densam, sed tota eius circumferentia, præterquam si aliquā toto oculo a basi eius moto disponatur similiter toti cornea. Manifeste autem & pterygia, quae consistunt circa oculos, ostendunt istius naturam. Aucta, n. & modo quodā in duplicita hac tunica efficitur pterygium, ita quod aliquā eius augmento procedente, & comprehendente partes cornea, cooperiatur non solum iris ipsa, sed & pupilla: & sic aliquā comprehensa tota pupilla, non solū inuisibilitas sequatur, sed & deformitas, & improperium, pulchritudine oculi cooperata à pterygio, & non apperente. Et de circumossalē quidem tunica, unde habeat principium, & quomodo perueniat ad oculos, moderate dictum sit. De reliquis uero particulis consequenter dicamus: A basi cerebri pori duo oriuntur, ab una radice habentes & ipsi principium, subtiliata meninga, quae cerebrum comprehendit. In modum autem literæ lambda græce diuisi perueniunt ad concavitates oculorum, portantes per foramina, quae in eis sunt, spiritū uisiuum. Vterque uero ipsorum procedens figuratus angustationi ossis, contexit tunicas, adimplens concavitatem, quae est in eis: simul, n. atque in poris incipit finē habere, incipit cornea ampliari, & inflata perficit prædictā tunicā. Ista igitur tunica ab angustia quidem pori, unde ipsa habet principium, usq; ad circulum iridis similis est, & sibi ipsi per totū cartilaginosā existens, & crassa. Inde autem, ingenante natura ut possit spūt uisiuum procedere, & obiectum comprehendere, subtiliatur, & crassitatem permutas fit neuosa magis: & ita cornu similis cum fiat, p̄bet luciditatem spūt, qui uenit à parte interna. Fides autem eius subtilitatis, est cicatrix, quae constitut in oculis. Si, n. quā post ulcus illius loci fiat cicatrix, crassa accipiēt tunica naturalem crassitatem, quā & extra circulum iridis habebat, in colore

Spurj.

H 2 quidem

L I B E R

Quidem talis appareret, qualis erat & ante iridem: operationē uero uisus, q̄ desuper ueniebat impe- E
diens offuscat, non adhuc potente visuō spiritu pertransire, sicut quando naturaliter se habe-
bat oculus. Secunda uero tunica à poro optico habet explantationem: proueniens autē & ipsa
scđm propinquā positionē primæ tunicæ vsq; ad iridem, colorem suum ostendit per corneam:
deinde circa medium oculorū veniens finem accipit ex foramine derelicto, quod nominant pu-
pillam: in qua & tui uisus simulachrum vides: per quod spiritus pertingit ad id, quod extra est: &
huius gratia foraminalis uocata est. Secundum intrinsecam uero partem cyanea est: gaudet. n.
hoc colore uisiuus spiritus. Neque enim nigrā ipsam omnifariam fecit, ne tenebraretur uisi-
uuus spiritus: neque albā, ne dispersus fatigaretur quando atpicit: sed ut resumptio & reintegra-
tio ei fieret, sic facta est. cum hoc autem colore adhuc & hispida cōsistit tunica vuea: vnde & vui-
formis uocata est consimiliter acinis vuæ. Habet autem & uasorum multum in forma retis, vn-
de & retiformis uocatur: quia est sicut & retiformis meninx, quæ est ex multis uasis complexa
in modum retis, vt spiritus qui fertur desuper inhabitet: non quia p̄beat reliquis particulis de
uisu, sed partiatur in toto oculo: & ut sustentatio fiat crystalloidi sedes. Tertia uero tunica & ip-
sa à poro procedens, & perueniens secundum propinquam positionem vsque ad circulum, ap-
plicatur ad secundum uas palpebralium explantationū, ad ipsam a cornea in circuitu explanta- F
tarum: deinde inde reuertens, similiter reti super attracto, unde & retina uocata est: sua enim pel-
uicula amplectitur uiriformem humorem: qui humor efficit molem oculi, premens persuam re-
pletionem, & cōuexum faciens oculum apud extrinsecam partem. Vnde & his a quibus euacua-
tur ab aliqua plaga, concidit & residet inferius, tanquam humor, qui figuram eius custodiebat,
effuso & exciso; subtilis enim est ualde tunica assimilans, & proinde araneiformis uocata est. De
quarta uero tunica quæstio non parua facta est a medicis. Quidam enim aiunt esse tunicam, & cō-
tinere humorē crystalloidem, qui effunditur in peluiculam tertiae tunicæ, ueniens quidem ad-
uersus vitriformem, substentata autem a tunicis, quæ sunt extrorsum. Et sicut circumocularis p-
ueniebat ad oculum usque ad iridem, ita & araneiformis usque ad medietatem perueniens non
comprehendit totum, ne impedit uisum. Alij autem tunicam ipsam quidem esse aiunt: neque
n. explantationē habere a poro, sed supernatare: membranam autem esse crystalloidis humoris
in hominibus, raro autem aliquando in aliis animalibus, sicut in leonibus: Est autem tertio
humor aqueus, qui, sicut dicit Asclepiades, replet intermedium spatium humoris uitrei & tertię
tunicæ, materiam p̄bēns ad uidendum. Ut autem dicunt quidam, in medio primæ & secundæ
tunicæ est, simulachra, quæ apparent, facit uideri: & hic humor coagulatur in suffusionibus. G

De Musculis Oculorum & Palpebrarum.

* Al. nero.

Musculi in oculis sunt sex secundum utrumq; oculorum, habentes substratam pinguedinem
quibus actus commotionis spiritus commissus est perficientis motus eius per ipsos. Facti
sunt autem ut facile circundantur oculi, quando uolumus huc & illuc* mouere. Et duos quidem
aiunt musculos habere superiorem palpebram & inferiorem: quarum superior fortioribus indi-
guit, ut quocunque uoluerit nuere oculus, contrahatur, & ad se attrahatur. Vnum autem secun-
dum utrumque angulum, ut per eos flexiones oculorum efficiantur: quorum rursus ille, qui est
extra & apud paruum angulum, maior & fortior est, propter p̄dictā causam ingeminatus &
ipse. Secundum alios uero, ōcto dicuntur esse musculi oculi, utriusque parti duos distribuētes. Est
autem & illorum fidem considerare ex his. Si enim aliquando aliquis eorum patiatur offendam
sive a generatione, sive a periptosi, strabismi causa fit, uel spasmi. Et a generatione quidem fortas-
sis paralysis offendet oculum, augmentum suscipiendo, ut habeat spatium oculus declinandi ad
alteram partem: quo modo efficiuntur strabismi, oppositis quidem musculis, trahentibus ad se
oculum secundum naturam: eis uero, qui patiuntur, assentientibus tractioni illorum. & strabis- H
mus quidem ita fiet à generatione. Ex periptosi autem, adueniente aliqua causa, quæ musculo
plagam infligit, & spasmi & tractus apud eum causa fiat. Ac etiam muscularum, qui secundum
oculum, aliquis percussus, offendet oculum uel secundum lagophthalmum, uel secundum rela-
xationem. Si enim aliquis inexperte & inartificialiter hydatidem auferens fecerit appunctionē
phlebotomi ultra medicinalem coniecturam, & percussit musculum, si quidem a phlegmone
spasmaticē disponatur, passionis lagophthalmæ efficiet causa. Si uero relaxatio fiat, relaxabit pal-
pebram, ut neque conante paciente eleuare musculus palpebram possit, aut aliquo modo ocu-
lus aperire, sed grauata palpebra propter relaxationē feretur semper deorsum. Quocirca oportet
in chirurgijs huius pinguedinis, maxime quidem caute, & cum aduertentia, facere intromis-
tionē phlebotomi. Maxime autem in medio palpebræ oportet incisionem facere apud uentres
muscularum: non enim ita uentres qñ uulnerantur anxiantur, sicut neuorum exortus, cauen-
do ab apostematibus, quæ accident, ut uituperia circa curam effugiens quis, sortiatur finem ue-
nerabilē. Hæc igitur de humoribus, & tunicis, & periophthalmio seu circumoculari, ac etiā mu-
sculis, secundum nostram possibilitatem, quæ non erant in memoria audientiū, ad nostram utili-
tatem, & amationem boni designauimus.

GALENO



GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE COMPAGINE MEMBRORVM
SIVE DE NATVRA HVMANA.

C E N S V R A.

Aliqua & hic uera, aliqua deridenda, videtur continere.

De Cerebro.



Erebrum natura quidem frigidum & humidum est, & ideo, ut facillime ad susceptionem diuersorum conuertatur, & ut mēbris mouendis habilitatem prēstet: & ut calido & sicco spiritui ad caput exhalato temperiē inferat. Cu ius meninx frigida est, & sicca, et densa: & intra quam sunt diuisiones tres: prima dicitur phantasia, secunda rationalis, tertia memorialis. Inter phanta siam, & rationalem est pannus quidam frigidus & siccus, densior, eo qui diuidit inter memorialem & rationalem, habens in se modicum tenuissimæ carnis. Ex memoriali uero procedunt duo canales tenues, & humidi, ut spinalis medulla, qui penetrant per totam compaginem, & ueniunt usq; ad phantasię cellulā, per quos possit phantasticus spiritus, & rōnalis commendari memorię, & iterum memorialis duci ad rationem & phantasiam.

Qualiter fiat Auditus.

Vnicuique auri supponitur unum os frigidum & siccum, & sine spiritu quidem, inferius adhēres illi tenui panno, qui diuidit inter phantasiam & rationem: quibus sunt singula foramina in obliquo facta, habentia tenue initium ab ipso panno: qua intrinsecus habent indumentum tenuissimum, frigidum tamen & siccum, per quod ducitur aīalis spiritus ab ipso interiori panno, prēstas auribus uirtutem audiendi. Et est audibilis qualitas calida & humida, ut qualiscunq; sonus per aera infertur auri, atq; ab humiditate sulcipitur, à calore attrahatur ad cerebrum, ut sciatur qualis sit.

C Siecitas uero ossium ad hoc est, ut sonitus in eis æque obseruetur secundum exteriorem euentū.

Qualiter visus oculis adueniat.

Oculorum autem tres sunt humores interiores frigidi & humidi: primus est ut aqua coagulata lucidissima, in qua uirtus uisibilis est: secundus est ut tenue oui album: tertius ut uitrum, modicum habens citrini coloris ab ipsa. Sunt autem septem tunice, quarum nomina ad prēsens taceamus, Dicendum autem est, quo modo uisibilis qualitas adueniat oculis, & unde. Ab ipso l. tenuisimo panno, qui diuidit inter phantasiam & rationem, procedunt duo tenuissimi canales frigidi & siccii, per quos fertur spiritus ab eodem panno ad humiditates oculorum calidus & siccus & tenuis: qui penetrans omnes compagines oculorum prēstat eis uisibilem qualitatem: quæ progredivi longius prope album ampliatur: } unde quæ prope sunt, largius videntur, quæ vero longe, tenuius: quæ statim quando egreditur, si sint uisibiles res, rursus reuertitur ad eosdem oculos, & præscriptis humiditatibus imprimat cognitam in se rei similitudinem: unde producitur cerebro, & à tur lōgius ^{† AL progredivi} cerebro cordi prēstatur notitia. Est autem uisibilis qualitas calida & siccata, calida, ut per eam appetat & exeat: siccata uero, ut per eam ad præscripta loca proprios habeat reditus.

Qualiter Odoratus naribus adueniat.

D Naribus uirtus odorabilis prēstat: quarū positio se habet ita. Superius osseæ sunt & foratæ, in trinsecus inuolutæ tenuibus tunicis, frigidis tñ & siecis: quæ principium à phantastico panno habentes, ferunt ab eodem spiritum odorabilem, qualitatem naribus prēstantem. Inferius autem ab osse, cartilaginosæ, & mobiles sunt, quarū natura frigida est & siccata: frigida est, ut prēdicta uirtutē intus obseruent, siccata, ut aereum odorem naribus applicatum intus attrahat, & cerebro ad discretionem ministrent. Sunt & alia duo foramina intra cartilaginosas concavitates sita, principium à palato, & finem infra ipsas nares habentia: quibus duæ uirtutes sunt, attractiva, & redditiva: quarum unā attractiua al superioribus hēt partibus, et ideo qñ attrahunt, nares deponunt: alteram uero ut redditiuā, ab inferioribus palato adhērentibus, et ideo qñ reddituā, quasi replendo eleuant.

Quibus partibus gustabilem qualitatem prēsentent.

In toto autem ore prēstatur gustabilis qualitas, ginguis, palato, capiti gurgulionis et lingue, sed magis omnibus lingue, quoniam tenuissimæ carnis et spongiosæ est, habens tenuissimum intra se humorē, qui laporitis rebus intra os positis se admīscens, eodem ad se tracto, infert sibi uarios sapores. Intra quos species sunt nouem, s. dulce, amarum, acre, salsum, conditum, acidum,

spurȝ.

Nº 3 compr-

L I B E R

comprimens linguam, somicans, & sine sapore: quorum alios amicabiliter suscipit, scilicet dul- E
ce & conditum, & sine sapore: alios uero inuoluntaria. Gustabilis qualitas frigida, & humida est,
frigida, ut obtineat, humida, ut saporum humiditatem excipiat.
** Al. diuersitate
tein.*

Quod qualitas Tactibilis toti corpori praestetur.

Tactibilis virtus toti attribuitur corpori, sed maxime manibus: magis autem harum interioribus partibus, eo quod singulariter nervi lati & tenues spiritum tactibile a cerebro ferentes per medias plantas usque ad digitos transeunt: ibique naturaliter manentes, ea loca sensibilia ceteris redundunt. Natura uero tactibilis uirtutis penitus aequa est, media scilicet inter calidum & frigidum & siccum & humidum: unde calidum & frigidum, durum & molle, asperum & lene, & cetera aequaliter sentit. Operationes autem cerebrum alias accidentales habet, alias naturales: accidentales uero amittit quando ab aliquo uicino membro uicissim patitur, ut in epilepsia, sensus & intellectus & memoria perduntur: illud uero humidum: quod per spinę medullam dorso, & ceteris membris, & per viam consimilem linguae naturaliter ab eodem conceditur cerebro, inter ipsas omnes angustias prestat non cessat, & non amittit humiditatem.

Qualitas Vuula, & Organorum Respirationis.

Vuula propterea palato suspensa est, ut tenuiter consimilem linguę humiditatē tribuat, eaque F flexibilem praestet, ut cibum ori applicatum dentibus ad molendum subdat: oesophago ad inglu- tiendū cōcedat, etenim aliter inglutire non posset. Canales ad interiora ferentes duo sunt, unus pneumaticus, quem Latini spiritualem dicunt: alter oesophagus, cui nomen Latini gulam attri- buunt: spiritualis autem ipse gula superponitur. Quorum capita quadam tenuissima cartilagine nectuntur, ut aperto ore, quācūq; aliquid gulę infertur, ex ipsa cartilagine spiritualis porus cōstrictus quicquam ex eo suscipere non permittatur: quando uero os clauditur, eadem cartilagine oeso- phago constricto, spiritualis porus ad inspirandum aptus, aut apertus reddatur. Eius constitutio non arteria vel uena continuatur, sed partibus quidem quibusdam lacertosis, & tenuibus unitis carnibus, constituitur: quod ita factum ad hoc afferitur, ut quācūq; pulmo dextra laevaq; sequestratur ad suscipiendum aerem exteriorem, valeat ad superiora ascendere: quādō vero ad expellendas su perfuitates innati spiritus constringitur, facillimo motu ad inferiora descēdat. Eius inferior pars pulmoni affigitur: quae diuidit in duos canales, quorum unus per dextram pennam pulmonis alter per sinistrā deriuatur: quorum dexter dextre auri cordis, sinistru uero sinistram suppositus ad hæret: qui superius suscipientes frigidum & humidum aerem aliquantulum excoquunt, & exco- cūtū auribus cordis ministrat: ibiique paulisper detetus iterū excoquitur: & sic interiori cellulę cordis ad tēperiē, & extra & citra cor intra marsupium, quo circūdatur, ad euērationē faciēdam p̄statur. G
** Al. circa,*

Qualitas Cordis.

Cor vero in summo crassum est, & in fine acutum. Est autem spiritualium membrorum prin- cipalissimum: & naturalis caloris fundamentum: & omnibus membris corporis calidius: quia in- de calor naturalis ad omnia membra uiuificanda procedit, calidum enim est & siccum. De cuius interiori parte procedit arteria, quae in simo hepatis coniungitur, per quam attrahat sibi nutribile sanguinem. Et ab exteriore alia procedit, quae in duos diuisa canales per unum nutritibilem san- guinem & spiritum cerebro praestat; per alium vero in multis subdiuisa canalibus, naturalem ca- lorem simul cum sanguine per totum corpus ad ministerium naturale infundit. Marsupium quo ipsum cor tegitur, duabus existit & constat membranis, una interiore, & altera exteriore, *mane- te tenui carne qua nutrituntur. Et propterea ita a natura factum afferitur, ut sit obstaculum contra ea, quae exterius cordi nocere possint: & obseruet frigidum & humidum aerem: qui cordi ad tempe- riem faciendam tribuitur, ut superius admonitum aut commendatum est: cuius natura similitudinem dat, aut fert epiglottidis membranę, quae diuidit spiritualia membra, id est pulmonem & cor in superiori cella manentia à nutritilibus membris in inferiori degentibus. Et de eorum na- H turā in sequenti tractabo.

De Oesophago.

Oesophagus, per quem cibus & potus stomacho attribuitur, frigidus, & siccus est. Et ex altera parte pneumatico canali supponitur uelatus: ex alia uero ceruici quibusdam tenuibus musculis nectitur, in similitudinem spinosae camere sublevatus, quo usque ad epiglottidis membranam pro- ducitur: quod penetrans ori circumPLICatur stomachi, quod ipsi epiglottidi suspensum est.

Qualitas Stomachi.

Stomachus autem constat ex nervis tenuibus, & longis, qui lineares, & ex transuersis qui tex- tiles, & ex obliquis qui uertentes dicuntur: quorū lineares heliceticū id est attractiū, & anel- teticū id est retentiuam transuersi, apocreticū uero id est expulsiuam obliqui sibi uendicant po- testatem. Qui intrinsecus quibusdam *obteguntur membranulis trino schimate consistentibus, breui scilicet & medio prolixiore, quibus potum & cibū naturali calore in lacteum succum con- uersum, & ita quasi remis quibusdam ad portam impingit stomachi. Quę ideo porta dicitur, quo ni am musculis in ea positis, ministerio naturali usque ad perfectam decoctionem nutritibilis mate-

A triæ constricta clauditur: qua decocta, eisdem mollificatis aperta redditur, quo usq; præscriptū succum duodeno intestino infundat, quod propterea duodenum dicitur, eo q; duodecim digitis spatiatur: à quo accepta vice ieiunum intestinum succum ipsum suscipiens aliquantulum decoquit. Quod in duo diuisum, alterum, quod tenue est, in mesaraicis venis sibi spongiosis capitibus inhærentibus ab ipso subtrahitur: alterum vero idest crassum: longo & patulo, cunctam axigæ innexo intestino conceditur: à quo monomacum suscipiens aliquantulum decoquit, & sic crasso cōcedit intestino, quod manica dicitur: deinde ex tali diffusum, & ibidē a cholérica decoctum coloratur: cuius translatione aut titillatione per pudicū circulum foras dimittitur. Monomacum enim ideo dicitur, quia uno aperitur foramine, quod insitum est ori manice, vt sibi quicquid a longo accipit, sine contrarietate reddere possit; nam manica, eo quod largum magis cæteris est nominatur. Subtilis vero pars per mesaraicas de ieiuno subtrahitur. Qæ in obliquū positæ subtractum ad se succum decoquunt: & excoctum hepaticæ summe ministrant: quo ibidem moram faciente, admicculo virtutis naturalis in sanguinem vertitur: qui in duas diuiditur partes, quarum quæ tenuior est, & uritis dicitur, *arte conceditur: hepatis quæ per duos uritides canales renibus deriuatur, ibiq; manens decoquitur, de qua sibi renes, quod utlius est ad nutrimentum obseruant, ceterum vero

B de eiusdem poris vesicæ dimittitur: tæcum ad collū vesicæ deueniunt coadunata ruuntur. Colūm autem vesicæ diuiditur quodā panno mediante, cui uritis poros ex una parte, & ex altera superiore membranæ scismatico schemate cōglutinatur, unde urina, & quicquid ex renibus affluit, fundo destinatur vesicæ. Per aliā vero, idest per inferiorē cum uirga quadā continuitate coniungitur, & ēm naturam & extra naturā vesica ipsam vrinam existentē foras transmittit. Altera vero pars quæ adicinalis dicitur cholericum rubrum felli, melancholicū pleni transmittit aut attribuit. Sanguis uero quod utlius est, ipsum hepatis sibi ad nutrimentum obseruat: de quo quod tenuius est cor di, ipsum cor cerebro, vt præparatū est, ministrat. Ceterū vero diuersis corporis partibus per quasdam venas vnicuiq; proprie destinatas additionem largitur diuturnam, quod bene coquentes ad similitudinē suę nature à proprio esse mutantes, quod nutritibile est sibi retinent: inutile autem, cū fortes sint, extrinsecus per hęc decenter expellunt, per capillos, per ungulas, per aures ceratas gummas, per lachrymas, per sputa, per egestiones, per vrinas, per sudorem, & per cutis fordes.

De Sensibus Animalibus.

C Per animales quinque sensus corpus fruitur nouem voluptatibus, sibi a cerebro illatis, scilicet dilectione, odio, tristitia, gaudio, audacia, timore, verecundia, ira & furore. Nam per uisum, auditum, gustum, odoratum, & tactum, diligit uel odit, gaudet uel tristatur, audet vel timet, verecundatur, uel irascitur, uel surit. Quando autem aliquis per aliquem horum quinque ad alicuius amorem erigitur, cor concutitur: & ex eius concussione duo quidem prodeunt spiritus calidi & siccii. Quorum unus, qui tenuior est, cerebrum adit: alter vero, qui densior est, subito per nervos diffusus ad uirgam dicitur: qui inter nervos quibus constituitur, & membranulas quibus inuoluitur, in filiens erigit eam, & tensione quadam eam inflexibilem reddit. Alter uero, quem cerebro adesse diximus, humidum quoddam ab ipso suscipiens, per spinalem medullam ad viam renum deducitur; per cuius duo foramina immissus, sibi substratum attingit membranulum, quod *calefactum penetrat. Et sicut membranulum egreditur, & penetrat, sic uenarum retinaculum predicto membris: antexum aggreditur: ex quo tenuissimum sanguinem secum a cerebro delatum *hunc miscit: & per duos canales inde procedentes ad testiculos funditur, ibiq; paulisper permanens excoquitur: & in lacteum & tenacem succum conuertens, inde per geminos canales uirgę applicatos completo communi opere secum foras educit. Nam pterygomatibus i. alis (& sunt orificio uasorum spermatis, ex quibus mulieris sperma ad fundum matricis mittitur) suggestibus, per colum matricis subtrahitur, & sic ad inferiores cellulas eiusdem destinatur.

D *De Communi sapore Coitus.*

Sapor igitur communis huiusmodi uiris in tota uirga, sed maxime in preputio est, mulieribus uero circa pectinem in confinio vuluę. Mulierum testiculi duo sunt: quorum unus sub dextro rene, alter sub sinistro tenetur: qui fundo matricis coniuncti per singulos ex le procedentes, in citata uenere, ad cellulas eiusdem sperma ministrant. Quod si simul cum uiri spermate conueniat, uel modicum ante uel post, prius quam prælotum frigescat, unitur. Si uero in sinistra cellula matricis simul spermata conueniunt, foemineum embryum generant: Si uero in dextera, masculum procreant: Si uero in media, quæ secundum calidum & frigidum equa est, secundum plus uel minus vtriusque spermatis, aut masculinum, aut foemininum procreant.

De Embryo.

Oportet autem in embryi dispositione aliquantis per immorari: & dicetur quid in uno quoque mense a primo usque ad nonum sibi naturaliter fiat: & qualiter a primo mense usque ad septimum, & a septimo usque ad nonum, si genitum fuerit, pereat: & in ipso septimo uel nono si editum fuerit, salubre perduret. Cum ergo utrumque sperma uiri scilicet & mulieris in matrice conuenerint, si frigidum & humidum fuerit, omnino dissoluitur: si uero calidum &

spurij.

H 4 siccum,

† Al. quod autem venit coniunctum unius tur.

LIBER DE COMPAG. MEMB.

siccum, consumptionem incurrit: si autem æqualitate perficitur, nulla impediente concipiet **E** qualitate.

De Coniunctione Spermatis.

Spermate igitur utriusque coniuncto, in specie conchulae expanditur: & radice producta sibi superficietenuis alligatur: ex cuius calore præfati spermatis summitatibus decoctis ab ipso diuiditur, & ex sola radice, per quam nutrimentum accipit, cum ipso tenetur. Medium autem, quod infra decoctas summitates in modum nucis emittit, inter eadem spatia sanguineam glebulam quādam frigiditate constrictam primo mense obseruat, nulla alicuius similitudinis imagine in ea impressa. Secundo, in uermiculi longi scilicet & rotundi producitur speciem. Tertio, in eo crura diuiduntur, & à lateribus brachia: collum caputq; perficitur. Quarto, formatur cor & hepar, & anima id ingreditur, & naturaliter mouetur. Quinto, omnis interior completur compositio, intestina scilicet quadam dispositione formantur: digitus manū pedumq; scinduntur: aures, nares, os, ueretrum, & ipse pudicus formatur circulus. Sexto oculi scinduntur, supercilia formantur, palpebrae crescunt, capilli & ungulae producuntur. Septimo, fiunt axungiae, & caro perficitur: cutis & omnis humiditas secundum diuersas vasorum compositiones constituitur: & completis secundum naturalem dispositionem omnibus, laborat ut exeat: matrix autem nititur ut obtineat, & ut calore, quæ completa sunt, confirmet & muniatur: si uero debilis est, concedit ei ut exeat, & durat, eo quod naturaliter completum est: si autem matricis natura fortis est, nititur, ut id retinet. Octauo, embryo expugnato exitu non sibi concessio, fatigatus quiescit. In nono matricis calore iam firmato & crassificato, natura concedente, patet ei aditus, & exire permittitur.

De Aetate Planetarum in Embrione.

Habent autem septem planetæ aliquid in compositione embryonis speciale. Saturnus quidē rigidus & siccus, sua frigiditate primo mense spermati grauedinem, & sua siccitate compaginat: ideo non crescit embryo, sed à suo calore in sanguinem commutatus sine augmentatione permanet. Secundo, Iuppiter calidus & humidus, calefaciendo confortans, & humectando replens, in longi & rotundi uermiculi speciem, sperma producit. Tertio, Mars calidus & siccus, calore roborans, siccitate incidens, crura diuidit, à lateribus brachia separat, colla, & caput informat. Quartio, Sol minus Marte calidus & siccus, & animam & cor & hepar creat & cerebrum: creatis animam ingerens, naturaliter embryoni motu præstat. Quinto, Venus frigida & humida, omnia in teriora format, aures nares os uirgam & pudicum circulum format, pedum & manuum digitos diuidit. Sexto, Mercurius secundum calidum & humidum frigidum & siccum æquus, in quo manuialis habetur scientia: & ponit supercilia, oculos scindit, palpebras crescere facit, capillos & ungulas producit. Septimo, Luna frigida & humida, replens axungias, carnem & superficiem compleat: uenis & arterijs humiditatem tribuens, toti corpori nutrimentum præstat: & quia omnia perfecta sunt, si prægnans partur, salubriter perdurat: sed quoniam adhuc in eo sunt membra non bene firmata, indiget alio tempore ad id operis explendum. In octauo, Saturnus reiterata uice si militer infrigidando embryonem, matrici gravitatem infert: suaque siccitate humores extenuas embryoni nutrimenti parcius trahit: & propterea ægre prægnantes in hac tenuitate existunt. Nono autem, Iuppiter calefaciendo infrigida, & replendo tenuia, embryonem corroborat, & matricis aperit aditus, & sic exitus omnibus naturaliter perfectis conceditur. A primo autem mensusque ad septimum si genitus fuerit, non perduitat, eo quod naturaliter imperfectus habetur: a septimo usq; ad perfectum nonum, quamuis natura perfectus sit, tamen si generetur non subsistit quia Saturni infrigidatione stupidus, & eius siccitate minorato nutrimento affictus uel obstruetus, corrupta matricis naturalitate calore materno exustus, si excussus fuerit, dissoluitur. Solet autem non omnibus membris perfectus, ut in pluribus apparet, embryo generari: plerunq; uero crasso capite, & tenui collo, uel magnis pedibus, & subtilibus cruribus, pedibus genibus applicatis, aut manu singulis uel duobus digitis perditis, hac luce perfici. Sed hoc dupliciter in embryonis compositione contingit: aut enim natura æquam habet materiam, & redarguentem spiritum, & secundum horum duorum æquitatem, moderate uel perfecte informat: aut abundantia materiae & spiritu moderato, eidem materiei abundantiam alicui addit membro, ex qua nascitur maius: ceteris: uel ampliato spiritu, & materia minorata, aut ex parte membra attenuat, aut ex toto non dimitit procreari: & hęc omnia aut æquitate utriusq; materiei scilicet & spiritus natura perficit, aut augmentatione horum unius. Solet etiam in generatione quibusdam uiris illud muliebre, & quibusdam fœminis illud uirile, quo luxuriatur, adjici, sed illud impedita uel oblitia natura sic perficitur. Nam quando aliquo euentu impeditur uel obliuiscitur illud materiei humidi superfluum, quo ad naturalitatem uel ad numerum alicuius membra solet disponere, ad alterius naturae membrum sine ratione mutat.

A



GALENO A S C R I P T V S L I B E R
D E V I R T V T I B V S N O S T R V M
C O R P V S D I S P E N S A N T I B V S.

B

C E N S V R A.

Ex veris Galeni libris fragmentum.

DE dispensantibus corpus nostrum virtutibus, quot sint numero, & quæ sit unaquæque, & quem in animali quælibet locum obtineat, necessarium est scire omnes medicos, ad scrutandum de passionibus, & investigandum eam, quæ patitur, & sanandum maxime ipsam. Scire igitur oportet ipsas ex tribus prouenire particulis: Ex capite quidem eam, qua ratiocinamur, & meminimus, & sentimus, & de loco ad locum permutamur: Ex corde vero eam, qua irascimur, & percalidim sumus, & adhuc pulsum habemus in ipso corde, & in omnibus arterijs: Ex hepate autem eam secundum quam nutrimur, & augemur, & cibum appetimus, & aslumptum elaboramus cōcoctione, & digestione, & sanguificatione, & appositione, & prophyse, & discretione, & excretione. Ad has autem suppositiones sequitur necessario desipientias quidem, & manias, & melancholias, & phreneses, & lethargos, & catarrhos, & apoplexias, & epilepsias, primi principij esse ægritudines: & omnino in eis pati caput, vel primum, & solum, vel compatiens alteri particulæ: Febres vero alias, & epialas, & impulsilitates, & malas pulsilitates, & infrigidationes, & rigores, & syncopas, & marasmos, & quæcunque alia talia, alterius principij esse passiones: & pati in eis ipsum cor, vel compatiens alicui alteri, & maxime ortorum ab eo: vel solo ipso secundum se male habente: Atrophias autem, & cachexias, & cacochymias, & discolorationes, & icteros, & diarrhoeas, & vrinaturum immoderatas excretiones, & elephantias, & cancros, & vniuersos hydropas tertio principio fieri paciente, vel aliquo ortorum ab eo. Spiritus autem, qui secundum arterias & cor, vitalis est, & nuncupatur. Qui vero secundum cerebrum, animalis: non ceu existēs substantia animæ, sed ut primum eius organum habitantis in cerebro, quicunque sit secundum substantiam. Ignorare n. eam confiteor, cum a nullo demonstrationem evidentem didicerim: solum autē adinuenierim complexionem cerebri oportere custodire commensuratum necessario eos, qui meditari, & viuere recte eligunt. Sicut autem vitalis spiritus secundum arterias, & cor generatur, materialē habens generationis ex inspiratione, et humorum vapore. ita animalis ex vitali amplius elaborato habet generationem: decens, n. fuit magis omnibus eum transmutatione certissima potiri. Quod circa et velut labyrinthum telam per quam variam condidit natura prope cerebrum, retiformē plicatum, diuturnam eius moram in vasis ingenians. Oēs vero particulæ corporis, a cerebro habet sensum et motum, peruenientib. alijs quidē nervis ad organa sensuum ad dignotionē sensibiliū: alijs autē mouentib. ea, quæcunq; mouentur motu, qui ē in impetu. Cerebrū quidē non sensibile organū a natura, sed sensuum, factū est. Hæc igitur sufficiant ad præsens. tCñatio vero animalis, dispē-
tatione libro 7. de dog. Hippo &
Plat. cap. 7.
dium se quidem, phantasia, et memoria, et reminiscētia, et sciētia, et intellectus, et excogitatio: in ad aliquid uero, sensus particulis animalis sentientib. et eis quæ mouentur secundum impetū, motum præstare: alio autē eo quod in corde situatum est: cuius opera secundum se quidem modo est uelut uigor aīx, et permanentia in ijs, q̄ rō iusserrit, et in uieta constantia: secundum passionē uero, uelut ebullitio innatae caliditatis, desiderante tūc anima punire eum, qui existimatur iniuriam fecisse, et hoc uocatur ira: in ad aliquid autem, principium caliditatis esse ijs, quæ secundum partem particulis, et arterijs motionis pulsatilis: Tertij vero principij firmati in hepate sunt omnia, quæ secundum nutritionem animalis: quorum maximum in nobis, et in omnibus fere animalibus, est sanguinis generatio. Huius autem potentia est, et delectabilium fruitio, in qua cum uehementius quam deceat mouetur, intemperantiam et incontinentiam efficit.

GALENO

GALENO ASRIPTVS LIBER DE VOCE ET ANHELITV

CENSURA.

Videtur & hic ex Galeni libris ad Arabes peruenisse.

DIxit Galenus, Si neruis, qui sunt inter costas acciderit scissio prope spondylos, de-
structur uox, et anhelitus. Hoc autem idem accidet, si ossa costarum scindantur,
aut spinalis medulla secundum latitudinem inter finem colli, et initium spondylorum, qui respiciunt ex opposito pectoris. Si autem spinalis medulla infra huius
loci initium scindatur, nec anhelitus omnino, neque vox omnino priuabitur: sed F
tantum de utroque priuabitur secundum numerum spondylorum, qui opponuntur pectori. Si
militer accidit ex incisione costarum secundum magis, et minus. Musculus est organum motus
voluntarij. Et ad unumquemque musculum peruenit nerus a cerebro, aut spinali medulla: qui si
scindatur, non mouebitur musculus. Interior autem musculus, qui est inter costas, facit anhelitu-
m: et tunc fit, quando aer expellitur uehementer a pectore: et ex eodem anhelitu fit uox, et est
ei quasi materia. Et uoco collum illum locum, qui est inter superius epiglottidis, et superius esophagi, usque ad radicem linguae. In collo autem sunt musculi bronchorum. Et raucedo accidit
quando musculi colli extenduntur, et inchordantur, ut extenduntur in assumptione cibi, et po-
tus. Et quando epiglottis inchordatur ita, quod constringantur, fit uox: et quando constringitur,
inchordantur musculi ex quibus pendet. Et anhelitus quidem fit apud extensionem muscularum
pectoris, et solutionem muscularum colli, et epiglottidis, et tracheae arteriae. Raucedo autem ac-
cidit ex tensione muscularum colli, alijs omnibus remanentibus in suo statu. Vox etiam fit, si G
musculi epiglottidis extendant, licet non musculi colli. Epiglottis ex tribus componitur cartilagi-
nibus inæqualibus, et dissimilibus: quarum una est anterius, scilicet maior: duæ vero posterius,
quarum altera supponitur alteri: quarum superior est minor: Habent quoque* duas iuncturas:
* Al. quartuor. quarum duæ sunt inter primam, et secundam cartilaginem: et duo capita primæ cartilaginis in-
trant in secundam: et sunt duæ iuncturæ inter secundam, et tertiam, quas continent sex musculi.
In utraque, scilicet iuncturæ sunt duo musculi, qui attrahunt tertiam cartilaginem ad posterius, et
aperiunt os epiglottidis. E contrario agunt alij duo musculi, et sunt* exterius: et quando ambo ex
tenduntur, claudunt os epiglottidis clausura perfecta, ita quod nihil ex aere egrediatur. Necesse
est autem ad hoc ut fiat uox, ut duo modi muscularum, qui mouent epiglottidem, sint sortesita,
ut neutrum par cedat alteri in actione. Et intellige per hos musculos, illos quibus aperitur, et
clauditur: et sunt erecti, et positi in rectitudine: et continuantur ex inferiori, et non superius: et
mouent iuncturam per superiore extremitatem: et habent duos nervos proprios, unum in dex-
tra parte epiglottidis, et alterum in sinistra, qui mouent tertiam cartilaginem: quorum concursus
est ex inferiori parte ad superius: qui si scindantur, laxabuntur illi, * scilicet musculi, qui mouent
epiglottidem, et destruetur motus eorum. Dum uox est in epiglottide, agunt in ipsam duo modi
muscularum, illi scilicet qui aperiunt, et illi qui claudunt: sed si illi, qui claudunt, soli agunt: tunc ac-
cidet retentio anhelitus. et si illi, qui aperiunt, soli agunt aut neuter tunc accidet anhelitus. Destru-
itur autem uox, quando musculi, qui claudunt epiglottidem, destruuntur: siue illi, qui aperiunt, sal H
uantur. non. n. addunt, neque diminuunt in destructione uocis. Quando Creator uoluit in nobis
ponere instrumentum uocis, primo posuit aliquid, quo aer sit in nobis uelociter, et est pectus: de-
inde posuit occursum aeris in ipso ex via ampla ad canalem strictum, ut aer per stricturam cana-
lium uelocius currat: uelocitas enim facit ipsum fortiorum: qui quando percussit cartilaginiæ,
tunc fit uox: percudit etiam præter hoc tracheam arteriam, et uuulam, et superius palatum, et lo-
cum cursus aeris per nares. Sed ex hoc non fit simpliciter eadem uox, sed quasi uox, ut steritio et
azegiz. Vox autem non fiet, nisi quando aer percudit primam epiglottidem, et est posita supra ca-
put tracheæ arteriae ad modum instrumenti, quo musici utuntur tibicines. Si epiglottis amplie-
tur plus, quam oportet, minuetur uelocitas motus aeris: et sic diminuetur fortitudo uenti: tunc
secundum diminutionem uelocitatis, et debilitatem percussionis: tunc enim minus resistent car-
tilaginiæ aer: non enim ampliantur, nisi quando non extenduntur, et remanent laxatae. Quan-
do autem epiglottis constringitur plus, quam oportet, tunc aer, qui exit ex epiglottide, erit
paruus, et tunc erit minor percussio, quapropter, uox erit parua: uox enim non potest cresce-
re, nisi crescant illa duo, quibus fit, aer scilicet, et percussio cremento proportionali: quodli-
bet

Abet enim crescit propter clementū illius, à quo constat in substantia. Egressio aeris uiolenta nō fit nisi per extenſionem musculorum ipsorū: hoc at differt ēm magis & minus, ēm fortitudinem extenſionis, & ēm multitudinē & paucitatē musculorum. In egressione aut aeris violenta nimis, necesse est ut oēs musculi pectoris extendantur nimis, & maxime musculi costarum. Anhelitus aut & uox nunq̄ fiunt absq; his musculis: In quibus si aliquid impedimentū aut nocumentum acciderit, secundum numerū nocumentorum erit deſtructio uocis. Si n. motus medij numeri illorum deſtruit, medietas uocis deſtruitur: & si tertia pars motus deſtruetur, tunc deſtruet & tertia pars uocis: & vniuersaliter illa pars quaē deſtruetur de uoce, erit scđ m partē deſtructā de numero illorum musculorū. Adiuuant aut hos musculos duo musculi, qui sunt apud radicē costarum: & illi, qui sunt ex duobus lateribus spōdylorum: & ex duobus musculis procedentib. in longitudinem, musculi, qui sunt sub diaphragmate positi. Sermo est ex uoce: vox est ei qualis materia cū n. anhelitus occurrit epiglottidi, ipsa epiglottide existente æquali in amplitudine, fiet vox: nā quando percussit illam, fiet illud, quod fit in fistula apud exuſſationem.

B*Tractatus Secundus.*

Ex duobus neruis sexti paris ramifications ex parte pectoris duo parui rami, qui reuertuntur ascēdentes ad collū ex duobus lateribus tracheæ arteriæ, quousq; perueniant ad epiglottidē: quorum vterq; continuatur cum quatuor musculis epiglottidis. Et sex ex octo musculis oīno ne cessarij sunt ad hoc, q̄ vox fiat: duo autem alij non in omnibus animalibus reperiuntur: quorum actio est, dum epiglottis clauditur completa clausura. Ex istis autem sex duo sunt in ipso canali epiglottidis: aliorū vero quatuor, duo sunt à lateribus, & duo posterius. Duo aut musculi, qui intrant in ipsum canalem epiglottidis, attrahunt iuncturam, q̄ inter secundam & tertiam cartilaginem: & aperiunt illā duo musculi, qui sunt in laterib. attrahendo illam iuncturam ad latera: & aperiunt eā duo alij musculi, qui sunt posterius, attrahēdo eandē iuncturam retro. Et sex* muscu li præter duos prædictos neruos continuantur cum musculis epiglottidis: quorum duo nerui descendunt superne: & ramifications ex septimo pari neruorum cerebri, quando illud par appropin- * Al. nerui. quat collo: & subiungitur per omnes musculos, qui sunt extra cartilaginem scutalē. Et duo ner ui ex illis sex descendunt ex transuerso, & intrant interius epiglottidi, & illic diuiduntur. Et sunt duo nerui descendentes, qui occurunt duobus neruis ascendentibus de pectori. Cooperulum epiglottidis est locus strictus, & est in medio primæ cartilaginis: in quo loco propriè fit vox. Et aer, qui venit ex pulmone: currit per tracheā arteriam: & primo occurrit de amplissimo } loco, & percudit ipsum: deinde occurrit orificio cooperuli epiglottidis, quod est strictissimum ex illo cooperorio: & acquirit velocitatem motus, & fortitudinem: & illic fortiter percuditur cooperitorum epiglottidis, & fit vox. Extensio duorum musculorum qui sunt intra epiglottidē, prohibet ne cooperitorum claudatur apud vocem: nam quando aer vehementer eleuat, & continet in circuitu partes cooperitorij epiglottidis, constringit illud cooperoriū, & claudit orificiū eius, & sic prohibet ne fiat vox. Cum enim hi duo musculi ponantur circundantes cooperitorum epiglottidis, tunc quando extēduntur, resistunt aeri, qui venit fortiter. Cooperitorium epiglottidis, * Al. si impert quando homo uociferat, & quando anhelat anhelitu, aperit & ampliatur multum. Quādo autē anhelitus retinetur, aut quando aliquid comeditur, perfecte clauditur tūc, adeo q̄ nihil ex illo trāsibit, neq; ab interiori parte ad exterius, nec ab exteriori ad interius. Causa at huiusmodi clausuræ est in ipsa substantia cooperitorij epiglottidis: est enim neruosa mollis & leuis, ut sit constās, & apta motui. Voci & orationi posita sunt tria membra, lingua, s. & epiglottis, & trachea arteria. Et unicuiq; eoruī est positum quoddam instrumentum glandularum ad hoc, ut temperet ipsum conuenienti humiditate. Lingua autē habet duas glandulas, in quibus sunt duæ venæ, in quibus currit saliuia ad linguam, & ad totum os. Collum autē habet duas glandulas, in quib. gene rat humidas. In epiglottide uero generatur humor phlegmaticus uiscosus ad hoc, vt humectet illa instrumenta. Sed ex duabus glandulis, quæ sunt in collo, & ex corpore, qđ est in epiglottide, non proueniunt uenæ, in quibus currit humor, sicut proueniūt ex duabus glādulis linguæ. Sed illæ, quæ sunt in collo, sunt in natura spōgiæ, ex quibus p̄trāsit humor ille, qui currit supne deorum, sine hoc, q̄ indigeat eis, aut sint ei necessariæ uenæ, i qb. currat. Et posuit in epiglottide duos dentes, & duo foramina transeuntia ad illos dentes, ad cōcludendū orificiū cooperitorij epiglottidis. Et sunt ibi duo musculi continui, continētes radicē tertiae cartilaginis. Et necesse est ad hoc, q̄ vox fit, q̄ aer exeat vehementer: & quod cursus eius in epiglottide sit strictus. Qn uero cāna erit stricta, vox erit acuta: & si ampla, erit grauis: si curta, erit addens in acumine: & si lōga, crescit in grauitate. Humiditas at epiglottidis facit uoci grauitatē: siccitas vero acuitatē. initiū generatio nis vocis, est ex orificio linguæ epiglottidis: q̄ orificiū q̄to magis extendit, tāto magis aeris p cussio crescit. Existente ergo amplitudine orificij in suo statu, si longitudo crescit: altitudo uocis * Al. erit eadē t̄cādit: sed magnitudo eius crescit ēm extēsionem orificij linguæ epiglottidis. Amplitudo at linguæ, dū percussio fit illa potentia, quæ erat ante quā cresceret amplitudo epiglottidi, minuit acui * Al. minuerit tētē uocis, & crescit in crassitie & magnitudine. Si uero lingua creuerit nimis, & * intrauerit de po

C

cooperitorum epiglottidis, & fit vox. Extensio duorum musculorum qui sunt intra epiglottidē, prohibet ne cooperitorum claudatur apud vocem: nam quando aer vehementer eleuat, & continet in circuitu partes cooperitorij epiglottidis, constringit illud cooperoriū, & claudit orificiū eius, & sic prohibet ne fiat vox. Cum enim hi duo musculi ponantur circundantes cooperitorum epiglottidis, tunc quando extēduntur, resistunt aeri, qui venit fortiter. Cooperitorium epiglottidis, * Al. si impert quando homo uociferat, & quando anhelat anhelitu, aperit & ampliatur multum. Quādo autē anhelitus retinetur, aut quando aliquid comeditur, perfecte clauditur tūc, adeo q̄ nihil ex illo trāsibit, neq; ab interiori parte ad exterius, nec ab exteriori ad interius. Causa at huiusmodi clausuræ est in ipsa substantia cooperitorij epiglottidis: est enim neruosa mollis & leuis, ut sit constās, & apta motui. Voci & orationi posita sunt tria membra, lingua, s. & epiglottis, & trachea arteria. Et unicuiq; eoruī est positum quoddam instrumentum glandularum ad hoc, ut temperet ipsum conuenienti humiditate. Lingua autē habet duas glandulas, in quibus sunt duæ venæ, in

D

quibus currit saliuia ad linguam, & ad totum os. Collum autē habet duas glandulas, in quib. gene rat humidas. In epiglottide uero generatur humor phlegmaticus uiscosus ad hoc, vt humectet illa instrumenta. Sed ex duabus glandulis, quæ sunt in collo, & ex corpore, qđ est in epiglottide, non proueniunt uenæ, in quibus currit humor, sicut proueniūt ex duabus glādulis linguæ. Sed illæ, quæ sunt in collo, sunt in natura spōgiæ, ex quibus p̄trāsit humor ille, qui currit supne deorum, sine hoc, q̄ indigeat eis, aut sint ei necessariæ uenæ, i qb. currat. Et posuit in epiglottide duos dentes, & duo foramina transeuntia ad illos dentes, ad cōcludendū orificiū cooperitorij epiglottidis. Et sunt ibi duo musculi continui, continētes radicē tertiae cartilaginis. Et necesse est ad hoc, q̄ vox fit, q̄ aer exeat vehementer: & quod cursus eius in epiglottide sit strictus. Qn uero cāna erit stricta, vox erit acuta: & si ampla, erit grauis: si curta, erit addens in acumine: & si lōga, crescit in grauitate. Humiditas at epiglottidis facit uoci grauitatē: siccitas vero acuitatē. initiū generatio nis vocis, est ex orificio linguæ epiglottidis: q̄ orificiū q̄to magis extendit, tāto magis aeris p cussio crescit. Existente ergo amplitudine orificij in suo statu, si longitudo crescit: altitudo uocis * Al. erit eadē t̄cādit: sed magnitudo eius crescit ēm extēsionem orificij linguæ epiglottidis. Amplitudo at linguæ, dū percussio fit illa potentia, quæ erat ante quā cresceret amplitudo epiglottidi, minuit acui * Al. minuerit tētē uocis, & crescit in crassitie & magnitudine. Si uero lingua creuerit nimis, & * intrauerit de po

L I B E R

tentia percussione, tūc crescit crassities vocis, quantū crescit in grauitate, sed nō crescit in magni E
tudine: vox aut̄ crassa fit ex multo aere sine potētia. Cætera aut̄ inst̄ra facta ad vocē seruiunt huic
inst̄ro, sicut illa q̄ sūt anteri', vsq; ad orificiū liguæ, q̄ facta sūt ad magnificādā vocē, nō ad acuēdā.

Tractatus tertius.

Duo sunt musculi eorum qui sunt epiglottidis, qui procedunt recte in longitudine: & conti-
nuant cartilaginem scutalem cum osse quod est inter linguam & epiglottidem: & attrahunt
maximā cartilaginem epiglottidis sursum & ante: & incipiunt a loco alto, deinde descendunt ad
epiglottidem ex quo habemus, q̄ illi attrahunt scutalem cartilaginem ad suum caput. Et similiter
vnusquisq; aliorum musculorum attrahit membrum cum quo continuatur, ad partem sui capitū.
Et si hi duo musculi incidentur, accidet voci maximum nocumentum: eradicabitur. n. scutalis car-
tilago, & amplificabitur locus ille totus: & laxatur multum ita quod non potest resistere aeri, non
enim remanet in ipso nistela, quæ continet œsophagum & cannam trm. Si autem nervus qui cōti-
nuatur cum illis, scindatur, *minus nocebit voci; diminuetur. n. magnitudo eius & fiet raucedo. Et
sunt quidam musculi, qui continuant inter hāc cartilaginem & secundā, quorum motus si destrua-
tur, modicum accidet nocumentum voci. s. duo musculi parui: qui si scindātur, parua erit remotio
quæ fiet inter primam & secundam cartilaginem. Et dixi de quatuor musculis, qui sunt super carti-
lagines epiglottidis, qm̄ continent cannam, et epiglottidem intus: nam caput vniuersusque eoru-
est superius. Non ergo possunt declinari ad posterius, quia spondyli colli hoc prohibēt: nec ad an-
terius, p̄ p̄ hos musculos, neq; ad latera, p̄ p̄ musculos ex transuerso positos; et sic remanent in cā-
na et epiglottide extensi, hoc aut̄ multū iuuat in hoc q̄ fiat vox; aer. n. ex quo fit uox, indiget cur-
su recto et stricto. Si trachea arteria ex una esset cartilagine cōtinua, non posset fieri fluctuatio in
aliqua parte eius in percussione aeris; sed facta est ex plurib. cartilaginib. quas* continet quædā te-
la gracilis, et sic mouetur, et fluctuat qn̄ aer occurrit; ideo necessarij fuerūt musculi ad hoc, ut adiu-
uent et coniungant ipsam. Et quia trachea arteria facta est et ad anhelitum et ad uocem, ideo posi-
ta est anhelitu tela q̄ ligat ipsum inter cartilagini. Voci autem facti sunt cum cartilaginib. isti mu-
sculi, ut constringant et adiuuent tracheam arteriā. Sunt. n. duo musculi in canali uocis, quib. pro-
prie fit vox: sunt duo & alij extra, qui continuant terriā cartilaginē cum œsophago: & duo musculi
qui mouent cannam'. Apud destructionem motus eorum fit raucedo, & fit vox rauca p̄ p̄ hoc, q̄
aliquid corpus non sonorum percutit anhelitum. Et ipsa canna est non sonora in radice, quia est
carnosa humida: epiglottis autem est sonora acutæ vocis, cum sit cartilaginosa sicca, resistens aeris:
ideo quando humefit, accidit raucedo. Et tela quæ est super cannam humefit p̄ p̄ multa humida, G
quæ per ipsam transcunt: vnde ante, aut potum, aut cibum vox est clara, post autem minus clara:
quod si potus fuerit plus, q̄ oportet, vox erit rauca: Et ideo magis accidit raucedo senib. p̄ p̄ mul-
tas, superfluitates, quæ generātur in eis. Et in omnib. corporib. illa quæ sunt sicca, sunt clarioris vo-
cis, q̄ illa, quæ sunt humida. Si oīa instrumenta vocis aperiantur, tunc exit multus aer subito, & est
anhelitus: si vero constringantur, tunc cum anhelitu* erit aliquod audibile, q̄ diuersatur secundum
diuersitatem instrumenti quod constringitur, adeo quod fiet percussio. Si vero epiglottis fuerit il-
lud quod constringitur, tunc ille anhelitus erit uox acuta. Si autem fuerit canna, erit quiddā inter
anhelitum, & uocem, & est raucedo: & hoc erit, si non moueris epiglottidem, & dimiseris eā ocio-
sam. Si uero dimiseris cannam non motam, & moueris epiglottidem, tūc fiet uox sine raucedine.
Canna autem nullam habet actionem in uoce, nisi in hoc solummodo. Origo aut̄ duorum uero-
rum qui sunt in collo † a parte duorum neruorum ab alis, ex ipso cerebro est: & hoc est, quia actio-

*Al. ad partē
*Al. cognitio
Inntarius ad alia membra. Vox autē est nobilissima actio uoluntaria: fit autem ex nobilissimo mo-
tu animæ, s. ex motu cogitationis, & deliberationis. unde hi duo nerui descendunt ex ipso cerebro H
ad stomachum, ut quando cibus defuerit, sentiat homo: unde orificium stomachi fuit maioris sen-
sus q̄ cætera membra: & ex illo ascendunt duo nerui ad musculos epiglottidis. Et non posuit crea-
tor hos neruos ex medulla spinali, quæ est inferior, & propinquior his musculis, sed origo eorum
neruorum fuit a cerebro, ut instrumenta uocis sint continua cum eo, quod regit uocem, s. cogita-
tione, quæ est in cerebro. Reuersio autem horum duorum neruorum inferne fuit, ut continuetur
cum musculis inferne, & motus fit superne. s. ex capitib. suis. Et duo nerui qui oriuntur a cerebro
diuiduntur in quatuor ramos unusquisque: & currunt super radices costarum ex superiori ad infe-

*Al. intrat.
rius: & unus eorum intrat cor & pulmonem, aliis stomachum, tertius* reuertitur ad radicem mu-
sculorum epiglottidis, cæteri autem intrant alia membra interiora & canales. Et apostemata mu-
sculorum epiglottidis dicuntur angina interior, & exterior. Et si in superiori parte palati accide-
rit humiditas, tunc claritas uocis corruptetur. Vox habet duos terminos in acuitate & grauita-
te, quos si excederit, destruetur. Nam si orificium coopertorij epiglottidis post stricturam quam
habet in acuitate uocis, amplius constringatur, abscondetur: si uero extēdatur & amplificetur post
amplificationem, qua uox fit in ultimitate grauitatis, tunc fiet anhelitus almacrō: & secundum
dimi-

*Al. nimis.

*Al. continuat

*Alexit

dimi-

A diminutionē anhelitus, si fuerit medius ab anhelitu qui est in nimia uelocitate, erit diminutio per cussionis aeris in coopertoriū epiglottidis à prima percussione. Si vero anhelitus almacrō medius iungatur amplitudine mediae in orificio coopertorij epiglottidis, tūc uox in ueritate erit media inter acutā & grauē, quia motus pectoris indiget potentia. Ideoq; qui multū debilitatur, iacet frequentius, nisi ex aliqua solitudine, & tunc cum magna angustia loquitur, & tunc musculi debiliter constringunt pectus, & transitus aeris erit tardus. Cogetur ergo vt coopertoriū epiglottidis ponat valde strictum, qā uoluerit loqui, ut quod deficit ex uelocitate aeris, perficiatur ex stritura cursus eius in epiglottide. Nā si instrumēta vocis amplissima essent, tunc uox destrueretur.

*Al.diuisio-
ne.
*Al.diuisio-

Tractatus Quartus.

Si spinalis medulla abscindatur in initio pectoris, & fine colli, & in initio dorſi, ubi septimus spinales dylus occurrit octauo, deſtruitur exuſſatio totaliter, & vox omnino: nerui. n. ueniunt ad omnes muſculos, qui ſunt intra coſtas, & intra hunc ſpondylium. Ad diaphragma ueniunt tria paria neruorum, quorum maius oritur ex spinæ medulla post ſpondylium tertium ſpondyliorū colli: minus oritur ex spinali medulla post ſpondyliū nonum: tertium {ex medio} inter hec quidem oritur ex ipſo cerebro. Si ergo spinalis medulla abſcindatur apud tertium ſpondyliū, tūc diaphragma catur duobus paribus neruorū, & remanebit ei motus tertij paris, quod uenit ex cerebro. Anhelitus almacror fit per muſculos qui ſunt inter coſtas: & muſculi qui ſunt ſupra uentrem, augmentant anhelitū, & tñ, uox non ex actione iſtorum muſculorū augmētatur. Et si duo nerui qui ſunt ad partem duarum uenarum pulſatilium deſtruantur, uox erit: & accidet muſculis, qui ſunt inter coſtas, aliqua* occaſio: & ramificantur ex hiſ duobus neruis rami, qui continuantur cum canna & pulmone, & diaphragmate, & ſtomacho, & hepate, & ſplene, & omnibus iſtestinis. Ad muſculos autem, qui ſunt inter coſtas, non ueniunt nerui niſi ex ſola spinali medulla. Et inter muſculos & neruos, qui ſunt in epiglottide & canna, non eſt continuatio. Et omnes muſculi, qui ſunt inter coſtas, ſunt xxii, qui totidem habent neruos: quorum ſi unus abſcindatur ab uno latere, deſtruetur medietas anhelitus, & medietas uocis. Quidam putauerunt quod actio anhelitus ſit naturalis, cum fiat in ſomno & uigilia æqualiter, & ſine uoluntate. Alij dicunt iſum eſſe uoluntarium, quoniam quando uolumus anhelamus, & quando uolumus retinemus: & hoc eſt uerum ſecundum nos, ut patet ex noſtra anatomia. Alij dicunt quod eſt mediocris inter uoluntatem & naturam.



GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE UTILITATE RESPIRATIONIS

C E N S U R A.

Multa vera in hoc quoque libro insunt, sed magna ex parte Aristotelica.

DAlorem uitalem, qui est in corde, dicit Aristoteles nutritiri à sanguine, pingui & unctuoso existente, eodem modo quo flamma nutritur ab oleo: Et eiusdem caloris extinctionem, quemadmodum & flammæ, dupliciter fieri. Nam sicut flamma extinguitur duplicitate, siue consumpto oleo, siue addita ei maiore flamma, similiter calor vitalis extinguitur in morte animalis, aut ex defectu puri & pinguis sanguinis ut in cōsumptis, aut aquoso sanguine repletis, aut ex superuentu caloris maioris, ut in febrentibus. Inuestigans autem Aristoteles, quare maior flamma extinguat minorē flammam ei oppositam, dicit maiorem flammam consumere nutrimentum minoris flammæ usque adeo cito, ut non possit & que cito nutrimentum succedere. Dico autem maiorem flammam trahere ad se in ore causâ similitudinis usque adeo cito, ut non possit & que cito minor flamma attrahere aliam flammam, ex eo à quo nutritur sibi succedente. Nutritur autem flamma non solum à pinguedine aliqua, immo etiam ab aere uicino: & fit nutritio non ut quidam putant per alterationem nutrimenti, neque per assimilationem eius ad id & nutritur, sed per attractionem partium nutrimenti, similiū ei quod nutritur: id enim a quo nutritur ignis, necesse est ut in se habeat igneas partes. Quod autem ignis nutritur ex aere, probatur ex eo, quia si inter terram fodiatur specus ampla angusti oris, & magna lignorum congeries intromissa incendatur immenso igne, obstruso quidem foramine, necesse est ligna eodem momento omnino extingui. Exit enim ignis per poros terræ superiectæ, & non potest aer subintrare ad reparationem ignis exentis, tum quia aer obstrusior est igne, nec & que mobilis est, ut ignis: tum quia necesse est plus aeris influere, quam sit ignis affluens, qui reparandus est ex eo, pro eo quod non ex toto aere, sed ex solis igneis

L I B E R

igneis partibus, quæ sunt in aere, fit ignis. fitque ex plurimo aere multo minor ignis: nam & similiter E-
ter in omni nutritione fit ex multo nutrimento res modica per digestionem. Velociter est quicquid
fit ex alio, minus est eo a quo generatur, & tamen plerique negant: nam sicut, inquit, ex modica aqua
fit multus fumus, similiter quoque ex modica aqua fit multus aer, ita quoque ex modico aere fit mul-
tus ignis. Dico autem quod fumus non fit ex sola aqua, sed habet plurimum aerem, in quo disseminatae sunt
aqueæ particulae: quod est videre hoc modo. Nam quoniam bullit aqua in vase ad ignem, ignis quidem
transit per poros vasorum ad aquam, faciens illam tumescere, & ampullas eleuari: suntque ampullæ ex
directo ignis, qui est sub vase: sicut ad medium aquam transit ignis ascendens in aerem, attrahiturque;
secum aqueas particulas, cum quibus aeri admiscetur: ferunturque aqueæ particulae sursum: de nec de-
feruntur a calore in inferiori aere, quem frigidum esse constat, ut ostentum est alias. Amplius autem
nubes, cum sit fumus, congelata quidem sit nix, quemadmodum pluia congelata sit grando. nix
autem plurimum habet aerem quemadmodum spuma: & est alba utraq; propter aerem sibi commixtum
quem Aristoteles esse album ostendit: sed haec hactenus. Quoniam autem flamma in continuo fluxu est, & conti-
nue generatur alia & alia flamma, succeditque posterior flamma in locum prioris, immo in modum
fluuij, putant quidam priorem flammam sursum ascendentem extingui ab aere. Dico autem eam ad-
misceri aeri, disseminarique in eo per minutissimas particulas: nam & similiter disseminata fuerat prius F
non solum in eo a quo generata est, immo etiam & in aere vicino, praesertim cum multo plus nutrimente
ti habeat flamma ex aere, quam ex aliquo alio. Sicut autem flamma in continuo motu est, & in modum
fluuij alia alij succedit, & ita calor continue effluit a corde ad venas, & per venas ad totum cor-
pus, & inde continue effluit extra corpus: nam & uestes non ob aliud calefaciunt, quia retinent
calorem continue euaporantem a corpore per poros. Sunt autem pori venae subtilissimæ propter quas
effluit calor, & etiam sudor, qui nihil aliud est quam aqua sanguini admista: quoniamque poris amplius di-
latatis effluit ipse sanguis. Quod autem pori sint venae subtilissimæ, inde patet, quod quilibet uena pro-
ducit ex se aliam venam minorem, & aliam iterum minorem, usque dum diuisio perueniat ad capillares venas. Accidit autem poros per frigiditatem, aut aliquo viscoso fumo oppilari: & tunc ca-
lor multiplicatur in venis, non sufficienter euaporare potest: tum propter angustiam pororum
tum quia fugit interius propter frigiditatem sibi contrariam, quae est exterius. Vicitur n. Aristoteles. Ulti-
mam digestionem cibi fieri in corde, sanguinemque in uentribus cordis generari. Dicit quoque Aristoteles: G
Primum & vniuersale instrumentum omnium sensuum est cor, non autem cerebrum, ut quidam
asserunt. hoc autem est in dictum, quod impossibile est dolorem fieri in aliqua parte corporis, dum fiat pa-
sio in corde: & si multus fuerit dolor facit syncopen cordis: nam oes partes corporis colligantiam
habent ad cor per medias venas, & pelliculas, & neruos. A duobus igitur uentriculus cordis proce-
dunt magna uena, & arteria ad supremum spondylum colli. Nam magna uena, quae dicitur caua
procedit a dextro uentre cordis: & primo transit ad gibbum hepatis, & inde per dorsum ad caput.
Magna uero arteria, quae dicitur aorta, quoniam procedit a sinistro uentre cordis, primo transfit ad quintum H
spondylum dorsi, qui ceteris spondylis vicinior est cordi: unde quoniam esophagus spondylis innititur
declinat quidem in quinto spondylo dorsi, & in alteram partem dans locum magnæ arteriae. Precepit
dicta uena & arteria uenientes ad caput, coniunguntur duab. pelliculis cerebri, & etiam pelli, quae per
omnes spondylos protenditur, & tegit spinalem medullam. Dicunt autem anatomici duplice pel-
le tegi spinalem medullam, quemadmodum & cerebrum. Ab his uero pellib. cerebri & spinalis me-
dulla procedunt omnes nerui corporis. Nihil igitur de corpore sensibile est praeter uenas, & arte-
rias, & pelliculas, & neruos, cum sit ex eis unum quoddam continuum cum corde: alia uero mem-
bra insensibilia sunt, ut ossa, & ligamenta osium: Quorum duplex est genus: nam eorum quibusdam
colligatur ossa ad se inuicem, alijs uero colligantur ad musculos: Sunt autem & cartilagines
omnes insensibiles, quemadmodum & ossa: nam & plerunque ab ossibus procedunt, & si non oes.
Sunt autem maximæ duæ cartilagines corporis, altera quidem ex qua constat trachea arteria, &

altera quae procedit ab ossibus puppis: & est maxima pars uirgæ uirilis, & colli matricis. Sunt etiam insen-
sibiles oes pinguedines, & medullæ, & ipsum cerebrum, & est etiam caro pulmonis insensibilis: cir-
cundatur autem tribus pelliculis, quarum duæ procedunt a uena, & ab arteria, quae a duobus uentribus
cordis procedunt, & haec duæ pelliculae sunt sensibiles: tertia uero procedit a trachea arteria, quae est
insensibilis: quemadmodum ipsa trachea arteria a qua procedit, fitque per hanc inspissatio aeris ad
cor secundum fistulas ipsius, quae a trachea arteria procedunt. Similiter autem hepar & splen insen-
sibilia sunt, quemadmodum & pulmo, exceptis etiam quibusdam uenis, neruis, & pellib. quae in
eis sunt, quae procedunt ad pulmonem, & hepar, & splenem, dilatanturque in eis. Sunt autem glandu-
lae omnes insensibiles, quemadmodum & pinguedines, cum sint de genere pinguedinis: quam-
uis quædam uideantur sensibiles propter pelliculas sibi insertas. Sunt autem tam pinguedines quæ
glandulae oes in corpore ad fomentum, & conseruationem caloris naturalis: quamvis n. calor a
corde ad totum corpus procedat, sunt tamen quædam corporis partes magis susceptibiles caloris,
quæ ceteræ. Pinguedo n. quæ superposita est hepati, & spleni, & intestinis, calefacit ea, facitque nutri-
mentum digeri in eis. Vnde cum cuidam pugili pinguedo hec in palestra rupta esset, & postmodum lumi-
da

*Al. vicinior
sit.

*pubis.

A dafacta, à medico erepta esset, cepit pugil supra modū frigoris esse impatiēs, & consueta cibi digestio in ventre mutata est. Glandulæ autem quæ à radice linguae sunt, non solum generat salivā, sed etiam digerunt sanguinē in venis, quæ ad meningas cerebri coniunguntur. Cu[n]n[us] meninges cerebri content & ex subtillis uenis, q[ui] à crassis venis colli procedunt, nō potest sanguis venulas meningum subintrare, nisi fuerit plurimum digestus. Item glandulæ sunt in mesenterio caloris causa, attrahentis succū cibi ab intestinis ad venā hepatis. Itē testiculi, & māillæ glandulae sunt ad generandū sperma & lac. A diacēt ēt collo uesicæ glandulæ, caloris causa attrahētis vrinam à renibus, & insuper sperma digerentis. Quidā ēt inter glandulas anumerat̄ renes, qui vrinā attrahunt à ven; aquę est in gibbo hepatis: quāuis Aristoteles dicat non ob aliud renes esse in corpore, q[ui] vt p[ro] eos excolet̄ vrinā: nā uasa duo deserētia vrinā à gibbo hepatis terminantur ad duos renes: & rursus ex alia parte renū oriuntur alia vasa vrinalia procedentia vsq[ue] ad uesicā, perforata intra vesicā foraminibus pluribus atq[ue] subtilibus, p[er] q[uod] fluit urina uesicę: & hēc quidem foramina in mortuo animali non apparēt, pro eo q[uod] frigiditate obtusa sunt. Dico autem calorē, qui est in sinistro ventre cordis & arteriis, non solum nutriti ab aere influente p[er] fistulas pulmonis, immo ēt ab aere influente per poros corporis: quod probatur ex eo, q[uod] addidit in passione

B quādā, q[uod] suffocatio matris, in qua nulla fit manifesta inspiratio aeris. Dico aut̄ in hac passione cor comprimi à matrice sursum eleuata: modicūq[ue] calorem remanere in eo, quod nutritur à modo aere influente per poros. Nam & similiter plura animalia viuūt, non habentia cor neq[ue] pulmonem, quorum calor vitalis cū sit modicus, nutritur ab exteriori aere influente per poros: hēc autem sunt parua animalia, vt muscæ, & similia: & etiā in piscibus polypodes, & alij oēs, qui sanguinem non habent: quamvis ēt de cæteris piscibus sanguinē habentibus dubitetur, quo spirent intra aquam. Cōstat autē maiores pisces spirare aerem extra aquā, quos etiam pulmonem habere manifestū est. Minores uero pisces, qui loco pulmonis branchias habent, spirant intra aquam: spirantq[ue] aerem, qui modicus est intra aquā, per poros brachiarū, qui sunt proportionales fistulas pulmonis: quemadmodum enim fistulae pulmonis, ita similiter & pori branchiarū vsq[ue] adeo angustantur in ea parte, quæ terminatur ad cor, vt non capiant aquam, sed aerem solum, qui p[er] poros excolatur ab aqua, transiēt ad cor. Quod autē aer sit intra aquā, probatur ex eo, q[uod] q[uod] conge latur aqua, fit minor: propter aeris expressionē: unde Aristoteli uolum est, q[uod] pisces, qui brachias habent loco pulmonis, non attrahant aerē, sed aquā attrahant ad refrigerandum calorē cordis. Nam & similiter de habentibus pulmonem dicit Aristoteles, quod attrahunt aerē ad refrigeran

C dum calorem cordis, cum ostensum sit aerē inspiratum prestatre nutrimentū calori cordis. Hippocrates autem in libro de generatione animaliū dicit "aerem inspiratū refrigerare pariter ac nutritre calorem cordis. Aristoteles quoque in quodam loco assermat, quod omne nutrimentum in fluens, refrigerat id quod nutrit, & addit etiā quod deficiente nutrimento, fiat caloris augmentatio ratione uacuitatis: & hoc ostendit per simile eius quod accidit in uentre & matrice, quæ post q[uod] sunt vacua, calidiora fiunt, q[uod] q[uod] plena fuerint. Huius autē cām determinauimus in libro quem de spermate edidimus. Et hoc quidem haec tenus. His igitur p[re]missis, postmodū scire oportet, q[uod] cū in corpore sint vena, & pellis, & neruus, q[uod] sunt receptacula sanguinis, & spiritus, & pellis qui dē medianam habet naturam inter neruum & uenā: & manifestum est quod ad omnem pelliculā coniungitur aliqua uena, quæ in ipsa pelle diuiditur in multas subtilem venulas subtilem sanguinem capientes. Habet autem & neruus venulas, ideo & findi potest in longū: sed habet eas plurimum subtilem, solum capientes spiritum. Dico etiā q[uod] instrumenta omnia tensū continentur pelliculis, siuntq[ue] sensus in ipsis pelliculis: vt est uidere in oculo, cuius pelliculae plenē sunt humore aqueo, & originē habent a cerebri pelliculis: sitq[ue] visus non in crystallino humore oculi, ut Aristoteli visum est: sed in pelliculis oculi. Quarum duæ procedunt a duabus pelliculis cerebri: & ter tia à neruo, qui opticus id est uisibilis dicitur: proceditq[ue] ab ipsis pelliculis cerebri. Est autē p[re]ter D has pelliculas tres, qdā alia quarta, q[uod] est in oculo: q[uod] alba est, & continet omnes alias, proceditq[ue] a pelliculla quæ tegit cranium, & est insensibilis: est at hēc pellicula in piscibus valde dura, & ferē in modum ossis. Similiter at & pellicula plena aere locata est intra aurē, in qua fit auditus. Et pelliculae plenē sp[irit]igiosa carne locatæ sunt intra nares, in quib[us] fit olfactus. Et oēs hēc pelliculae originē hāt a pelliculis cerebri. Idē quoq[ue] oportet intelligi & de pelliculis lingue, in qua fit gustus. De tactu at dicit Aristoteles, q[uod] fit in carne totius corporis. Dico at q[uod] non fit in carne, sed in pelliculis carni commixtis: manifestū est. n. reticulatā carnē esse pelliculus valde subtilibus, q[uod] à crassis uenis procedūt, & ab eis deportant subtile sanguinē ad nutrimentū carnis. Probat at Aristoteles, q[uod] principiū motus, quēadmodū & sensus, est in corde, pro eo, q[uod] oīs motio fit cū ui & conatu. Vim at facit contentio ip[s]u[s]: origo at sp[irit]us est in corde: deinde ex contentione spiritus, fit in omni conatu inflatio uenarum, & neruorum, & etiam pelliū cerebri, & spinalis medullæ, & principaliter diaphragmatis. Constat enim uires corporis omnes esse ex neruorum tensione: causa autem ten sionis nerui nulla est alia, quam spiritus neruum inflāt. Sed quia origo spiritus est a corde. oportet prius diaphragmā inflari, & postmodum uenas, deinde duplē pelle spinalis medullæ,

Fortassis ilib.
de corde ad
mediū: quo in
loco inquit
Hip. cor ipsū
ex toto uenti
lari, & spm at
trahere.

D has pelliculas tres, qdā alia quarta, q[uod] est in oculo: q[uod] alba est, & continet omnes alias, proceditq[ue] a pelliculla quæ tegit cranium, & est insensibilis: est at hēc pellicula in piscibus valde dura, & ferē in modum ossis. Similiter at & pellicula plena aere locata est intra aurē, in qua fit auditus. Et pelliculae plenē sp[irit]igiosa carne locatæ sunt intra nares, in quib[us] fit olfactus. Et oēs hēc pelliculae originē hāt a pelliculis cerebri. Idē quoq[ue] oportet intelligi & de pelliculis lingue, in qua fit gustus. De tactu at dicit Aristoteles, q[uod] fit in carne totius corporis. Dico at q[uod] non fit in carne, sed in pelliculis carni commixtis: manifestū est. n. reticulatā carnē esse pelliculus valde subtilibus, q[uod] à crassis uenis procedūt, & ab eis deportant subtile sanguinē ad nutrimentū carnis. Probat at Aristoteles, q[uod] principiū motus, quēadmodū & sensus, est in corde, pro eo, q[uod] oīs motio fit cū ui & conatu. Vim at facit contentio ip[s]u[s]: origo at sp[irit]us est in corde: deinde ex contentione spiritus, fit in omni conatu inflatio uenarum, & neruorum, & etiam pelliū cerebri, & spinalis medullæ, & principaliter diaphragmatis. Constat enim uires corporis omnes esse ex neruorum tensione: causa autem ten sionis nerui nulla est alia, quam spiritus neruum inflāt. Sed quia origo spiritus est a corde. oportet prius diaphragmā inflari, & postmodum uenas, deinde duplē pelle spinalis medullæ,

LIBER

& ipsius cerebri, ultimo uero nenuos. Spiritum autem uoco non solu[m] uaporem sanguinis, sed et aerem inspiratum, qui ei admisceret: transit: non aer inspiratus a pulmone ad ambos uentres cordis, & inde per uenas & pelles usque ad nenuos. In omni igitur conatu fit per contentionem anhelitus, conclusio spiritus

* Al. per quam. inter diaphragma, & in ipsis fistulis pulmonis, quod procedunt a trachea arteria, postquam fit aeris

* Al. inde. inspiratio: & * idem spiritus comprehensione diaphragmatis transmittitur per fistulas pulmonis aduenientes cordis, & inde ad uenas, & pelles, & nenuos. Contingit autem oppilationem fieri in loco, in quo

uena & arteria procedentes a corde, transeuntes per collum, coniunguntur ad pelliculas cerebri & spinalis medullae, ex humore, aut fumo multo aut paruo, & tam crasso, aut subtili: fitque ibi oppositione per angustiam uenularum, quae procedunt ab illis uenis, disseminanturque in pelliculis cerebri & spinalis medullae. Dico autem ex hac oppositione fieri somnum: quoniamque epilepsiam, & quoniamque etiam apoplexiam. Fit autem apoplexia ex humore plurimo & crasso. Epilepsia ex humore non tanto, neque adeo spississima: & quoniamque ex solo fumo crasso, ascendentem a stomacho, aut pede, aut aliquo membro alio: in his quidem uidetur aura subtilis & frigida ascendere ad caput. Somnus autem fit ex много fumo subtili, faciente diuturnorem, sed minorem, & facile solubilem oppositionem: unde quidam in som-

sentiunt, & mouentur, & etiam loquuntur, & imaginantur somniantes: & similiter imaginatur quidam in epilepsia, & etiam in syncope, quae est passio cordis. Fit autem quibusdam in epilepsia spuma circa os, dum spiritus qui fertur a corde in uenas sursum, occurrit humoris facienti oppositionem, & ei admistus spuma fit. Est, nam, spuma admixtio aeris & aquae, aut humoris: ideoque alba est ut aer: & ephialtes quedam epilepsia, quod fit in somno, fit atque ex missione tantumque epilepsia: ideoque non in uigilante, sed in dormiente. Ut enim predictum est, somnus & epilepsia sunt in eodem loco, & ex simili causa: unde Aristoteles dicit epilepsiam esse somnum quedam: uerum ephialtes logos per perduras in epilepsiam conuertitur. Amplius autem dicit Aristoteles, quod quibusdam uenis collum compressis fit homo insensibilis: & similis dormienti: unde & antiqui uenas illas vocauerunt carotidas, prope, quod in eis sit caro, quod est insensibilitas & immobilitas totius corporis. Compressio diaphragmatis, quod fit in respirando, causa est prolationis uocum, quoniam uulsa, quae est in gutture, superponitur trachea arteriae ita, ut respiratio fiat per angustum. Spiritus, nam, exiens per angustum, quoniam colliditur uulsa sibi oppositum, facit sonum, alioquin fit respiratio sine sono, quando spiritus liberum habet exitum: est enim diaphragma, respirationis origo, & uocis, & omnium uirium corporis. Est autem & ipsa uulsa principium uocis, quia sensibilis ac mobilis, quemadmodum diaphragma. Et insuper efficit uires corporis, quemadmodum & ipsum diaphragma: nam in omni conatu fit oppositione omnimoda tracheae arteriae superposita uulsa, ut compressione diaphragmatis spiritus qui est in fistulis pulmonis, non possit sursum per os exire: sed transmittatur ad cor, & a corde ad uenas, & inde ad pelles cerebri & spinalis medullae, a quibus nouissime transmittitur ad nenuos: quorum tensio uires corporis efficit: tenduntur autem modico spiritu os subintrante & inflante.

Pulmo autem est immobilis secundum se ipsum & insensibilis, quemadmodum & ipsa trachea arteria, unde & in peripneumonia non sentitur dolor, sed grauitas sola. mouetur autem pulmo cum diaphragmate, eo quod colligantia haec ad ipsum quibusdam pelliculis: & insuper ex eo, quia dilatatione diaphragmatis maior existit capacitas inter diaphragma: quam necesse est impleri ex aere inspirando, & inflatae fistulas pulmonis, quae intra diaphragma continentur. Queritur autem de motu diaphragma tis, utrum sit voluntarius. Si enim est voluntarius, quo modo igitur fit in dormiente: si autem non est voluntarius, quo modo ergo potest voluntarie retineri? nam & quidam leguntur tandem continuisse, donec extincti sunt. Dico autem motum diaphragmatis voluntarium esse, fieri quidem uoluntarie per nenuos, nihilominus et fieri propter aliam causam. Nam cum calor continet effluat a corde, necesse est continue influere aarem ad cor, qui inflat pulmonem, & propter hoc totum diaphragma, pro eo quod pulmone inflato necesse est capacitate diaphragmatis augmentari. Non solum autem inflatione pulmonis, quae fit ab aere inspirato, causa est ut diaphragma dilatetur, immo etiam, quia aer in spiratus transit a pulmone per cor ad uenas diaphragmatis, procedentes a corde, in quo est origo uenarum omnium, non solum pulsantium, immo etiam & aliorum, ut alibi ostenditur. Non solu[m] autem uenae diaphragmatis inflatur spiritu, immo et aliq[ue] uenae remotaes a corde, ut in fortissimis fractum cranium, si anhelitus continet: nam & ictus, qui nenuos subintrat, procedit a corde ad nenuos per intermedias uenas: quod probatur ex eo, quod quibusdam uenis collum compressis, fit homo absque omnisi sensu & motu. Non solu[m] autem pulmo ministrat cordi aerem ad nutrimentum caloris uitalis, immo etiam communit & conservat calorē, qui est in corde: cuius simile est in cinere videre, qui superponitur igni ad conservandum ipsum. Haec autem pulmo, quemadmodum & cinis, plurimam ratiatem, per quod habet ignis moderatam respirationem, & moderatam aeris influxionem: fitque inspiratio, & respiratio per fistulas, procedentes a trachea arteria, ad cor terminatas, quae sunt in pelle circumferente pulmonem. Manifestum est enim, quod ad conservationem ignis necessarius est aer, non ut quidam putant propter refrigerationem, sed nutrimenti causa: est enim aer nutrimentum ignis: omne autem nutrimentum, simile fit ei, cuius est nutrimentum: aer enim influens per poros cineris, igitur

ad re-

A ad restorationem euaporationis ignis: aer. n. per digestionem fit ignis. Digestionē voco separationem ignearum aeris partium ab alijs partibus: est. n. aer corpus dissimilium partium, habens caliditatis, & frigiditatis particulas in se ipso: vnde nec aer est elementum, sed, sicut alibi ostensum est, duo tantum sunt elementa, calidum & frigidum. Dico etiam q̄ ex aere fit aqua, euaporatione ignearum partium. Nam cum omnium fluminum origo sit à montibus, dicit Aristoteles non solum vapores aqueos ascendere inferne per venas quasdam ad crepidinem montium, & inde distillare, sed etiam in ipsis venis montium aerem per frigiditatem in aquam conuerti. Manifestum estiam, q̄ nec aqua est elementum, nec aer: fit enim ex aqua glacies, expressione aeris, qui in ea erat: vnde minor est glacies, quam fuerit aqua, propter aeris eductionem: nam & omne metallum maius fit, si liquefiat, quam fuerit prius: ignis enim subintrans liquefacit aquam quae in poris metalli congelata est. Sunt autem pori in metallo adeo angusti, ut non possit aer, sed solus ignis subintrare. Rursus autem oportet scire, in omni nutritione id quod nutritur, attrahere & congregare particulas sibi similes, quae disseminatae sunt in eo, a quo fit nutrimentum, pro eo quod naturaliter simile ad suum simile tendit. Fit autem digestio nutrimenti per calorem, pro eo quod calor, vt ait Aristoteles, aggregat similia, & disgregat dissimilia. Quemadmodum. n. in ventilatione adunatur

B per commotionem granum seorsum a palea, ita etiam similiter in nutrimento fit per calorem cōmotio omnium partium, & in ipsa commotione similiter in nutrimento similiū ad se inuicem adunatio. Facit autem calidum commotionē, pro eo quod in continuo motu est, vt est videre in aqua bulliente. Amplius autem calor inspissat nutrimentum, dum continua sua euaporationē partes aqueas secum trahit: Deinceps autem oportet scire solum diaphragma esse principale instrumentum respirationis, pulmonem autem fistulis plenum recipere multitudinem inspirati aeris in fistulis suis: & ob hoc receptaculum spiritus appellatur. Subintrante igitur aere inflatur pulmo, & rursus paulatim detumescit, aere paulatim transmissō ad cor, ad nutrimentū caloris qui est in corde. Vnde quia colligitur multus aer in pulmone, qui sufficit aliquando ad nutrimentum caloris cordis, inde est, quod aliquis potest aliquando absq; spiratione perdurare, & aliquando ab aliis interpolatione uocem protrahere. Insuper autem, & aer breui aliquando tempore permanens in pulmone calido existente, ibi q; digestus efficitur competentius nutrimentum caloris cordis. Dicit. n. Aristoteles, quod pisces, qui branchias loco pulmonis habent, attrahunt interius aquam, ad refrigerandum calorem uitalem cordis. Dico autem calorem uitalem nutrimento indigere, non autem refrigeratione: nutrimentum vero ignis nullatenus est aqua, sed aer. Sunt. n. in prædictis pi-

Cscibus pori quidem branchiarum ad cor adeo subtile, quod non capiunt nisi aerem solum, per quo transit aer, qui est aquae commixtus. Dicit aut̄ Aristoteles aerem non esse intra aquam, persuadens hoc ex eo, q̄ cum aer leuior sit aquae supernatans, non autem admiscetur ipsi. Est autem sibi ipsi contrarius, cum alibi dicat glaciem fieri ex aqua per expressionem aeris qui est in ea. Verū pisces pulmonem habentes multo plus habent caloris, quam cæteri pisces, vt delphini, & phoca, & canis, & cete omnia, & similia. Quoniam igitur multus calor qui est in eis multo indiget aere ad sui nutrimentum, inde est, q̄ spirant extra aquā. Scire autem oportet, q̄ trachea arteria veniens ad pulmonem, facit circa eum pellē plenam fistulis pluribus ac subtilibus, quae terminantur ad vē trem sinistrum cordis: habentq; foramina subtilissima, per quae capiunt aerem solum, non autem sanguinem: fitq; per hēc foramina inspiratio aeris ad sinistrum uentre cordis: sanguis autem qui est in sinistro uentre cordis, non potest per ea affluere propter eorum angustiam. Amplius aut̄ uena, & arteria procedentes a duobus uentribus cordis, perueniunt ad pulmonem, & faciunt circa eum pelles duas, plenas venis, & arterijs pluribus ac subtilibus. Qm̄ autem in conatu fit ^{*Al. conculta} conclusio spiritus, non solum in fistulis pulmonis, sed etiam in uenis, & neruis, contingit qnq; terminos tio. uenarum ex multo spiritu dilatari, spirituq; exente trahere secū sanguine: estq; sanguis hoc modo exiens spumosus, p p spiritum sibi admiscum. Accidit etiam eadem causa sudorem exire per pores corporis. Est autem sudor, sanguini aqua admista. Pori uero sunt venae subtilissimæ quae a crassis uenis procedunt. Contingit autem poros ex multo, aut feruido spiritu vsq; adeo dilatari, ut ēt exeat sanguis per eos, fiatq; sudor sanguineus. Miror autem plurimum super eo, quod dicit Aristoteles se uidisse poros cordis in pulmone, per quos fit aeris inspiratio, & exspiratio, cum sint imperceptibiles propter suam paruitatem, quemadmodum & pori uesicæ, per quos ingreditur urina: maxime cum per frigiditatem obstruantur huiusmodi pori in mortuo animali. Dicit enim tres esse uentres cordis: cum sit patens uisus esse tñ duos, ab uno. n. procedit magna uena, & ab alio magna arteria: in paruis etiā animalibus unū tñ esse, a quo procedit magna arteria. Postmodum aut̄ scire oportet, q̄ pulmo, cū sit spongiosus, & calidus, habet uim attractiū: attrahitq; aerem ad se, ad refrigerandum calidum cordis, quemadmodum uentosa igne intromitto: exit. n. ignis per pores uentosæ, & necesse est aerem subingredi. Idem quoq; est videre in hepate, quod spongiosum est, & calidum: attrahitq; succum cibi ab intestinis per medias uenulas cuiusdam pellis, quæ media est per intestina, & concavā uenā hepatis, & cōtinuata est utriusq;: dicuntur aut̄ uenulæ illæ mesa raicæ, siue mesentericæ: pellis in qua sunt, mesenteriū siue mesareū appellaet, & protenditur a me-

LIBER DE UTIL. RESPI.

dio uentre per intestina . Dicit enim Aristoteles mesenterium vicem radicis obtinere: sicut enim **E** radix attrahit nutrimentum a terra , ita & mesenterium ab intestinis nutrimentum corporis animalis. Cor etiam, in cuius concavitate plurimus est calor continue effluens, attrahit continue à fistulis pulmonis: attrahit etiam succum cibi a concava vena hepatis, quia, ut ait Aristoteles, in corde perfecte digestus sanguis fit. Rursus autem cor attrahit ab intestinis succum cibi aliunde, quam per hepar, id est per medium arteriam: arteria enim, quae protenditur a corde per dorsum & coniungitur mesenterio, non transit per hepar, cum dicat Aristoteles, In hepate nulla est omnino arteria. Est autem sanguis arteriae liquidior, quam venæ: & præ nimia sua aquositate non coagulatur, quemadmodum sanguis qui est in vena. Huius autem hæc est causa, q̄ hepar venæ suppositū maximam habet vim attrahendi: attrahitq; luccum cibi multum ac spissum ab intestinis: ideoque in vena multis est sanguis ac spissus, qui cito coagulatur euaporante aqua. E contrario vero sanguis arteriae modicus est & aquosus, pro eo q̄ arteria habet uim attrahendi debilem ex solo proprio calore, & etiam ex corde . Dicit enim Aristoteles, q̄ in quibusdam animalibus sanguis ipsius venæ liquidus est, & non potest coagulari, vt in ceruo, & lepore: suntq; huiusmodi animalia timida, pro eo q̄ habent sanguinem frigidum, & aquosum. Rursus autem quædam animalia habent sanguinem valde spissum ac terrestrem, qui coagulatur statim, vt taurus: cuius etiam sanguis veneno **F** fuscus est. Et huiusmodi quidem animalia habent pinguedinem quandam terrestrem, quæ sepum dicitur: & sunt plurimum ossuosa: & sunt etiam calida, & audacia: nam sanguis terrestris plurimum

A1. si prius calidus est, pro eo, q̄ est receptaculum amoris: sed prius contingit* calorem in eis egisse, vt est videre in calce, & cinere, similiter & sale. Nam sal genus terræ est, estq; sal terra incensa: quod probat Aristoteles ex eo, q̄ quibusdam calamis incensis, & incineratis, fit sal, si mixtus fuerit aquæ, & eadem aqua bulliat ad ignem. Vinum etiam quanto fortius est, tanto terrestrius est: quod probatur ex eo, quod quanto fortius est, tanto ponderis plus habet, adeo etiam quod supernat oleum

A1. ouum. *in eo. Amplius autem uinum, & liquores alii, varios sapores habent ex terra sibi admista: unde in quadam regione vinum suspensum ad ignem in utribus, indurescit in modum salis, euaporante aqua. Dicit etiam Aristoteles, q̄ in sanguine spiso inueniuntur neruuli quidam: & quanto spissior est sanguis, tanto plures insunt: in liquido autem sanguine nulli possunt inueniri. Dicit etiam Aristoteles, quod homines liquidioris sanguinis, sunt timidi, sed boni sensus, ex eo quod molles carnes habent suntque passibilia maxime in eis instrumenta sensus . Videndum autem est deinceps, **G** utrum aliquis meatus sit a vena ad arteriam: quod quidem probatur ex eo, quod si scinditur vena, aut arteria, effluit omnis sanguis, tam qui est in uenis, quam qui est in arterijs. Quæritur autem quod modo sanguis intret arteriam, si uerum est, ut plurimi putant, totum succum cibi, ex quo fit sanguis, transfire ad uenam hepatis. Aiunt igitur quidam, quod cum uena, & arteria habeant in corpore parietem communem fistulas quædam habentem, sunt quidem in medio illarum fistularum quidam meatus angusti, per quos excolatur sanguis: & meatus illi in mortuo animali non apparent, quoniam per frigiditatem sunt obstructi. Dico etiam meseraicum, per quod transit succus cibi ab intestinis per totum corpus, non solum continuari uenis hepatis, immo etiam arteriæ cuiusdam procedenti a dorso, & non transeunti per hepar, sicut testantur omnes, qui de anatomia scripserunt: ex quo manifestum est, succum cibi non omnino transmitti ad uenam hepatis, immo etiam partim ad arteriam. Amplius autem uena, & arteria simul in toto corpore sunt, præterquam, ut ait Aristoteles, in hepate, & splene: iungunturq; adiuicem quibusdam pelliculis, in quibus sunt uenulae subtiles, per quas ab arteria ad uenam excolatur liquidus sanguis . Scire etiam oportet, q̄ non solum a uena hepatis, immo etiam ab arteria sunt meatus quidam ad renes. Dico autem, q̄ ab omnibus uenis, & arterijs corporis mititur urina, quemadmodum & sudor: nam quemadmodum urina, ita quoq; sudor nihil aliud est, quam aqua sanguini admista. Dico etiam, q̄ quemadmodum hepar, ita quoq; & splen attrahit succum cibi ab intestinis per medium mesenterium, cui continuta est uena splenis, quemadmodum & hepatis uena: unde splen, ut ait Aristoteles, recte hepar instrumentum potest appellari. Item a corde protenditur uena ad splenem, quemadmodum ad hepar, per quam cor attrahit sibi succum cibi a splene: quemadmodum ab hepate. In splene autem, ut ait Aristoteles, nulla est arteria, quemadmodum nec in hepate. **H** Dioco autem, q̄ in curuatura hepatis, & splenis inueniuntur tam arteriæ, quam uenæ: in gibbo autem hepatis sole inueniuntur uenæ, que conueniunt ad cauam uenam: in gibbo uero splenis nec uena est nec arteria. Miror autem quam plurimos antiquorum ignorasse usum splenis in corpore humano: alios autem opinatos nosse, penitus errasse . Solus uero Aristoteles in libro de particulis animalium diligenter supra hoc scripsit: qui fuit solus ueritatis ostensor.



GALENO ASCRIPTVS LIBER

C V I T L T V L V S E S T

COMPENDIVM PVLSVVM

C E N S V R A.

Liber iejunus, sed non omnino reiciendus.

Boc ei quod de pulsibus possibile est competētem modum circuit. Primum autem aiunt^{* Al. forte Ac} egenum antiquum de pulsibus: item nō de pulsib. hoc intitulasse, sed de pal^{gymium.} mon. i. de saltibus. ignorauit. n. vt decens hic vir, quæ existat differentia pulsus, & palmi. i. saltus: sicut deinceps ostendemus, primum dicentes, quid sit pulsus.

De Definitione pulsus.

Pulsus igitur est diastole, i. dilatatio, & systole, i. constrictio cordis, & arteriarū: solæ. n. hæ eorum, quæ in nobis, pulsuali motu mouentur. Alia vero, quæcunque videntur, & ipsa pulsualiter moueri ut meninges, quæ circa cerebrum sunt in pueris visæ, secundum participationem arteriarum mouentur: circa quas particulas fit palmos, i. saltus, & tremor, & spasmus.

De ijs, quæ pulsus similantur.

Similia vero pulsui sunt, & palmos, i. saltus, & spasmus, & tremor: etenim & hæc videntur quibusdam ita fieri, sicut & pulsus ex diastole, & systole. Differentia vero in eis existit plurima. Igitur Praxagoras quidem existimauit hæc ad se inuicem differre quantitate, non adhuc autem qualitate: fieri autem ex pulsu, qui magis, eo circa motum extenso, palmon, i. saltum: ex palmo vero, tremorem: & hoc quidem Praxagoras vir non liber, neq; in ijs, quæ secundum medicinam sunt, contemplationib. neque in alijs secularib. Herophilus vero diligentius insistens huic loco, in qualitate magis eas differentias inuenit: fieri. n. pulsum circa arterias solas, & cor: palmon autem. i. saltum & spasmus, circa musculos, & neruos: & pulsum similiter generari cum animali, & mori cum eo.

Fit autem pulsus ita. Quando cor attraxerit ex pulmone spiritum, primum quidem eum suscipit in sinistrum suum ventriculum: demum super concidens, deinde ipsis arterijs præbet. Continet igitur in concione, repletis ijs, quæ in corpore sunt, arterijs, pullum perfici: euacuat autem, systolen. Igitur arteriæ quidem, sicut dixi, replete cursum perficiunt, assumentes spiritum: cor autem euacuatum, sicut deinceps demonstrauimus. Proprium igitur terminum. i. definitionem dedimus eius, pulsum dicentes esse diastolen, & systolen cordis, & arteriarum.

Vnde constet pulsus.

Consistit autem pulsus ex diastole, & systole. Quia vero in pari, & eodem tempore, & cor, & arteriæ pulsum perficiunt, & propterea existimant fere omnes quod repletis vtrisque similiiter fiat, volo repræsentare eorum errorem. Nam quod quidem impari tempore ex arterijs, & corde pulsum, qui fit, assumimus: manifestum est: quod autem arterijs quidem repletis corde euacuato. hoc fiat, volebam remittere eos, qui volunt discere ad anatomiam. i. ad incisionem: vt autem non videar inuidus esse, & liuorem habere, paucis repræsentabo. Corpus cordis. i. substantia, pinea forma existit: & ampla quidem pars eius, in qua sunt ora vetricularum eius, pulmoni vnitur, & in medio quatuor fibrarum iacet: vna. n. fibra breuissima reliquarum existens, tertium thoracis spatium repleuit: Acuta vero pars eius, & oblonga secundum sursum cum pectore non ut sit continua, sicut est basis eius pulmoni, sed est absoluta. Continetur autem undique cor, membrana, quæ vocatur pericardion. i. circa cor. Hoc autem non solum pulmoni vnitum esse inuenies a latioribus, sed & pectori in illis partibus, in quibus diximus cordis acutum absolutum iacere. Contingit autem ita, quandoquidem ex pulmone attraxerit spiritum repletum vndiq; ipsum ad latera incidere, & multum spiritum a pectore auferre: Quando uero rursum euacuatum fuerit cor, & euacuatum in naturalem figurā recurrerit, tunc profilit pectori, & percussione facit, & ita concidēs pulsus perficit.

De differentijs naturalium pulsuum sequentium etatem.

His autem ita habentibus, dicemus prius differentias naturalium unamquamque ætatem sequentium pulsuum: demum eas, quæ sunt in febribus: & postea pulsus, qui inueniuntur secundum passionem: in fine uero: pulsus qui ablati sunt denominati.

De Pulsu puerorum noniter genitorum.

Igitur modo genitorū pulsus puerorū existit breuis oīno, & indeterminatus, & in diastole, & systole. Hunc pullum Herophilus alogō. i. irrationalē cōsistere ait: Irrationalē uero uocat pulsū eū,

Spurj.

It. 2 qui

L I B E R

qui non habet aliquam analogiam i proportionem. Neque n. duplēm, neque hemioliam, neque aliam quandam rationem habet hic, sed breuis est omnino, & magnitudine puncturæ acus nobis aduenit: ideo & primum Herophilus alogon, id est irrationalē, cum competenter dixit.

De pulsu crescentium.

Procedente vero ætate, & corpore in augmentationem veniente, & ad rationem, & pulsus augetur ad rationem, diastolen latiorem systole accipiens: quando de reliquo est eis logon. i. rationem, adæquare ad demonstrationem eius, quæ ex grammatica manuductionis. Nam primus qui dem pulsus, qui in modo genitis pueris inuenitur, rhythmum i. tenorem eum, qui breuis syllabæ existit, etiam in diastole, & systole habet: & propterea ditonus intelligitur. Pulsus autem eorum, qui apud augmentationem sunt, proportionalis est pedi, qui apud eos theo: est autem hic tritonus, diastolen quidem in duo tempora accipiens, in vnum uero systolen. Pulsus uero eorum, qui in status ætate sunt, in utrisque par existit, vt in diastole, & systole, comparatus pedi uocato spondeo, qui utique dissyllaborum pedum longissimus est: constat igitur ex temporibus quatuor: hunc pulsus Herophilus per paria uocat his qui pedi. Declinantur uero, & ferme iam senum pulsus, & ipse ex trib. componitur temporib. diastole duplo systolen accipiens longior enim. Et hi quidem sunt pulsus, qui secundū latitudinem ætates in sanis sequuntur. Deinceps autem sunt in febricitantib. F

De pulsu in febribus.

* Al. intelle-
ctu.

Eorum, qui incipiunt febrire, pulsus parvus oīno est, & subintrās, persecutionē patiēs in utrisque, & in diastile, & systole, ut ferme qñqz, & uix incidat tactui. In superadditione uero fm parum adauget diastolen, & systolen, accipies & maiore, & prolixiorē, p p spiritus ascensionē. In statu uero in utrisq; par existit, & in systole, & diastile, ceu, & febri parilitatē accipiente. In descensione uero, systolen quidē diastile accipit prolixiorē. Calor uero in uentre, superabundat magis, q in extremis, quia in primis quidem serè uniuersus calor in medijs superabundat, ut multoties & infrigidari contingat extrema. Qñ autem sunt in superadditionib. circa media quidem amplior est calor, in extremitatib. uero paucior. Statum autem accipiente febri, & calor pariter inuenitur in extremitatib. & in medijs. Et hi quidem sunt, qui secundum latitudinem sequuntur febientes pulsus.

De pulsibus passionum in generali.

* Al. medijs.

Pulsibus autem, qui secundum passiones sunt multis, & diuersis existentibus, & de his pulsibus qui in acutis passionibus sequuntur, dicemus.

De pulsu phreneticorum.

Phreneticorum uero pulsus breuis, & erroneus, & non bene robustus, propterea, quod continua spiritus a uigilijs motus superaccidit tactui, ac si accideret motus ab arcu tensi nerui, & chordæ: & omnino minimis partibus manuum nostrarum superaccidit, id est occurrit.

De pulsu lethargicorum.

Lethargicorum uero pulsus est magnus, & uacuus fm longitudinem, & latitudinem, nobis superaccidens profundo intellectu: quare & quidam præsumplerunt dicere pulsus incorporeum.

De pulsu cardiacorum.

Cardiacorum vero pulsus est minor qui finaliter est pulsu phreneticorum: robustior vero, & quasi morosior, vt & alijs partibus subaccidat, id est sentiatur tactu: hoc autem sit spiritu quandoque quidem remissionem accipiente, & retentionem, quandoque vero intensionem.

De pulsu pleuriticorum.

Pleuriticorum, & peripneumonicorum pulsuum, in paucis quidem est differentia, solum autem ijs, qui ualde empirici, id est exercitati, seu experimentati sunt, comprehensibilis est: acutus enim, & vehemens quamplurimum inuenitur, & immissiones inæ qualiter multoties faciens.

De pulsu epilepticorum.

Epilepticorum vero eorum quidem, qui sunt sine spasio, & contractione particularum, pulsus est magnus, & diacenus. i. vacuus, & continuus, & fugatus, persecutionem patiens, quam plurimum. Et hi quidem sunt pulsus, qui fm hanc passionem, fm plurimum assequuntur, similes pulsi lethargicorum. Eorum autem, qui sunt cum spasnis, pulsus est magnus, & diacenus, i. vacuus.

De nominibus pulsuum.

Sicutum autem, quod omnis pulsus consistit ex magnitudine, & velocitate, & plenitudine, & rythmo, & tenore. Et magnus, est secundum longitudinem, & latitudinem, & profundum: digna ratione tactui accidens. Plenus autem, est vehemens, & quasi neruiter tactum percutiens. Eius rythmos autem, i. bene tenoratus pulsus, qui in vnaquaque ætate naturalem consequentiam seruat: dicitur autem hic pulsus eurythmus, pararrhythmus vero est, qui cito desilit a manu. Velocitas autem a spissitudine differt, nam velocitas quidem secundum vnam poterat arteriæ intelligi percussionem, spissitudo vero secundum plures. Ita denique dicimus quidem velocem, eum, qui in paruo tempore longitudinem explet: Spissum autem, qui continue per eundem locū deuenit.

De generibus pulsuum.

Genera pulsuum secundum quietem spissitudo, & raritas, in quo velocitas, & tarditas: secundū totum

Atotum robur, id est tensionem, vehementia, & amydrotes, id est obscuritas: secundum corpus arte
riæ, durities, & mollities. Igitur hi quidem ita.

De nominibus secundum antiquos quorundam pulsuum.

Deinceps autem de his pulsibus, qui a veterib. scripti sunt, & necessarij maxime sunt, & in quie
te existunt, dicamus. Dicitur quis pulsus myurizon. i. muris modo caudatus: cuius sunt rursus duæ
differentiæ: Hic quidem non attritis digitis magnus, & vehemens, demum eas quæ deinceps sunt
diastolas longiores accipiens, in fine rursus, & citus, & magnus, & vehemens sentitur: Alius vero
paruus ^{*Al. accidēs} sentitur, & eas, quæ deinceps sunt, immisiones magnas operans rursus, & citus, & paruus
accidit: his pulsus quidem quandoq; inuenitur, & sanos naturaliter assequens: quando vero inuen
tus fuerit in ægrotantib. in paruitate superabundans, eos qui debent abire perindicat: qui vero in
magnitudine, eos qui in lethargum. Dicitur pulsus, & parempinton, i. intercidens, quando plures
diastolas, & systolas operari dimiserit, secundam diastolen spissiorem attulerit: hic pulsus quidem
quandoque lequitur, & sanos: quando vero in ægrotantibus inuētus fuerit, nihil irrationale signi
ficit. Dicitur quidem pulsus dicrotus, quando diltans arteria maiorem vnam diastolen, alterā at
tulerit breuiorē; hic pulsus fit in sanis quidem, a cursib. vel exercitijs, vel aliud quid cito nobis ope
rantibus: in ægrotantibus vero, manibus maxime febrentium inuenitur. Dicitur autem pulsus &
dorcadizon, quando magnus prius accidens, mox brevis accedit, vt putetur ante quam systolen fa
ciat finaliter arteria, rursus dilatari: hic pulsus inuenitur magis in a gritudinibus, quæ sunt circa
thoracem. Dicitur pulsus myrmecizōn: hic autem est, qui continue, & subtiliter diastolen facit, vt
videatur myrmecos, id est formicæ in manu fieri deambulatio: fere ex omnibus deficiendo inue
nitur. Ultimus vero omnium eorum, & breuissimus, est, qui vocatur scolecizōn, id est vermicu
lans: hic vero ita paruus, & languidus, & amydrus, id est obscurus existit, quod formiculante, &
breuissimo penitus existente intelligatur diastile, & systole, in hoc autem nequaquam, sed velut
desinentia solum, & reuolutio spiritus in arterijs perficitur in eo.



CGALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE MOTIBVS MANIFESTIS
ET OBSCVRIS

*Quem Ioannitius de Graeca lingua in Arabicam translulit: Marcus autem
Toletanus de Arabicā in Latinam.*

CENSURA

Galenus huius libri sui s̄ae p̄ius mentionem facit: & in hoc etiam multos suos libros.
citat: ob variastamen translationes aliquæ mendæ
in eum irrepserunt.

De Facultate, & in primis instrumentis Motus.

DNquit Galenus, Illi quorum proprium est anatomiam meditari per hoc, quod di
cunt motus liquidos, eos qui uidentur in corporibus animalium, sensui manife
stos intelligunt: ueruntamen quo membro siāt penitus ignoramus: & quamuis
hoc uideamus, qualiter fiant non scimus: t̄ideo de his doctrinam oportet nos a
gere. Principium autem inquisitionis de motibus liquidis est, vt primo inspicia
mus, an sint actiones membrorum, & an ex eo, quod sint passiones ab eis. Et per
actiones, intelligo motus agentes imprimentes: & per passiones, motus intelligo, qui sunt a mo
tore agente, quando ipse mouet aliquid aliud. Et tu poteris vno exemplo duorum horum mo
tuum naturam intelligere: Nam motus manuum, & pedum, distendendo & complicando, uel in
clinando, & mouendo ad utranque partem, quæ quidem ossibus eorum interiacent, iuncturis ef
ficiuntur. Manuum autem fit iunctura, quæ est in compositione ossis adiutorij, & hæc quidē iun
ctura vocatur mabit: & iunctura, q̄ est in cōpositione duorū faciliorū, est cū ossib. & iunctura ossiū
basī, q̄ interiacent duob. faciliorib. & pectini, & vocatur rasceta: & iuncturis digitorū. Pedum ue
ro motus sunt iunctura genuum, & calcaneorum, & digitorū. Et si quid desiderat motus iuncturę
humeri numerare cū motib. manus, & iuncturę motus coxae cū motib. pedis, non intromittit in

spurj.

I: 3 signi

^{*Al.} ideo int
est, vt eorum
causas inqui
ramus.

^{*Al.} & est pe
sten.
^{*Al.} iunctura.

Significatione diuersitatem per hoc, uel uarietatem: uerunt̄ sufficit in hac significatione, ut dicatur, q̄ potum ossis adiutorij in iunctura componitur humeri cum pyxide q̄ est in osse scapule: & q̄ summitas ossis adiutorij inferior, composita est in iuncturam abit cum duob. brachij focilib. ficut dūae summitates dñorum focilium, ab infe: iori cum ossib. paruis rascetæ componuntur. Similiter in pedib. iuncturæ ex compositione ossium, q̄ sunt in eis, erunt. q̄ si res in hoc ita se h̄et, anatomici uerū in hoc dixerunt, q̄ motus manuum, & pedum sunt ossib. non tñ ab eis, qm̄ h̄ec quidē est actio lacerti mouentis ea. Prouenit ergo ex hoc, ut motus lacerti sit actio lacerti: & motus ossis sit passio eorū: & passio eius qđ fit, & actio eius qđ agit. simul existant: Discrepāt tñ in eo, q̄ aq̄ ḡes est principiū sui motus ab ipso, & patiēs est principiū sui motus ab alio. Sicut ergo qñ lacertus agit, mouet quidem primo vnum duorum ossium cōpositorum in iunctura, & est illud os, qđ cōtinuatur cum adiutorio: deinde mouet se dō ipsam iuncturam mouendo os: ita anatomiam cōsiderantes inuestigauerunt, an oporteat dici, q̄ lacertus ipse agit primo, aut recipit ēt uirtutem motus ab aliquo alio. Ut aut uiderunt, q̄ unicuiq; lacertorum continuantur arteria, & uena, & tertiu quiddā. i. neruus, unicuiq; eoru intendentis unsiquodq; sigillatim uinculo constringerunt, cōsiderantes in ipsa constrictione, an motus impediretur lacertorū aut mobiles permanerēt. postq; āt motum lacertorū strictis arterijs, & uenis in suo manentē statu deprehenderunt, ipsumq; strictis F neruis impediti, q̄ ad lacertos quidē uirtus d̄ geritur a neruis aliqua, per q̄ fit actio eorū, iudicauerunt. Deinde iuxta hanc uā inquisuerunt diligenter, an h̄ec actio sit neruus ex sua natura, & substantia, an supra neruos aliqd̄ membrum sit, qđ neruus uirtutē motus exhibeat, sicut lacertis exhibere uiderunt: Adh̄erentes aut̄ neruis eosq; p̄cidentes sectionem eorum superiorem in sua sensus & motus habitud ne persistere deprehenderunt: inferiorem autē, a loco sectionis sensu priuari, & motu. Ex hoc itaq; īd̄ eis apparuit, uirtutē motus ēt neruus ab alio mēbro eis superiori trāsmitti, coniecturauerunt. Prospicientes, igitur primā neruorum originē, ēaq; indagātes, quosdā eorum oriri a spinali medulla, quosdā a cerebro, deprehenderunt: ab incidentes itaq; spinalē medullā, deprehenderunt, q̄ ab inferiori parte sectionis non transmittitur uirtus ad neruos quidē, a quib. uirtus oritur, q̄ prius transmittebatur ante abscessionem: & a superiori uero sectione, quā est super abscessionem, quā prius transmittebatur uirtus, transmittitur; actūne iudicauerunt uirtutem quidē motus ad neruos a cerebro transmitti. Deinde postmodum inquisuerunt, an sit hoc, qm̄ illa uirtus sit innata substantiae suae propria, an a corde sibi transmittitur, neque ad hoc in isto loco ne G cessitas virget, cum nos inueniamus utiq; neruos exhibere lacertis virtutē motus a cerebro procedentem. Primum igitur membrum, ac p̄cipuum, vniuersa quidem membra corporis aīalis mo uens motu voluntario, est cerebrum, cetera uero, q̄ quidē cerebro interacent, & ultimo mēbro qđ mouetur, mouent se fm ordinem ita, q̄ unūquodq; eoru mouens, ac motū existat. Restat ergo ut cerebrum moueat tñ, nec aliud moueat ipsum. Similiter fit ut manus, ac pedes moueantur tñ. Et iā declaraui in tractatib. quib. inuestigauit de uirtute ordinatiua, de uirtutib. aīx, q̄ cerebrū eget hepate, & corde ad conseruandum substantiam suā: & q̄ non transmittitur ab illis uirtus, qua sit motus uoluntarius, hic aut̄ non est aliquid, qđ nos cogat, ut probationē ad hoc inducamus, cū sufficiat in hoc tractatu conclusione propositionis illius uti duntaxat: quia non memorauit, qđ appetit in anatomia, ut exponerē per h̄oc, q̄ uirtus ordinatiua transmittitur per neros a cerebro ad lacertos: uerum ut a me intelligeretur sufficienter, in quo differant motus, & actio: qm̄ significatio, quam significat nomen motus, generalior est: & significatio, quam significat actio, specia lior est: cum nos appellemus actionem, motum agentem: & passionem motū ab alio prodeuntē.

De motu respirationis, quā notior est visus veteribus.

E T sermo iste, in quo nos sumus, est, quo intendo inuestigare de uno quoq; motu, qđ sit membrum, qđ ab eo patitur, & qđ mēbrum operetur ipsum, u.g. de anhelitu: quia melius est, ut ponam sermonem meum de ipso, ut exempli cauila luceat: cum non conferat ex exēpli quidem H rōe duntaxat, uerum cū ipso exemplo non est utiq; modica pars, de qua inuestigate proponimus. Videmus, n.manifeste, q̄ anhelamus: & h̄ec quidem actio aīalis est cōposita ex aeris inspiratione, ab exteriori ad interiori, & expiratione ē conuerso: & appetet ēt q̄ id, qđ mouetur in concavitate pectoris in anhelitu faciliter, concutitur inferioris duntaxat: in anhelitu uero magno, non solū mouentur inferiora tñ, uerum ēt mouentur loca lateribus oīb. uicina. Discordes ēt fuerunt medici in motu anhelitus, an sit ēt ex lacertis, ut sunt alij motus uoluntarij, aut aliter. Et quidam iudicauerunt, quod h̄ec actio naturalis sit, sicut pulsus arteriarum, & cordis: alij uero iudicauerunt actionem esse uoluntariam: alij autem quod sit actio composita. Et h̄ec quidem inquisitio magis ad dialecticam, q̄ ad medicinam spectat. Inquisitio autem, q̄ dignior est in operib. medicinæ, est qua quidem inuestigatur, quo instrumento mouetur clibanus. i.concauitas pectoris, per quam fit anhelitus, qm̄ hic quidem dilatatur, prout apparet in anatomia. Apparet quoq; in anatomia qđ hic clibanus ex ossib. quā latera uocantur, & lacertis componitur interiacentib. Merito ergo anatomiam considerantes dixerunt, q̄ illud membrum, q̄ diaphragma uocatur, est una pars istius clibani, nec tñ illud totaliter: & hoc quidem usque ad tempus magistrorum nostrorum homines arbitrati

* Al. extrahi-
tar.

Abitrati sunt, q̄ mēbrum istud instrumentis anhelitus nobilis existat. In nō uero tēpore factum eius patuit ex eo, quod de operatione huius membra declarauit, qđ s. mouet partes clibanū dunata in inferiores, quē admodū illud, qđ mouet superiores eius, est lacertus à collo descēdens. Mouet quoq; id, qđ interiacet, lacertus quidem, qui inter latera cōstituitur: nisi quia hic lacertus quidē nō dilatatur clibanū tm̄, verum etiā ipsum constringit: cū vniuscuiusq; eorū habeat duas tunicas positio ne diuersas. Lacerti nanq; descendentes à loco, qui est supra collū, dilatant, & distendunt clibanū tm̄. Et vidi s̄a pe plures homines in facto neruorū, qui mouent huiusmodi lacertos quos prædiximus, qñ quidē vinculo constringebantur absq; clibani ruptura, qđ vinculū illud eos motu clibani penitus priuabat: & discipulos meos instruxi qualiter hoc ipsum, quod declarauit, intelligerent. Et s̄nīa illorū, qui diceūt, qđ anhelitus est motus volūtarius, vel actio volūtaria, nullū argumentū inducit, qđ maioris, quā hēc, existat roboris, ad probandū veritatē eorū: qm̄ motus clibani impeditur statim, & aīal extinguitur subito ore aperto cupiēs anhelitū, cū nequeat clibanū mouere. Vnūquod que horū fuit ab antiquis inuentū: & quedam prēter illa, quē ipsi inuenierunt, postmodum reperi.

*Comparatur cognitio aliorum immaniforum motuum, & liquidorum quorundam
ad antiquorum cognitionem: & ponitur excusatio tractationis illius.*

B E T quodlibet horū antiquitus reputabat ignotū, qm̄ de ipso nihil anatomiā inspiciētes tetige rūt, cui posset aliquis acquiescere, vel quo posset esse cōtentus, nedū sufficiēter probaret. Vt inā autē aliquis motū, et aliqua actionū harū, quē reputabantur esse ignota, reperiatur à quo mēbro aīalis prodiret: & qualiter ab agēte causa, qñ quidē agit multa, quippe horū quē vltimo cōperi, penes me prius erāt ignota, quē admodū de motu clibani retuli: Et in tractatu quide in tertio de motu pectoris: & pulmonis quedā: siquidē mei docuerunt me doctores ad tēpora sua, quibus adie ci postmodū in libro, quē de passionibus anhelitus edidi, quod adinueni, postquā à magistris meis didici. Confessus sum etiam in libro de iuuamentis mēbrorū ignorantiā meā, quā habui de motu palpebrarū superiorū: deinde vero narraui postmodū, qualiter hoc fit, in tractatu decimo libri mei de cura anatomiae. Eodem quoq; modo ignorabam esse duorū neruorū ex utraq; parte arteriarū constitutorū, qui falso, & sine ratione vocantur apoplectici, cū fuerit in eis ingressa malitia, qualiter uox impeditur: demū quippe cū labore maximo ac difficultate cōperi hoc, cū nullus quidquā de ipsis tractauerit sufficienter. Et hēc quidē significatio erat incognita: demū facta est nunc nota, quia reperi neruos mouētes lacertos epiglottidis a duobus neruis duabus arterijs uicinis: qui apo plectici uocantur, oriri. Ignorabatur quoq; cur, ex spondylis dorsi medulla spondyli primi si secū

C idū latū tota abscindatur, donec extrema non se se contingāt, uox impediatur illius aīalis. Et simili ter si unus spondylus locū deserit: quia spinæ medulla comprimitur fortiter. Inueni quoq; hēc & alia quē reputabāt illi, qui fuerunt ante me, ignota de anhelitu, & uoce: & eorum inuentio fuit ex eo, quod in anatomia apparebat. Et reperi quoq; lacertū, qui utrāq; mouet genā, cū prius fuisse ignotus." Nec intelligo quidem in hoc loco per utranq; genam duo mandibularū ossa, sicut Hippocrates intellexit hac appellatione in libro suo de iūnētūris, "quē quidē è contrario nempe uocauerūt: sed intelligo per utranq; genam, corpora, quæ duas continent mandibulas, quē recipiūt, quod os implet de humiditatibus, & cibarijs aut uento, prout in illo, qui vtres inflat, videtur. Specierum item lassitudinis, actio diuersitatis earum per anatomiam fuit reperta: quando in quibusdam, qui laborabant hac passione, vel membra quod lassatur, sensus impeditur, vel in quibusdam motus, uel utrumque simul. Et in pluribus eorum nunquam in hac specie locus putabatur esse dubietatis, quoniam quidem non dubitatur, quod in neruis, qui uadunt ad membra, in quibus accidit ægritudo, quando ingreditur malitia, noceat sensui, & motui. Duæ vero species aliæ non putabantur, donec reperi, secundum quem modum erant in membris corporis, in quibus accidit illud, & non in alijs: quoniam hoc quidem nullatenus accidit in omnibus membris, ob hoc quod non reperiatur in omnibus membris neruus, qui sensum tribuat, & motum lacerto, qui est in membro paciente, præterquam neruus, qui sensum tribuit cuti, membrum scilicet illud includenti.

De motu virg.e.

E T iam narraui oīa ista, quæ apparent ex istis rebus in libro meo de anatomia. Et qui indagat quædam harum rerum, magis cōgruit, vt per dialecticā discurrantur: nisi quia cū hoc ad hoc anatomia iuuamur. Vtpote linguæ prolixitas, donec emineat ori: & satyria sis, quæ accidit in pueris: & in quibusdā est velocior, qñ intuentur quā amant, aut imaginantur eam: quia causa augmenti ex vtroq; modo est difficilis, siue ex volūtate fiat hominis, siue naturaliter sine volūtate. Et in omnibus motibus, qui fiūt ex voluntate, nihil obscurius, & dubitabilius hoc. Qm̄ in pueris ego video, nedū in alijs, qñ ipsi volunt aliquod membrum ex membris suis replicare, aut distendere, aut in partem declinare, hoc quidem faciunt ex voluntate, & hoc quidem ipsi faciunt per lacertum, qui destinatur illi motui, & appropriatur, licet ipsi quidem lacertum illum ignorant, & non ipsi tantum, sed etiā multi medicorum. Et illud est qm̄ inuenio mēbra corporis moueri per lacertum, cui Creator, qui nos creauit, & plasmauit, & in omni tēpore præsens est nobis, prudenter indidit po-

Spury.

I. 4 tentiam

In lib. de Arti
culis com. 1. t.
6.4.7.262. h

* Al. quam,

L I B E R

tentiam mouendi. Quid igitur aliquem volumus motum, mouet lacertum, quem ad hunc plasmavit, & E
creauit. Et declarauit in libro meo de iuuamēto mēbrorum, quod creauit nos non solum prudens sci-
re quid oportebat melius agere, immo cum prudentia habuit potētiā, qua quidē nihil ei de hoc quod
melius, & competentius prouidit esse, defuit agendū: & bonitatē ac largitatē, in qua nulla fuit au-
ritia creādi, quod melius est. Et imperscrutabile videtur opus Creatoris esse veraciter scire, & qua-
liter inest corporibus aīalū: verūtamē non est quidem licitum dicere eū nō viuere, vel non agere:
immo utique est summe prudēs, & potēs, ac benignus, sicut iā declarauimus. Et si notū est, & publi-
cum quod in oīb. corporib. est aī alium, sicut quidam putant, verbum istud inducit ad hoc, quod duē sunt
in corporib. aīalū aīae: quarum una creatur naturaliter, & plasmatur oīb. membris, & est præ-
posita oīb. quidem voluntatib. eius, ex quib. actiones procedūt per motum lacertorum, qui depu-
tantur illis actionib. proprie: alia vero est aīa, qua voluntas inest actionum. Quidam tamē hoc re-
spuentes non fuerunt contenti hoc: & ab ipso fugerunt, dicentes quod aīa qua quidē uolūtas existit
est illa, quae per se & suā essentiā vniuersa corporis mēbra imaginatur, ut quod uoluerit de actio-
nibus cōpleteatur. Et huiusmodi quidā dicti appetit peremptio, propterea, quod si nobis esset hēc aīa,
ignoraremus cum ignorantia actionū inuenire, an illi quidē lacerti sint, aut nō sint. Et ex eo, quod
cōpetit ei quod diximus, est quidē, quod illud quod diximus, non solum est uerū in animis hominum, F
uerum etiā in animalibus remotioribus intellectu, hoc est in brutis, ut sunt asini, oves, porci: adeo
quidē ut animas habeant in summa potētiā, & prudētiā, & bonitate, ac largitate, iuxta quod expo-
scit natura corporum eorum, aut creatura exigit. Et si nos quoque cetera dimis̄rimus animalia, &

<sup>* Al. cir cun-
scriptis illis</sup> simus homine contenti, cui quorundā aīalū cōparatione intellectus attribuitur proprietate infra il-
la, uidebimus, quod uita in actionibus, quem fuit à uoluntate cōsistit, nec in alijs liquet actionibus, &
non nobilioribus, atque p̄cipuis. Congruit igitur ut dicatur, quod nō est actio quidē nobilior hoīi,
nec conuenienter rōnali, quā ratiocinari, ac loqui: & hoc quidē circūdistinctione, quā lingua agit
in uoce expedita, ab epiglottide distinḡta: Cū lacertos habeat lingua, quorū quidē ipsam sursum
attrahunt ad partē palati ad oris suprema: alij uero in contrariā eius partē trahunt eā, donec ad in-
feriorē deponat mādibulā: lacertos: quoque alios habet quā plures, qui ad utranque partē eā declināt. Neque aliquis est puerū, neque adulterū, & eorū, qui anatomia inspiciunt, qui lacertos lin-
guā nouerint, quā uoluerit aliquod nōū pronunciare: uerbi ḡra, si dicat Petrus, quod ualeat prius ex
cogitare, et intelligere, quo lacerto, et quo motū, illud nomē proferat. Cōuenit igitur et cōpetit,
ut musculus, cui libido fuerit irrogata, sicut hāc rōnē incurrat satyriasis, quā libidinem autumat, &
imaginatur per aptitudinē rei ad hoc. Et quod mēbrorū corporis immutatio imitatur & aīae immu- G
tationē, nō in motibus tūm, sed in alteratione coloris erit instar hmōi. Et ante modos huiusmodi al-
terationū, quādā sunt alteratōnes quem fuit calore, & frigore: & ex hoc est, quod sēpe contingit dimi-
nitio ei, quem arripit timor subitus, uel horror, uel angustia. Et ex hoc arguerunt quidā, dicentes, quod
animē quidē non sunt aliquid per se existens, adueniens corpori, ut possibile sit absque corporibus
existere, uerū animē sunt quid ex corpore. Et quādā hi inuestigauerunt de loco quid sit, diuersificati
sunt diuersificatione nō modica. Quidā n. dixerūt, quod est spiritus: & quidā ipsorū dixerūt, quod est alia
maneres de cōmīstione elementorū, quā unusquisque eorum proficeret, aut ex compositione eo-
rum: & quidam nempe existimauerunt, quod virtus esset substantiæ, quae unicuique appropriatur ani-
mal: & quidā putauerunt ipsi eidem animali essentiam sibi propriā. Verū substantiæ, quae sentiunt,
& mouentur uoluntate, sunt illa, quae animalia nuncupantur: operatio uero eorum, quae operan-
tur ex eis sicut epithetum substantiæ, quā habent ex cōmīstione elementorum. Et iam sentētias in
libro nostro elementorū ceteras deteximus sicut siuiam Hippocratis, cū vera sit istorum siuia, qui
dixerunt, quod substantia generationi, & corruptioni subiecta, qualitatibus quatuor calida frigida sic-
ca, & humida, & non alijs immutatur: Inquirere autē de anima an eius substātia sit corporea, neque
cesset quādā corpus accidit alicuius rei aīalis descendere in ea: aut sit aliquid corpori cōtinuum, quod cū H
corpore accidit: aut permatis sit virtus, & potentia aliqua, cui conueniant quidem cum creatione
corporis accidētia animæ: relinquo hoc illis, qui de se existimāt, quod hoc sciunt ueraciter. Satyriasis
autem uirgæ scio manifeste, quod fit uoluntate, & fortasse imaginatione tūm. Similiter scio ab ore cu-
iuslibet hoīis egredi linguā, quā hanc actionē vult. Causæ autē propinquæ, hac appellatione appellan-
tūr à peritis, & sapiētibus uiris in hoc ea, & subtilis speculationis. Merito aut dixerūt, quod earum
causæ duæ sunt simplices, & una composita. Causæ duæ simplices sunt, quod ab arterijs spiritus ad
ista duo mēbra destinantur, cū sint rara, & porosa interius. s. uirga uirili, & lingua: uel a se habēt, ut
erigantur et dilatentur: et utriusque erectio sequitur, et comittatur spiritum intra uenas existentem
usque ad exteriora utriusque: et pori, qui sunt inter utranque necessitate vacuitatis implentur. Sic n.
virgæ virilis impletio fit ab imaginatione, & uoluntate: & distensio quidem vehemēs habitudine
ualida, prout dicunt, & testantur medici considerantes anatomiam, lacertis aliquibus attribuitur
paruis, & spiritibus qui continentur in arterijs. Et eodem modo fit in lingua, quando erigitur, &
dilatatur, ei quidem continue spiritus immittuntur, cum eo etiam, quod aliqui lacerti in ea habi-
tudine distenduntur. Veritati quidem huiusmodi dicti attestatur, quod arteriæ in lingua, uirga
uirili

A virili confixa maiores, q̄ in ceteris membris existunt. Caebo ergo eum qui verbum meū hoc audit, t̄ ne scilicet abhorreat verbū meum, existimando, q̄ arteriæ, spiritum quidē dūtaxat continent, sicut Erasistratus existimauit: sed s̄p̄ius dixi, q̄ in arterijs sanguis subtilis continetur * calidus cum suā quidem aerea: & extrema uenariū orificia sunt adeo strīcta, q̄ id quod ab eis egreditur, spiritus est tm̄. Et poteris quidē præcognoscere, qđ de duob. dictis propinquius existat veritati. Et magis elegi verbū illius qui dixit, q̄ distensio uirgæ virilis non est minor causa, q̄ illius, qui dixit, q̄ ab arterijs quidē spiritus destinatur ad virgā virilem, & linguā per id, quod narrabo. Quod est, quia pr̄sumet aliquis, & anticipabit dicere, qđ vñquodq; membrum, suo ipsius intēdit cōmodo, & reparatiō: & hoc quidem non solum est sufficiēs, sed & verū: sed quod dicitur, quod mēbrum, alterius intendat commodo, modum, & quantitatē naturæ excedit, cum hoc quidem in hominibus cunctis non reperiatur, nedū in brutis. Et hoc quidem declarauimus sufficienter in libro n̄o de virtutib. naturalib. Et qđ hoc affirms, & asserit, est, quod stomachus nequaq; cibaria digerit, vt per hoc intendat oīa mēbra animalis reparare: neq; hepar quoq; cibū alterat hac intētione, & immurat à stomacho progressum ad ipm, vt cōuertat in sanguinē, & ad cetera mēbra mittat. similiter quoq; à corde nō quidē pulsus actio prodiit pro alio membro, sed pro suo cōmodo. Qđ at dictū est verisimilius sñiæ naturali, ut dicatur, quod vñquodq; mēbrum attrahit sibi q̄ conuenit ei, vt ex ipso nutriatur: deinde illud immurat q̄ attraxit, & retinet, & assimilat sibi: & expellit à se, q̄ est sibi diuersum. Qđ uero dicitur q̄ vñquodq; mēbrū non intēdit quidem reparatiō suæ, sed quicquid operatur, operatur vt pr̄stet obsequiū alijs membris, non est uerū. Cū ergo hoc sit unū de ijs, q̄ in libro nostro, De uirtutib. naturalib. declarauimus, oportet ut principiū repletionis accidat qdē mēbris, q̄ implent, nō ex arteriis, sicut qdā dixerūt, uerū ipsamē mēbra cū habeant erigi, & proprie dilatari, attrahunt spūs ab arteriis, & implētūt ex eis.

De motu lingua.

Virga uero uirilis augetur manifeste, & fit magna, suscipiendo augmentum non solum in longitudine, uerum ēt in circuitione. Sed linguā uidemus in longitudine distēdi, qñ ab ore educitur, non tm̄ augeri in omne corpus suum, quemadmodum uirga uirilis. Similiter quoq; nō uidetur ab ore uniformiter egredi, qñ fortius homo, quā pōt, os suū aperiit, aut qđo penitus* exstat. **C**ontraria apertum, aut qđo inter duas habitudines mediocriter se hēt. Qm̄ in ipso, cuius est os apertum fortiter, ac ualde plus, q̄ possit, inuoluitur in inferiori labio in tantum, quod si conetur quansū p̄t eam eleuare, non uidebis eam adaptare, ut ad figuram attingat mediocrē propter hoc, quod mā dibula quidē inferior concomitabitur eam, donec claudatur os: quoniam actio in aperiendo os & in claudēdo, est huius mandibulæ tantum, superiori quidem mandibula quiescente. Et maxime qđo aliquis quæsierit linguam eleuare sursum cum conamine, donec exterius inuoluatur super labiū superius, eam concomitatur mandibula inferior, donec cōcurrant labia, & os claudatur: & hoc fit, quia uinculum linguæ est ex parte inferiori anterius: deinde post ipsum est extremitas linguæ absoluta, qua sit proprie distinctio uocis, ut fiat pronunciatio, & locutio. Et hæc extremitas est, quæ egreditur exterius ab ore, cū oris apertio quidem fiat, quando mandibula inferior inferius attrahitur, & lingua mandibulæ sigillatur, cum sit ei ex parte inferiori tota continuata. Oportet igitur, ut non extrahatur extremitas linguæ sursum illa habitudine, cum uinculum ab inferiori attrahat ipsam, & prohibeat. Et fm̄ hanc rationem, si aliquis quæsierit uiolēter linguam suam sursum eleuare, uidebit mandibulam suam inferiorem sequi eam, & appropinquare mandibulæ superiori: & attinget hoc quoq; conclusionem otis. Cumq; iam pr̄missimus hoc, cōcludemus sermonem nostrum, sicut oportet conclusione sua: & narrabimus hæsitationem, quæ accidit nobis de esse linguæ. Et dignum fuit, & merito accedit nobis, cum non inueniamus causam, propter quam lingua prolixatur, donec ab ore quidem exeat: nec responso quam uidemus, egreditur ab illa ambiguitate. Scimus enim, q̄ lacertus mouēs linguam, sumit principium ex partib. tunice nodi gutturis, & ossis quod assimilatur lambda literæ. Ideo oportebat tunc necessario, ut, si lingua attrahatur ad illas partes, ascendat interdum per lacertos, qui continuantur ei desuper: & humilietur per lacertum, qui continuatur ei deorsum, quando ipse ad se attrahit: & declinet in terdum, deuizando ad aliquam partium per lacertum, qui circundat quidem in duas partes. Cum ergo anatomia inspicientes in hoc conueniant, q̄ nullus motus obedit uoluntati nisi motus laceri tantum: nec aliquis lacertus linguæ continuatus distendit eam, donec adducat eam extra os, tunc merito in titubationem incidimus quod lēire uolumus qualiter actio fiat linguæ. Et si motus aliquis posset in corporibus animalis inueniri, qui uoluntate fieret absq; aliquo lacerto, non incidet in hanc quæstionem aliquid ambiguitatis.

De motu uomitus, & de uorationis.

Oportet ergo de hoc inquisitione uehementi inquirere donec ad ueritatē ptingam' huius rei. Et inspiciamus si forte inueniantur in aliis quoq; mēbris motus uoluntates aīalis imitantes: et non solum uoluntates eius, uerum id, quod imaginamur existimādo, sicut in uirga sic uiri li, quia impletur corpus rarificatum ex uento uelociter, ac leuiter: deinde ad tantum attingit mo

L I B E R

tum, & impletione sui crescit. Et tu poteris scire manifestius ex aīali qđ ruminat, qđ motus voluntarius nō est solius lacerti: quia hoc animal postquā implet ventrē suū herbis, aut ex alio nutrimēto, redit in idē, & erigit ipsum paulatim ex eo, quod transglutinuit ad os suū, vt molat ipsum & terat actione ruminations. Quidam etiam hoīum intendunt euomere, quod potauerunt, præter conatum uehementem uolentes expellere facile, ac velociter, ut non oporteat eos caput conquassare, sicut alij faciunt: & non egeant membrorū prouocatione quibus euomitur, neq; eorū distēsione. Et manifestum est hoc procedere ex eis, quia instructi sunt in hac actione plus, quā alij: & consueverunt oī die, qñ exeunt à balneo euomitare, & sumunt potū ante cibū. Quod si aliquis dixerit, qđ œsophagus obedit uoluntati in huius actionibus: & si dixerit, qđ stomachus obsequitur uoluntati: & si dicat, qđ vterq; ei obsequitur: nihil in hoc casu refert, in quo sumus inter hæc, nisi quia alio modo, quā oportet inquiritur, cū intenderimus inuestigare de motu mēbrorū: & non sumus quidem cōtentī perspicere, ex quibus mēbris illi fiant motus, *quin consideremus cū hoc, sīm quē modum fiat actio illorū. Et video manifeste in lingua, & in generationis instrumentis, illa eadē mēbra, quæ mouentur: & cū hoc quoq; video sciētia manifesta, qđ actio linguæ, quæ accidit qñ ducitur ab ore, voluntati quidē obsequitur: actio vero generationis instrumentorū non fit à voluntate tm, sed sā pius sine voluntate obsequendo ei, qđ anima format, & imaginatur. In aīali quoq; ruminante: & F in euomente facile, merito quisquis fuerit quæsiuit, an illa actio fuerit solius œsophagi uel stomachi, & similiter habitudo in uoluntate. Iam diu ersificati sunt homines in hoc. Et quidā eorū actionē eius attractioni stomachi attribuūt. Et quidā eorū attribuunt eā cōpressioni quidē œsophagi, qua cōprimitur id, quod discurrevit per ipsum, & coarctatur. Qui aut in sermone suo distinxit, & per scrutatus est breuiter actionem mēbrorū, dixit quod œsophagus ex duabus cōponit tunicis: una intrinseca, quæ quidē obedit stomacho, per quā ipse attrahit, quod trāsglutitur, sicut quod permanū trahit aliquis: alia vero extrinseca impellit cōprimendo circūquaq; rē, quæ trāsglutitur, donec ad stomachū perueniat, quem admodum coqui faciunt, qñ manibus suis comprimendo id, quod cōtinent intestina, emungūt. Et quidā viderunt, qđ vtraq; tunica œsophagi agit in transglutiendo, nisi quia maior uirtus ac dignior in hac actione, est in interiori tunica: & exterior ei facile suffragatur. Et iā quidē declarauit in libro meo de virtutibus naturalibus, qđ präcipua uirtus, & maior, & dignior, quæ ad transglutiendū operatur, est quidem tunicae intrinsecæ œsophagi: actio autem, quæ est in tempore uomitus, quæ est contraria transglutitioni, fit quidē per aliā tunicā, s. extrinsecam. Oportet ergo, ut ponamus causam in maiori parte, uirtutem quæ est in stomacho expulsiā, quæ non est voluntaria, sed naturalis: & fortassis causa in illa operatione uirtus est uoluntaria: & forte G uirtus naturalis in illa habitudine, uirtuti suffragatur uoluntariæ facile, & modicum. Sed quando vomitat homo sine uoluntate cibum, qñ eleuatur ad orificium stomachi, sicut accidit pueris dormientibus, oportet quidem existimare, qđ causa in illa actione est uirtus expulsiā: & hæc uirtus etiam inuenitur in intestinis, & uesica manifeste, & matrice, & inuenitur etiā non minus in ceteris membris animalis omnibus: nisi quia in ipsis occultius inuenitur adeo, vt probatione indigeat. Et iam ad inuenimus in eis probationes, & fundauimus in libro nostro de virtutibus naturalibus.

De motu egerendi, & uomendi.

ET sicut quidā uomitus fit à uirtute naturali sola, & quidam uel totus, uel maxima pars ipsius, fit prorsus à uirtute uoluntaria, ita rē perit in euacuatione per inferiorē regionē. i. per anū: & in euacuatione, quæ fit per urinam qñ mingitur, dupliquidē actione. Fortassis enim fiet hoc ab aliquo lacerti iuuamento, qui congruit ei, extrinsecus condensando, & comprimendo anum: uel forte absq; illius lacerti iuuamento fiet ab intestinis ut egrediatur egestio, uel à uesica per urinam, & hoc fiet à dormiente. Et prouenit hoc etiam propter uigiliam nimiam, uel propter multam materiam, quam quidem continent illa loca, uel propter materię punctionem, ut demum dimittatur absq; uoluntate: & illa loca non comprimantur à lacerto, neque in illa quidem habitudine quicquam habeant de actione uoluntaria, nisi tantum unicam, scilicet relaxationis actionem, & circu H larium impedimentum lacertorum, qui continent quidem extrema lacertorum illorum, qui ne fiat absq; uoluntate purgatio, solum uirtutem prohibent naturalē in eo, qui permanēt in suo cursu naturali. Quod si quidem accidat lacertis illis laxatio, aut incidentur penitus, donec sectio totaliter appareat, & egestio quidem, & urina tunc progreditur prorsus absq; uoluntate. Et iam quidam in hoc loco litigium induxerunt, ut uincere uideantur, non ex eo, qđ sequeretur inde commodum, interrogantes an actionis lacerti laxatio, comprimentis orificio meatuum, & impedimentum eius de actione computetur uoluntaria, & dixerunt quod actio quidem lacerti sit per distensionem eius, & incuruationem, & non per relaxationem. Congruit itaque in hoc capitulo sententia eorum qui sentiunt, quod rerum uirtutes estimandæ sunt: cum in eis iam conueniatur inquirere de nominibus. Reīstā autem ut concordes simus, qđ lacerti qñ meatuum extremitates comprimuntur, non egreditur quicquam ab eis: quando uero ab eius actione arcetur, quod in illis extit meatibus, egreditur. Merito igitur dicit obiector, quod illud, quod egreditur quidem ab illis meatibus, quando relaxatio uincit, illi quidem lacerto contingit actio non uoluntaria, quæ fit

DE MOT· MANIF· ET OBSC.

70

A fit per virtutem tñ naturalem: & quod egreditur ab eis, eo in sua manente cōplexione, qñ suffragatur lacertus illis conueniens instrumentis extrinsecus, actio fit uoluntaria: ueraciter erit sūmā pri-mam intentionem, uel uiam, uel semitam primam, uel qualiter uoluerit noīatc. Et si quidē inten-dit uoluntate sua, illorum lacertorum impedire, uel laxare actionē, p̄s in sua natura non perma-nentib. illud qđ egreditur actio uolūtaria p̄ scđam intētionē, & uiā lcđam, nō primā appellatur.

De membris, quæ mouentur motu voluntario.

Et sub hoc occupationis genere multa continentur alia dubia: immo quidem si dignius est ue-cum dicere, sub hoc capitulo omnia, quæ quidem accidunt, & arcentur a nostra uoluntate, continentur. Quoniam ambulare, currere, calcitrare, & cæteræ, quæ pedib. actiones perpetrantur, uoluntariæ dicuntur actiones, per intentionem primam: similiter actiones, quæ manib. aguntur, uoluntariæ dicuntur. Vox, & locutio dicuntur esse a uoluntate, prima quidem intentione: ma-nuum autem & pedum quietudo, & cessatio a sermone, dicuntur actiones uoluntariæ, intentione quidem, & sententia secunda. Quoniam sicut, quando membra nostra uolumus mouere, est illud quod uolumus, actio uoluntaria: ita idem etiam, quando uolumus ea mouere, erit quidem, quod uolumus, & hoc sequetur præcisionem consilij apud homines in aliqua actionum uolūtaria. Nec hoc quidem currit in sermone dūtaxat hominum, uerum reperitur ad instar hoc in sermone Dei sublimis uiro comminantis, tempore necessitatis præsentis amico non subuenienti, in hunc modū dicentis. Nunquid tu præ sens fuisti, ac amico quidem tuo in mortis articulo iam cōstituto nō sub-uenisti, deinde mefraudulenter adjisti? egredere a meo sancto altari. Et quidam hominū nō admit-tunt hunc sermonē, & existimant quidem, q̄ non est appellanda causa illius, quod accidit, n̄ si qđē actio imprimat aliquid in accidentia illius rei, quæ accidit. & cogitur, qui hoc dicit uerbum, d'ce-re, quod qui se, ne in exercitum magnum uadat ex regis edicto ad pugnam, & ad lupponendum se periculo, occultat, nullam pœnam ineretur: qm̄ pugnantes illius exercitus si ceciderint, ipse ca-det inter eos rōne cadentium, non quia ipse occultauit se ab eis. & determinauit inter eos, qui dice-bant uerbum hoc, & inter illos, qui aliud uerbum dicebant, hoc modo discordiam magnam, & tua lidam. & iam orta fuerat s̄p̄ius inter medicos, & philosophos discordia, atque altercatio, utrū pri-uatio uel nō factio esset quidem causa accidentiæ rei, quæ accidit. & doctores legum, & reges, eos qui absentant a pugna, & eam subterfugiunt uoluntarie, acrius puniūt, q̄ illos, qui post uitioriam hostium fugiunt. Illi. n. qui existimant, quod non est aliquid priuatum causa accidentiæ rei, nō pos-sunt ratione defendere se in aliquo contra illum, qui dicit, quod illi, qui subterfugiunt pugnā timo-re cedis, uel mortis, iuste puniuntur: sed contenti sunt hoc uerbum dicere, & ipsum s̄p̄ius iterare,

Cet successiue, cum non possint declarare, atque ostendere, q̄ nequit aliquis eis sufficienter proba-re, q̄ priuatum licet esse causam eius, quod accidit præsentialiter. & quidam medici rum intendētes hoc fundamentum obseruare fundauerunt se per ipsum, existimātes, quod egressus egestionis & urinæ, quando fit absque voluntate lacerti, qui est super orificia meatuum, actio est naturalis, & non uoluntaria, neque de actionibus animalibus prorsus. Sed qui sophistarum relinquit alterca-tiones, & contrarietates, & intendit in eis, quæ in arte iuuant medicinæ, concedit ei, qui uult actio-nistas appellare qualitercumque: & intendit inspicere qualiter ea, quæ iuuant, & utilia sunt, dum taxat inueniantur, quod est qualiter hæ fiant actiones: exempli causa, quod in stomacho, & in-estinis uirtus uiget naturalis, expellens quidem id, quod eis nocet quantitate sua, uel qualitate no-cua: & expellit etiam cum hoc interceptum in eis, licet non sit nocuum, quando nō iuuat: & hoc quidem in membris in sua manentibus natura, quando consequitur ex hoc, quod cōtinetur com-modum per temperantiam. & fortasse aliquid intendunt expellere membra in tempore indebi-to, & non opportuno: & imitatur p̄sa lacertus, qui comprimit, & coarctat illorum orificia meatuum, ut quid expellat, donec transiliat, & egrediatur: & similiter quando tempus accedit quo sen-titur ille exitus superfluitatum, ille quidem lacertus relinquitur, ac remittitur: demum quiescit ab

Dactione sua, de quo sermo præcessit. Nec huius negotiū fecimus mentionem, nisi ob id, quod ser-mo se ingessit ex continuo, non quidem principaliter ex prima intentione, quæ proposito, quod intendebat, necesse existeret præsenti. Nec est quidem absurdum cum eo, quod præcessit re-memorari, quod sum narratus: Quod est, quia qui videt ophthalmiam patientem insuetus hoc uidere, oculi eius primo replentur humiditate: & si diutius inspiciat, ophthalmiam quoque in-currit & ipse, quia oculi formidantes ægritudinem, debilitantur ex illa: & evanescit uirtus illo-rum essentialis adeo, vt aliquid ab oculis admittat uicinus, qui sibi continuantur, quando fuerit in eis superfluus humor atque prauus. Et iam quidem hoc innuit Hippocrates, & his similia ex eo, quod corpori communicat cogitatio, & compatitur in accidentibus, sermone quem scripsit in libro humorum huiusmodi. "Et fortasse quidem videt homo serpentem subito, & in colore suo accedit pallor. Et fortasse quis incedens super apicem pinnaculi aut montis excelsi timet, & pe-des eius tremunt. Similiter quoque homo uidet diuum mingente, aut egerente, aut pâdiculatio-nes agentem, & ad hoc prouocatur idem operari, quasi in membris ipsiſ visio sit intellectus, & in-spectio. Et manifestius hoc declaratur, ac liquidus sicut dixi in actionibus, quæ fiunt in lacertis quoniam

In lib. de hu-moribus ad medium.

quoniam illas actiones agunt pueri, nedū adulti, qn uoces imitātur; quales alios audiunt proferentes, cum ignorent ipsi lacertos linguam mouentes, adeo vt incident uocem incisōne locutionē formāte: similiter accidit inspiratio, & expiratio, anhelante lacertū quo hoc operatur ignorante. Non est ergo mirandum linguam quidem moueri à lacerto uoluntate duntaxat, sed in ea virtutē esse, qua quidem perpendit quod appetit intellectus, adeo, ut moueat se ipsam motu, ut ab ore cius, sicut in uirga uirili. Sed quia porositates in uirga uirili ampliores existunt, augmentū uirge ui rilis immensum, multam aeris comitatur substantiā: linguæ vero porositates modicę, ideoq; non accidunt in ea raritates multæ vel magnæ. Et huius generis quidem est, quod de dolore queritur: quid nanq; est, q; illud, quod quidē incurrit occupatus ex aliquo, & negociosus in loco in quo est, apostema est minus. Qn ergo euacuatur, cum eo quoq; quod ab eo non defistit augmētatur. Qui dam aut̄ dixerunt, q; pars animæ dispositiua, & ordinatiua, qua fit ordinatio, quia causa motus existit uoluntarij, & sensuum omnium membrorum sensibilium, qn cogitatione detinetur, & occupatur alicuius rei, retardat præventionem. Et quidā dixerunt, q; in ipsis membris est quædam uirtus: qn ergo illa pars ad angustiam peruenit* ordinatam animæ, & debilitatur, & euaneat, & etiā laxatur: res autem debilitata, & euaneat hēt necesse, ut contra id, quod nocet ei, ualidius insur gat. Et hoc quidem excoxituit uir quidam philosophus, cuius philosophia atque prudentia pura quidem, & non turbata fuit, neq; inuidia ducebatur, ueritatē secutus non verbo tantum, sed etiam opere. Percussionem sustinuit is in femore, ex qua sibi contigit apostema. Factū est ergo per hoc in quo dubitauit: & illud fuit, quoniam mirabatur ad plurimum, qualiter languor eius noctu magis intendebatur, cum etiā maioribus uteretur remedijs in tenebris, & pedes eius tunc magis oclibantur quā in luce, & totum corpus eius erat opertum, & calefactum: Et ipse dixit, q; sicut reuelatum fuit, illud quidem non fuit nisi quia non erat de nocte alio negocio occupatus uidendi uel au diendi, neq; aliquid agendi, neq; in aliquo prospiciendi, nec cogitandi: sed eius cogitatio conuer tebat in apostema coxæ duntaxat. et dixit, quod acciderat ei apostema prius lemel in oculis suis, & dolebat noctu vehementius: & illud est, quoniam sicut quando oculus sanus alpicit alium oculum ægrotū, & intendit circa ægritudinem cogitare, & imaginari, etiam ipse oculus ægrotat. Sic ita non est mirandum ut cogitatio operetur, ac imaginatio illud: & quamvis sit in ægritudine femoris, quia dispositio eius, licet admodum sit modica, tunc tamen ægritudo intenditur, & augmentatur. Harum autem rerum ueritatem licet non attingamus perfecta probatione, quod ramen de eis dicimus firme, est sufficiens: & possibile est, ut non sit sufficiens tantum, sed verum.

De motu palpebrarum.

Et iam tempus est ut ad aliam speciem motuum liquidoru redeamus, ac si sit conuersio eius quod narrauimus. Qm sicut quædam membra reguntur in uirtutibus naturalibus, & motus in eis apparet animales, vel actionibus permitti naturalibus, sic inuenio alia mēbra, quasi uoluntatem sequentia: & uoluntas eis prædominatur dominio manifesto. Et cum hoc inuenio, q; per miscentur eis motus naturales, sicut * motus palpebrarum: qm quidem hæc actio erit in pluribus hominibus absque uoluntate: & non reperies aliquem fere, qui sic arceat palpebras suas, ut non moueat eas, & apertis permaneat oculis, usque dum uelit eos claudere, & claudat, nisi raro.

De motu clibani pectoris in tussi, risu, & sternutatione.

Et iam inuenimus quoq; in motu clibani pectoris totius in tempore tussis, risus, ac sternutati onis, locū ambiguitatis. et hoc quidem est, quoniam istud membrum aīlis mouetur utiq; semper per lacertum: & initium motus lacerti mouentis ipsum procedit à fundamento neuorum & origine illorum, adeo q; homo si intenderet illis neuuis, & illos amputaret omnes, incontinenti præpediretur anhelitus illius animalis. et si quis uoluerit forti conamine tussi resistere, ut fortassis ualeat anhelitum arcere, ac continere propter tussim paululum, si fortis fuerit uirtus in arcendo, & comprimento anhelitum suum, dominando ei, diuturniori tñ tēpore non poterit resistere quin deficiat, & uiuacat, donec siue uelit siue nolit tussiat. Similiter fit in sternutatione, qn nequit actor eius ipsam comprimere, qn violenter inuadit. eodem quoq; modo hoc quidem inuestigatur, & anhelitus, et quidam existimauerunt, q; anhelitus esset actio naturalis non uoluntaria, ob id quidē quia viderunt eā in soporato, & apoplectico. et iam sufficiēter quidē expoluimus de anhelitu in tractatu secundo, libri nostri de motu lacertorum: & librum nostrum insipienti competit qd ibi diximus de anhelitu, ad tussim reducere, & sternutationem. Risus autem incitatus ex eo, q; superficialia tāguntur loca sub axillis, & uolæ pedum, non quidem sub hoc capitulo comprehenditur: neq; video quidem ad cognoscendam causam, propter quam si tanguntur huiusmodi loca, huiuscemodi tactu moueantur motu huiusmodi, uelut quando aliquid uidetur risibile, uel audi tur, secundum aliquam semitam penitus: nec ad cognoscendam causam propter quam, quando si milia uiderimus istis uel audierimus, corpus prorumpit in motum risus, et si uelimus arceri ab eo, & continere quanto possumus conamine solliciti. Tussis vero, sternutationis, oscitationis, singul tus, pandiculationis habitudinem narrai quidem in causis accidentium.

De

A

De motu guttaris in deglutiendo.

Contenteus sum autem imprætentiarum ponere quidem exemplum ad inquisitionem aperiendam de actionibus ambiguous, de quibus hæsitatur, quo fiant. Et iam aliquid ex hoc narravi in tractatu secundi libri mei de anatomia viuorum animalium. Nunc autem narrabo modum in alia specie animalium, causa quidem exercitij, conscientius inter omnia nihil esse utilius ei, qui uoluerit acquirere finis habitudinem & modum in arte medicinae; ut in pluribus exercitetur exemplis. cum in transitu eius, quod transglutitur in œsophago plures discordent, oportet ad inquirendum diligenter intendere, qualiter rei ueritas reperiatur. Et primo narrabo ex anatomia tota formam œsophagi qualiter sit, deinde post modum omnia alia membra, quae sibi continuantur. Et primum eorum quae sibi continuantur, & dignius omnibus, est stomachus. At quidem si aliquis dicat œsophagum ipsum esse partem, non uerebitur hoc dictum, neque uerecundabitur. Secundum at de iis, quae continuantur œsophago, est nodus guttaris, demum lingua, atque os. Et illud est, quoniam una tunicarum œsophagi, scilicet interior in sua natura neruosa, cuncta, quae sunt in ore & nodo guttaris inuoluit. Et ut apparebiliter (quoniam id quod transglutitur ad stomachum per œsophagum transmittitur) de suo loco nodus guttaris moueri primo, & ad partem guttaris eleuari: quoniam autem quod transglutitum est residet in fundo stomachi, nodus guttaris incontinenti sub trahitur, donec ad pristinum locum redeat. Et ex hoc quidem, quod apparet in hoc capitulo, nobis aperitur initium inquisitionis: oritur quæstio, an nodus guttaris tres habeat partes, quae sint, nomen non habentes, peltalis, & cymbalaris: & an nodus guttaris in aliquo suffragetur, semetipsum erigendo ad transglutiendum nutrimentum: an quidem moueatur motu aliquo, quem agit, & operatur deus ratio: Postquam at cogitauit ille, quod magnæ fuit uestigationis in inquisitione huiusmodi actionis, quod au- teceedit deuoratio transitu eius quod transglutitur in ore, & gutture, indagauit an in motu nodi guttaris sit aliquod instrumentum, quod actionem operetur illa, scilicet transitu nutrimenti in ore, & gutture: an non sit ad hanc causam possibile, ut nodus guttaris attrahatur sursum, sed sequatur necessario motum membrorum quibus sit transitus nutrimenti in œsophago. Deinde, nescio qualiter discordauerunt, ut quidam essent quibusdam contrarii. Et duæ illarum sectarum antiquiores, à ueritate fuerunt ^{+ Al. presum} remotiores, quae iudicarunt quod nodi guttaris eleuatio atque erectio motum quodam linguae contingit, quod ^{ptuoix.} mouet eam, immittendo, quod transglutitur, donec ipsum ad œsophagum producit. Et qui fuit ex illis in anatomia profundior, ipse quidem existimauit, quod lingua, quando magis flectitur in transglutiendo, sursum attrahit duos lacertos: & attrahunt sursum illi duo lacerti nodum guttaris per attractionem suam, quoniam inter radicem linguae, & nodum guttaris infiguntur, propterea quidem, quae continuantur cartilagini, quae scuto assimilatur. Et assertores huius uerbi existimat, quod duæ duorum lacertorum extremitates horum desinant in cartilagine. Cum oes ergo, qui profitentur anatomiam, in hoc quidem comunicent, quod cuiusque lacerti corpus, quoniam operatur, & agit, uersus caput suum retrahitur, non est ergo mirandum, si quoniam lingua incurvatur in initio deuorationis totaliter illorum lacertorum uersus caput, eorum corpora unum quodque duorum sursum contrahit, & loca eorum iuxta linguam, & secum quoque cartilaginem sursum scuto similem. Cum ergo residuum cartilagini duæ nodi guttaris, huic continentur cartilagini, totus in circulo nodus guttaris eleuatur atque erigitur. Quod si res, sicut existimauerunt, quod apparebat in anatomia, se haberet: uerbum quod dixerunt, omnibus quod dixerat, sufficientius esset. Sed quia duo lacerti qui cartilagini quidem continuantur scuto simili, non continuantur utique cum lingua, sed capitum eorum origo existit à duobus ossibus lateribus, quod lambda literæ græcae assimilatur, eorum patet error, qui quidem existimauerunt, quod cartilago nodi guttaris assimilata scuto mouetur, si quidem motu linguae per attractionem duorum lacertorum, quos prædiximus, sursum. Et quamvis etiam cum hoc quod existimauerunt, uerum existeret, quod apparebat in anatomia, non quidem cum cartilagine levante sursum quidem attrahita duæ cartilagini residue de cartilaginis nodi guttaris attraherentur, cum in eis distinctiones essent manifeste ualde inter quasdam cartilagini adiuicem. Quod si quidem in animali intendas mortuo illos duos lacertos sursum trahere, videbis, & cartilaginem unicam sursum trahi parum, & non videbis ipsum mouere nodum guttaris totum per motum eius. Et hoc apparet in ceteris lacertis nodi guttaris, quoniam unusquisque eorum mouet quidem cartilaginem illam, quae continuatur cum eo duntaxat, motu faciliter ualde. Et manifestior quidem modus, quo deprehenditur error huius sententiae, est quod in animali viuo apparet. Quoniam si tu duobus illis intendas lacertis, & amputes illos, deinde labia coniungas vulneris, & vinculo constringas, & dimittas animali agere quodlibet, videbis post modicum temporis ipsum transglutire cibum suum, & potum, & mouebit nodum guttaris sui sicut prius: neque hoc faceret, si forte lacertus qui ipsum mouet, amputaretur. Et quod non prolongetur spaciun temporis inter incisionem illius lacerti, quod facis, & quod de hoc dixi operet uidere. Est ergo ut animal, quod incidis, & scarificas, prius affligas fame uel siti: & quod de hoc dixi est superfluum, quod ad illud quod necesse habetur cum eorum ignorantia: cum quidem esse duorum capitum duorum lacertorum solum sufficiat ad errorem huiusmodi sententiae & consilij detegendum. Quoniam quidem hos duos lacertos infixos esse video in duabus lateribus ossibus labda literæ assimilati: & duos alios lacertos video à summo uniuscuiusque laterum illius

ossis

L I B E R

*Al. cōtinua
tis.

ossis oriundos, abinde uersus linguam tendentes, duobus quidem lacertis* cōtinuatos ad nodum E
gutturis discurrentibus. Et uidetur mihi q̄ decepti sunt, & errauerūt in anatomia simiarum: q̄n

in hoc q̄dē aīali reperiuntur duo capita duorū lacertorū superiorū iūcta duobus duorū lacerto-
rū capitibus inferiorū ita, q̄ se contingunt, q̄n aīal carnosum extiterit, & delicatū: & hoc erit pr̄
angustia duorū laterum ossis lābda literæ græcæ similis, & subtilitate vtriusq;. In aīali vero cuius
duo latera huius ossis fuerint lata, tu quidē capita istorū duorum lacertorum videbis adiuicem
sciuncta manifeſte, & maxime q̄n aīal extiterit magnum, ut taurus, & similia. Et inter illa capita,
distantia quoq; longitudinis est sensibilis in oībus aīalibus dētatis. Studeas igitur exerceri quidē
primo in huiusmodi speciebus animalis, vt inter capita lacertorū horū, de quibus fuit locutus, be-
ne distinguas: deinde hoc idem in equis, & in cæteris habetib; vngues, coneis. Q̄n igit hoc fece-
ris poteris inter vtrūq; bñ distinguere. In simiis ēt facile: & maxime quidē si prius exercueris in

*Al. marius:

simijs, quorū capita capitibus canū assimilātur. Et q̄n fuerit aīal antiquius, & *maturius, anatomiā
oīum lacertorum melius perscrutaberis. Post aut̄ q̄ perfecte deprehendi mus, & uere scimus, q̄
huiusmodi verbi professores, qđ̄ perscrutati sumus, errauerunt in eo, cōsideremus igit, an ab alia
re, q̄ sit in ore de mēbris, sit cā attractionis, & erectionis nodi gutturis t̄ p̄ transglutitionis: & ape-
riā spēctionē inquirē secundo, cum inter ipsum, & œsophagum sit cōicatio non modica per tu-
nicā quidē interiorem, in qua substantia carnis est modica valde: deinde cessat in ea caro annihi-
lari paulatim, donec ea priuetur penitus: & fit in modū pelliculæ spissæ, qua totus nodus tegitur
gutturis, & os, & cum ea tegitur superior pars linguæ. Et iā uidi semel quosdā brutorum anima-
liū medicos ac chirurgos volentes in œsophagū infundere quosdā, quæ infunduntur animalibus,
tenebāt eius lingua cū mādibula fortiter inferiori ita, q̄ cōmouebatur: & memini quorundam, q̄
infunduntur hominibus, q̄n apoplexiā incurruunt. Nos quoq; intēdimus faucibus oris quidē, &
ponimus quædā in eis cibaria humida liquida: & in radicē linguæ immitto, & infundo, quod est
in vase in œsophagum: & video, q̄ nodus gutturis tunc eleuatur. Et ex hoc patet manifeſte, q̄ ele-
uatio nodi gutturis est accidens ineuitabile transitus eius, quod transit per œsophagū. Et fortasse
ponimus in œsophago grana modica rotūda, quo quidē trasglutiat̄ narcotica, & quædā phar-
macica, & quædam quidē, quæ alia opera faciunt, retenta cū extremitate lingua, vel interius ex-
pulsa, ne prohibeat digitos nostros, quibus intromittūt grana, donec ad principium perducantur
œsophagi: neq; tamē ex hoc huiusmodi ueritas patet uerbi, uerū ēt ex hoc, quod non est possi-
bile, ut aliis excogitetur modus q̄ iste, quem dixerunt quidā in lacertis, quo liceat linguæ quan-
do mouetur ad se nodum gutturis attrahere. Et illud est, quoniā cum radix linguæ, & duo lacer-
G

*Al. lab. ifis.

ti descendant ad ipsam à duobus locis, quæ prædiximus, oportuit illis duobus lacertis linguam,
neq; aliiquid aliud moueri: quoniā uerbi illius, quod auētor ass̄ rebat, quod possibile quidē erat
nodum gutturis illis duobus attrahi lacertis sursum descendantibus ad cartilagine scuteam, er-
ror detēctus est, & patuit falsitas. Cum ergo sit hic quidē existimare alium modum, quo possit
hoc stare præter hūc, manifeſte patet hoc esse falso: neq; aliquis aliud poterit dicere. Similiter
etiā nullus poterit dicere, nisi q̄ motus nodi gutturis erit cum transitu eius, quod transglutitur
in œsophago, non cum actione linguæ, cum actio quidē linguæ trāsitum eius, quod in œsophago
transglutitur, antecedat: deinde quiescit, & præpeditur tempore, quo cibus in œsophagum
transit. Restat ergo nobis indagare causam propter quā mouetur nodus gutturis cum trāsitu rei
iniectæ in œsophago à principio vsq; ad finem, donec incipiat eius motus quādo iniectū inchoat
in œsophago transire, & quiescit quando quiescit illud & residet. Et res etiam patet, & manifesta-
tur ei, qui non exercuit cogitationem suam multo exercitio, quod non potest esse quin sit uno
duorum modorū: siue q̄ nodus gutturis innatum habeat intellectum, quo moueat seipsum, cum
videat hoc esse sibi melius, ac dignius, siue, quod eleuetur p̄ attractionem. Cum ergo per primū
dictū sit absurdum, restat vt secundum sit verum, s. q̄ nodus gutturis eleuetur, quando trahit ip-
H
sum œsophagus. Et approbat hoc esse uerum, & attestatur naturalis, quo declarauimus, q̄ in om-
ni mēbro uirtus est attractiva. qua quidē id, q̄ est simile, attrahit sibi, & affini lat: quemadmodū
in vnoquoque ipsorum est uirtus expulsiua ad id, q̄ est contrarium ei, & odit. Qđ̄ si est, uerū est

*Al. Tunicæ

q̄ declarauimus, q̄ desideriū est actiooris stomachi, & q̄ œsophagus attrahit, quēadmodū res at-
uero alteri⁹. trahit manus q̄ competit ei, & desiderat, quod est in gula. † Tunicæ uero alterius pellicula, q̄ cur-
& uilli q̄ ve- rit, & inuestit in circuitu secundum latitudinem, utilis eo quidē, & suffragatur, p̄ quādo stoma-
currūt in cir- chus quidē ad euomendum aliquid mouetur. Similiter pellicula quædam, q̄ est in intestinis om-
cuitu scdm latitudinem, nibus inuestit in circuitu in latū: nec aliqua pellicula in eis existit, q̄ aliter, quam hoc mō inuestiat
utiles sunt q̄ quoniā natura non aptauit ad attrahendum aliquid conueniens, sed ad educendū, quod in sto-
dem, & suf- macho su p̄fluit, sicut explicauit in libro meo de uitutibus naturalibus. Probationes ergo secun-
fragantur. dum hāc uitā apud eum, qui cogitationem suam circa uitutes actionum exercuit naturalium,
sunt ueriores, & magis urgentes, & ad credendum digniores, q̄ argumenta, q̄ sunt præmissa. Ille
āt cui non est insitum à natura, nec est aptus ad intelligendum subtilia: nec cogitationē suā circa
doctrinam eorum, quibus uere cōprehenditur cognitio, à pueritia exercuit: nec postea in sci-
tia

A tia rerum naturalium intentionem suam diu apposuit: probationes, quæ sunt sensui manifeste secundum modum illarum quas superius narravimus, non erunt ei firmiores, & magis uigentes: nō .n. prospexit, & scivit, quod natura nil operatur frustra, & incassum. Et quia una tunica, s. interior œsophagi sola uidetur habere sollicitudinem apparibiliiter in œsophagi actione, non reputo quenquam ad tantam deuenisse ignorantiam, quod dicat, quod stomachus attrahat id, quod competit ^{† Al. ei per villos, qui disponuntur circuiter in latum, & expellat per villos qui tendunt.} te, per pelliculam, quæ disponitur circulariter in latum: & expellat per pelliculam, quæ tendit. Hi ne aliter in longum: nisi quis in hac uita nihil de hoc ex cogitauit: sed acquiescat quidē ei, quod non uit sensu, donec ipsum ueraciter comprehendat: ueluti quidam ostendere uolens cuidam uolenti hanc uiam in gallo, quod [†] pellicula quæ disponitur in latum, quæ est in tunica œsophagi exteriori, quando amputatur amputatione in longum, uidetur illud animal trahi cedere. Et manifestum est, quod hac utique anatomia debemus uti in gallo fame prius afflicto: & illud est, quoniam postquam fueris usus hac abscissionem secundum restitudinem facta in longum, cum non in aliquo sibi ad conservandum uitam efficiat, ipse quidem comedit, & babit prius, quā locus uulneratus apostemetur & doleat, & tunc abstinebit ab esu, & potu. Et nō sic quidem declaratur ei, cuius haec fuerit uia sua scilicet de tunica œsophagi: ^{† Al. cuius pellicula transit.} cuius uilli transeunt [†] linealiter in longum, & non quia cum interio-

B re parte nudi gutturis continuetur: hoc quidem modo factum in quo sumus, magis declarabitur, quam illo modo, quem prædiximus. Neq; declarabitur ei, cuius fuerit haec uia sua, id quod accidit quibusdam piscibus, s. chame, & illi qui uocatur sonedis, q; stomachus uniuscuiusq; illorum, quando intensa fame conatur aliquod animal minus eo capere, & euadit illud, sepius inuenitur erectus usque ad os suum: & hoc quidem, quia in his animalibus appetitus ualde intenditur, & superat.



GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE DISSOLVTIONE CONTINVA

C E N S V R A

C Pleraque ex libris De alimentis, & de cibis boni, & mali succi, in hunc librum ab aliquo longe post Galeni tempora tracta uidentur: inest tamen in libro non nihil absurdum.



Via corpora hominum sunt in continua dissolutione, & propter calorem naturalem qui est in ipsis, & propter calorem aeris circūdantis ea extrinsecus, fuit necessarium restaurare in eis quod dissolutum est ipsis. Ideoq; fuerunt necessarij cibi, & potus: & fuit infusa in ipsis uirtus appetitus ad cognoscendum horam necessitatis eorum, & quantitatem assumendam de eis, & speciem conuenientem eis. Verum quia non restauratur id, quod dissoluitur, nec stat loco eius, nisi sit sibi simile: nec inuenitur in cibo, & potu aliquod simile ei, quod dissoluitur de corpore: ideo fuit necessarium naturam mutare cibum, & potum, ut stet loco eius quod dissolutum est, & ingrediatur in loco eius. Neque pōt uirtus, q; mutat, & conuertit cibū, & potū in corpore hoīs, facere, q; mutetur, & conuertatur, nisi qđ est simile corpori, & propriū. Et qm̄ non totū, qđ comeditur, & babitur assimilatur corpori, iō nō est dubiu, quin remaneat ex cibis, & potib. superfluitas in corpore: q; de corpore mūdificare oportet, & ab eo ejcere. Nam sicut ciborum, & potuum, qñ intrauerint stomachum, operatusq; fuerit in eis stomachus suas operationes, eorū pars transit ad hepar, & residuum fit egestio mundificanda de corpore, similiter faciunt organa corporis, & loca, ad q; peruenit nutrimentū, ad hoc facta. Oportet igitur penitus eum, qui uult custodire sanitatem, ad duas res intentionem suam dirigere: quarum una est ad corpus, cum cibo conueniente, loco eius qđ dissolutum est de ipso: alia est mūdificatio ab ipso eius, quod generatum est de superfluitatib. ciborum. uerum oportet te scire diuerditates naturarum ciborum, & diuersitates naturarum corporum, & documenta eorum, ut scias, conuenientiam cuiuslibet specierum cibi, & cuiuslibet differentiarum hominis, propterea quod naturae ciborum sunt diuersæ. Nam eorum quidam sunt temperati, sicut ex quibus generatur sanguis purus, & mundus: & quidam eorum sunt non temperati, sicut ex quibus generatur sanguis cum cholera, aut phlegmate, aut cholera nigra superflue, aut uentositas crassa & inflatiua: & eorū quidam sunt crassi: & quidam subtile: & quidam, ex quib. generatur humor uiscosus: & quidā, ex quibus generatur humor sine uiscositate nocuus: & quidam, qui iuuant proprie naturas alicuius membro-

LIBER

membrorum, & non alias. Et corporum quædam sunt temperata et, quib. dñatur naturalis sanguis
 purus, & mundus: & quædam sunt non temperata, & dñatur eis phlegma, aut una ex cholericis, siue
 una duarum cholericarum: & quædam eorum sunt rara, & uelocis dissolutionis: & quædam sunt spissa, &
 tardæ dissolutionis: & quædam, quæ in oīb. membris sunt sana: & quædam sunt laesa in
 aliquo membrorum, & non in alijs. Itaq; oportet, qñ dñans est fm corpus sanguis mundus, qñ mi-
 nistrentur cibi æquales in quantitate, & temperati in naturis suis. Et qñ est phlegma dñans opor-
 tet qñ sint cibi calefacentes, & exiccantes, & nutriatur cū ijs, qñ addunt in caliditate, & consumunt
 humiditatem. Et qñ ei fuerit dñans cholera, oportet qñ nutriatur cum ijs, qñ extingunt cholera, &
 addunt in humiditatem. Et qñ ei nigra cholera dñatur, oportet qñ nutriatur cibis calidis, & humi-
 dis. Et qñ corpus est spissum, & tardæ dissolutionis, oportet qñ nutriatur cibis paucis, & subtilib. &
 humidis, quia paucum est, quod dissoluitur de corpore. Et qñ corpus fuerit rarū, oportet, qñ nutria-
 tur cibis multis, crassis, siccis, & viscosis p p multitudinē eius: quod dissoluitur de corpore. & hoc
 regimen est conueniens de necessitate, nisi sit in aliquo membrū corporis laesio: aut dolor, quia
 qñ fuerit laesio, aut dolor in aliquo membrorum, oportet qñ fiat consideratio de cibis conuenien-
 tib. membro dolenti. Et si fuerit diuersum a necessitate residui corporis, sicut bene hepar est frigi-
 dum, & stomachus, & in vijs sunt oppilationes, oportet qñ ministrentur cibi subtile, & dimittat
 cibos crassos. Et si sit residuum corporis præter necessitatem eorum, p p maiorem tenuitatem, &
 raritatem, vt non faciant cibaria crassa oppilationem in hepate: aut si est aliquñ hepar calidū: pro-
 hibebis cibaria dulcia, & si ipsi corpori conueniant p p velocitatem conuersioneis eorum in cho-
 leram rubram. Et qñ stomachus est debilis: oportet confortare ipsum nutrientib. Et qñ est qñ in ip-
 so generatur phlegma, oportet ipsum lauare, & abstergere. Et qñ est qñ in eo cholera generaturve
 lociter, multa conueniunt, qñ extingunt acuitatem cholerae, aut qñ prætermittantur res genera-
 res ipsam. Et si est aliquñ cibus remanens natans in orificio stomachi, ministrentur cibi crassi pōde-
 rosi, vt ponderositate sua descendant in fundum stomachi: & præcipiat ei, qñ paulatim moueatur
 post cibum, vt declinet cibus de ore stomachi: & qñ hoc nou fecerit, non est necesse, qd memora-
 uimus de cibo, & motu. Et qñ est descensus cibi de stomacho ante digestionē suam, indigemus ijs,
 quæ stringunt, & retinent. Et qñ est superfluitas cibi difficultis descensus de stomacho, & intestinis,
 indigemus ijs, quæ descendere faciant, & ventrem mollifcent. Et qñ caput est calidum, suscipiens
 vapores, prætermittamus cibaria calida, & sicea, licet conueniant in reliquo corpore. Et oportet,
 qñ non sit contentus ijs, quæ memorauimus, sine consideratione, s. quantitatis motus ante cibum,
 & somnum post. Nam qñ est motus ante cibum multus, ciba bene, cum cibis multis, crassis, visco-
 sis, ad siccitatem declinantib. qui sint difficultis dissolutionis: neq; iniungas ei diætam, quia parū cō-
 uenit ei. & qñ non est ante cibum motus, uel est paucus, oportet, qñ non sit contentus dæta, cum
 s. paucis cibis, & subtilib. sine adiutorio, in purgando cū medicina laxativa, vel cū balneo illud, qd
 generatur in corpore de superfluitatib. & qñq; cum prouocatione urinæ, & cum minutiōne san-
 guinis. & qñ motus est conueniens, dabimus cibos temperatos in subtilitate, & crassitie. & qñ est
 somnus post cibum multus, oportet qñ donemus cibos multos, & crassos: & hoc conuenit fieri in
 hyeme p p longitudinem noctis, & multitudinem somni. & qñ somnus est paucus, & leuis, subti-
 lib. nutriatur, sicut in æstate, propter breuitatem noctis, & paucitatem somni. & dicamus, qñ opor-
 tet qñ mēsuremus in cibis quatuor modos. Primus est, qñ nutriatur corpus bonis cibarijs hora qua
 nutritur, sicut ante memorauimus: quia qñ est dñans fm corpus caliditas, indigemus cibis frigidis:
 & qñ dñatur ei frigiditas, indigemus cibis calidis: & qñ est temperatum conueniunt ei cibi tempe-
 ratim similes. & qñ est aliquis ciborum præter bonitatem, nec est ei conueniens, oportet ne sit sim-
 plex, immo admisceas ei alios, & comedas cum eo cibos conuenientes, ut rectificetur, quod cum
 eo timetur de nocturno ciborum malorum, quib. utitur cum eo. Similiter & modus secundus
 est mensura et ciborum ita, ut sint in mēsura virtutis digestiæ, quia & si est cibus in se ipso bonus,
 & est corpori conueniens, tñ si est virtutem digerit uam debilitans quantitas sua, generatur ex ipso
 nutrimentum malum. Et modus tertius est prætermittere ex cibarijs, quæ oportet prætermittere,
 & postponere, quæ oportet postponere: Verbi gratia, quia aliquando aggregat homo cibos leni-
 tes corpus in una comeditione, & cibos stypticantes ipsum: quod si præmisit lenitius, & lecuti sunt
 eum alij, leuiter descendunt cibi post digestionem suam: sed quando præmisit stypticum, et secu-
 tus est leniens, non descendunt, sed corrupit totum: et hoc ideo, quia lenitius separat inter sto-
 machum, et inter descensum cibi styptici, et remanet in stomacho post digestionem suam, et cor-
 rumpit, et corruptio corruptione sua cibum alium: sed quando est cibus leniens ante stypticū,
 leniens descendit post digestionem suam, et stypticus leuiter per uias descēdit. et ideo si aggregat
 aliquis in comeditione una cibos uelocis digestionis, et alios duræ, et tardæ digestionis, præponat
 cibos duræ, et tardæ digestionis in fundum stomachi propterea, quia fundus stomachi est calidior
 et potētior super digestionem, propter multitudinem compactionis eius, quæ est in eo de partib.
 carnis: et superius stomachi est neruosum, frigidū, debilis digestionis: et ideo qñ natat cibus in sto-
 macho, non digeritur. Et modus quartus est assumptio ciborum in hora sua, et ideo, qui accipit ci-
 bum

multitudinem, ab ipsa fieri afferit Hippocrates: quare inter melicratum, & oxymeli parum aquæ dat, quippe quæ ad expuendorum humiditatem conferat. Quin & ubi vinum maxime nocuum fit, tunc & aquam dat: nocuum autem est, cum vel delirat laborans, vel caput vehementer dolet. Suam igitur propriam naturam humidam, ac frigidam habet aqua: ad cœtitiam autem acquirens caliditatem, calefacit quidem ac humectat propinquas sibi res. At non similiter ambo hæc facere natura apta est, verum humectat quidem summe, siue tepida, siue temperata, siue etiam calidior F existat: calefacit autem non summe, nisi quæ extreme ferueat. Exploretur autem hic sermo in tēperata natura. Si enim huic naturæ aquam temperate calidam offeras, siue lauando, siue perfundendo quamcunque velis partem, hanc ipsam humidiorē ac calidiorem demonstrabis in ipso per fusionis tempore. Si vero postbac quieueris, vt qui frigida corpus, nec coegeris, nec desaueris, pau lo post frigidorem ipsam se ipsa factā compieris, caliditate innata immoderatus perspirata. non tamen, quemadmodum frigidius deinceps, ita etiam siccus demonstrat corpus calidæ aquæ usus: quamuis certe, & hoc fieri videretur, tum ob meatuum raritatem, tum ob corporis mollitudinē, tum denique ob substantiæ fusionem. Necesse est enim vt largior in huiuscmodi affectionib. fiat evaporation: vapor autem humor est attenuatus. Verum non sic se habet rei veritas. Nam quæ in vasis, ac alijs vacuis regionibus continentur humiditates, vniuersæ vacuantur: corpora vero ipsa vasorum, ac vniuersum carnosum genus, humidius se ipso fit: & hæc solam facultatem, vt videtur, nunquam deponit aqua. Neque enim cum feruens comburit, corpora quæ vsta sunt, siccā euadūt, vt quæ ab igne assata sunt, neque etiam cum sumptu frigida facta, toto die, vel etiam longiori tempore super aliquam partem perfunditur, eam sicciorē reddit. Sed hæc quidem accidunt propterea, quod humiditas, quæ in vasis alijsque regionibus continetur, vacuata est: innata autem, ac fo lidæ ipsæ patet, hoc est τὰ περιότα, nulla in re se ipsis sicciores sunt. G

De Aquafrigida, & Oxymelitis in agrotantibus exhibitione. Cap. 2.

Quoniam omnis affectio corporis, quæ præter naturam est, a sibi ipsi contrarijs curari est ostendit, patet febrem quoque ipsam a frigida extintam omnino iri, quando ipsa sola fuerit sine vlla affectione, quæ a frigida laedatur. Non si cum febre, alia sit affectio, quam frigida ledit, licet, quæ ex hac ipsa affectione orta est febris, a frigida confessim extinta fuerit, alia tamen deinde grauior febris accendetur, aucta ea affectione, quam frigidæ potio ledit. Leduntur autem a frigida affectiones, tum quæ sunt partium phlegmone laborantium, tum quæ sunt succorum inconcoctionum: quorum nota, ac indicium est ipsa urinarum inconcoctione. Si igitur urinæ concoctæ sint, simulque nulla pars principalis phlegmone vexetur, hæc satis erunt, vt ad frigidam dandam nos impellant. Quod si estatis tempore vehementia febris aliquando virgeat, laboransque iuuenis sit, ac frigidæ potionē asfuetus: si una cum aspectu, ac consistentia urinarum sublimamentum laudabile uideas: frigidam dando, non peccaueris, quamvis aliqua particula phlegmone uexetur: sed malueris hoc in loco, febris quidem uehementiam quam primum sedari, reliquias autem phlegmone pluribus diebus indigere: scirrhosores enim solituque difficiliores, ut ipsæ euadant, necesse est. Si igitur non admodum adurentes sint febres, frigidam dando in particulis phlegmone laborantibus, magnopere a conjectura aberrabis. Nam quæ uehementer flammæ sunt febres, phlegmonen est: si pelato solum quoquo modo esse significant: ideoque frigida etiam hanc iuuat, sicuti in exterioribus conspicitur. In ijs ergo, qui incipientes habent phlegmones in iecore, ventriculo, alijsque eiusmodi particulis, exquisitor determinatione est opus: magnopere enim hi omnes leduntur, licet in tempore assumptionis, si aliquantum potus ipse quantitate excedat. Quoniam autem principia earum phlegmonarum, quæ sine ictu, aut uulnere consistunt, uel ob imbecillitatem particularum, uel ob aliquam igneam caliditatem sunt: Eas quidem quæ ob imbecillitatem sunt, semper frigida ledet: Eas uero quæ ob igneam quandam caliditatem, ea ipsa moderate exhibita iuuabit: periculum enim est in largiori potu dando, ne pars ad contrarium excessum transeat. Ad huc uero tales affectiones frigida potio iuuabit, si dum sanæ erant, ea ipsa uti solebant. Considerant igitur sunt, qui in thorace, uentriculo, iecore, ceruice, actoto capite sunt ualidi morbi. Nam ar-

tus

DE BONITATE AQVAE.

78

A tus / quæ cōla græcē hoc est membra longa dicunt) haud magnopere fortasse lādentur: lādentur etenim aliquantulum per quasdam affectiones, quas deinceps dicam. Qnōd vero horum eadem futura sit noxa, quanta prædictarum partium ualide affectarum sit, ne id quidem idiota afficeret. Si igitur erysipelatos uel herpistica, hoc est serpiginosa quædam affectio in hypochondrio sit, uel erysipelatos phlegmone, vel aliqua alia affectio summe calida ex intemperie nimirum si ne succis genita, tunc frigidæ potio iuuabit: Sicuti eadem maxime lēdet, vbi abscessus, uel cedema, vel icirrus, vel vlcus, vel intemperies frigida assuerit. Quoniam autem de artibus dicere sum pollicitus, sciendum est, quod quæ in his sunt phlegmonæ neruofarum partium, à quibus alioqui spasmodorum imminet periculum, à frigidæ potione maximè lēduntur. Si autem in carnosa artuum parte phlegmone gignatur, bibere etiam frigidam homo poterit. et si extrinsecus membro phlegmone vexato obtulerit, lēdetur quidem, non tamen insigniter nec omnino manifeste, præsertim si frigidæ potioni fuerit assuetus. Cum igitur febris fuerit sola sine vlla alia affectione quæ à frigidæ lādi possit, tantum frigidæ dandum est, quantum laborans ipse anhelitu non iterato haurire poterit. Oxymeli autem èstatis tempore frigidum datur, ut laborantis sitim non exacuat: quapropter etiam ante, quām concoctus sit morbus, oxymeli frigidum dare audemus èstatis tempore, viet. rat. in aquam certe in eiusmodi affectione ad saturitatem non datur; nam tum phlegmonem densabit, morb. acut. si ob eam febricitent: tum succos seruabit inconcoctos, si ob hos ègrotent. At oxymelitis tunc parum damus, tanquam tepidum prius sit in uentriculo euasorum, quām eius frigiditas usque ad costam distribuatur. Quōd si exiguum quid distributum etiam fuerit, illud ab ipso oxymelite corrigitur, ut quodincidenti facultatem habeat.

Galen. I. de
vict. rat. in
morb. acut.
comm. 93.

*Ex libris Risi de Aquis. Èst in secundo libro de Diata seu
potibus. Caput 3.*

A Quæ, quæ resides sunt (uoco autem eas quæ sunt ex puteis) cum minime sint fatigatæ, neque ualde tenues sunt: siq; intro inierint, minus madefaciunt ac dissoluunt cibos, minus itē concouunt, nec bene etiam per urinam redduntur præ crassitie, & quia frigidæ sunt. Funt autem potabiliores, tum crebro haustu ac si effluenter, tum expurgatione puteorum. Quæ uero sunt tenuiores, atq; ad madefaciendum præstantiores, ad concoctionem item, & ad urinæ redditionem. Quæ uero sunt ex stagno, omnes pessimæ sunt: nam et odorem absurdum habent, sicuti putrefactæ: & æstate quidem calidæ fuent, hyeme autem frigidæ: quod maximum sifnum prauitatis aquarum statuo. Aeestate igitur uentres perturbant: tarde etiam in vesicam transfluunt: sèpius item difficultates laxitatemq; intestinorum homini inferunt, à quibus res tandem in aquam intercutem cedit. Hyeme vero cum frigidæ sint, uentres quidem non admodum perturbant: rupturas autem, pleures, & tuſles faciunt: quin & ad liuenem repunt, postea in aquam intercutem desinunt: ex liene autem & pedes ulcerantur, & ea ipsa vlcera celerem curationem non admittit. Solæ autem quæ in Aegypto sunt paludes, ex omnibus quas nouerim, sunt salubres, quōd & hyeme aqua non putrefacit, neq; enim supercalefit: & autumno Nilus paludes replendo, antiquam aquam extrudat, & aliam recentem in eius locum reponat. De aquis autem pluuialibus hæc cognosco. Aquæ pluuiales leues sunt, tenues, puræ, gustantiq; dulces: & si quid in ipsis elixare volueris, celerrime id elixatur: siq; ipsas calefacias, celerrime calefiant: uinoq; per exiguo temperantur: quare bonæ sunt ad concoctionem: bonæ ad urinarum secretionem: bonæ, iecori, lieni, renibus, pulmoni, ac neruis: cum enim facultatem valde refrigerantem non habeant, merito hisce partibus fuent benigniores. Vernales ergo ac hyemales opportunitissimæ, ac optimæ sunt: quas sane ego præcipue laudo. Autumnales autem & æstivales fuerint quidem alijs præstantiores, sed non omnibus: nam uiribus quidem eas quæ in terra sunt, antecellunt: quam uero sint uernalibus hyemalibusq; inferiores, dici sane non potest, nam terra siccius uaporat æstate, & autumno, & multas habet terræ sordes, quas pluuiæ purgant. Tales igitur sicciores nitrosoresq; ut sint necesse est, atq; ad abstergendum per intestinaq; descendendum idoneæ: minime tñ sunt accommodatae renibus pulmoni, & arteriæ: quin & plus uini tales aquas ferre necesse est, quo earū nitrosoitas uincatur. Differunt autem non parum etiam aquæ penes fatus uentosve aquilonares & australes. In aquilonaribus enim dulcior quidem pluit aqua, verum frigidior: in australibus autem minus quidem dulcis, calida autem magis. Et in uniuersum tempora quæ imbribus pluuijsue abundant, dulciorem: quæ eisdem carent, siccæq; sunt, nitrosorem aquam præbent. Quæcunq; autem à niue & glacie fuent aquæ, uniuersæ duræ quidem sunt, frigiditateq; excedunt: dulces tñ sunt gustanti: aqua autem quæ dura frigidæq; sit, neq; ad concoctionē, neq; ad urinæ redditionē commoda est: quin & neruis, pectoribus, costisque mala est, nam & spasmos tetanosq; infert, ruptioneq; in thorace facit, ut etiam non nulli subcruenta expuant ac suppurentur. Fontanæ autem aquæ, quæ ad orientem uergunt, uniuersæ humiditate, tenuitate, odoris bonitate, quodq; tum moderate humectent, tum moderate calefiant, cæteris excellunt. Quæ ad septentriones, dulces quidem sunt, sed

"rōces estiū
de etiam Ae
eum lib. 4. c.
de Aquis. ex
Rufo, q. vulc
p. 3911 co-
quæ cibos in
uentriculo.

LIBER

sed immoderatus refrigerant. Quæ ad occidentem, violentæ sunt in refrigerando, violentæ item E & duritie: vnde raucitatem, laterum morbos, ac spasmos inducunt. Quæ ad meridiem, salsores calidioresque sunt minimeque ut per urinam reddantur idoneæ: ad secessiones autem per intestina, præstantiores sunt. Atqui licet aquas quæ sunt in meridie, non laudem, Nilum tamen ita laudo, ut paucis admodum fluuijs in bonitate aquæ comparandus videatur: nam & ventrem subducit, mulieribusque purgationes citat, & in puerperio babitur. Pleraque vero meridionales aquæ resides sunt, quibus duplex est noxa, altera à regione, altera quod non effluat. Pro terræ uero natura sic de aquis dignoscere oportet. Nam terrarum alia est plana seu campestris, alia colles & montes. Campestris ad aquarum effluxiones deterior est: multique hoc in loco putei fossiles, fontesque resides sunt. Colles, et montes sunt præstantiores, nam et puriores aquas, tenuiores, et meliori præditas odore, dulcedineque suauiores præbent. Rursus camporum nonnullis salsores et nitrum insidet æstate et autumno: nonnullis nihil, uerum terram hanc, dulcem appellant: hic ergo et aqua est præstantior potabiliorque, illuc salsa ac nitrosa. Ex montibus itidem alij terrei alij petrosi: ac terrei aquas habent præstantiores, quo ad mollitiem, et quia minus sint frigidæ: petrosi, F quo ad duritatem et frigiditatem aquas habent deteriores, puriores tamen cæteris sedimentoque uacantes. Maxima autem, ac notabilissima in aquis est differentia, tum ex metallis, tum ex herbis illic natis. Ac metalla quidem tum ad aliam habitationem, tum ad aquæ potionem nocua sunt. Herbe uero nonnunquam quidem admodum laedunt aquam, nonnunquam autem ipsam adiuuant, ut sium, calamintha, et adiantum: haec enim plurimæ in riuis seu canalibus nascuntur, ac laudabilem quidem aquam laedunt: prauam uero aliquæ iuuant, cum quoddam ab eis ueluti medicamentum ipsi aquæ commisceatur. Euadunt autem præstantiores ut per urinam reddantur, eiuscemodi aquæ. Non minima ergo habenda est consideratio, an etiam à terra uel aliunde aliquod aquis uitium adueniat, quod non satis sit fontes hic quidem præstantiorem aquam ac potabiliorum, illic uero saltem ac nitrosam præbere, nisi etiam quæ ad riuos attinent, similia existat. Quæ igitur maxima sunt, in hoc sermone dicta sunt: dicantur autem et alia signa bonitatis aquarum. Quæcumque aquæ hyeme quidem calidæ sunt, æstate uero frigidæ, quoquo modo uidentur esse optimæ. Quæ uero simili modo in calore et frigore, quo tempora, se habent, pessimæ. Nam æstate in terræ superficiem calor aduentat, hyeme in profundum immersitur: ob idque mihi uidentur fontes, quicunque à profundissimis partibus fluunt, et quæcumque antra caua, omnia G per hyemem calidissima esse, per æstatem frigidissima: ideoque omnia quæ in superficie sunt, una cum temporibus commutantur, quocumque modo ea ipsa tempora in calore uel frigore se habeant. Mirabile autem est quod * alicubi aqua hyeme euaneat, æstate appetat, quamuis contraria in mar- rium iure esse deberet. Verum etiam huiusc rei causam calor ipse habet, vt qui profundas aquas gine habent, secum conuehat, nam et haec calorem ipsum sentiunt. Quicunque enim fontes profundi sunt, pa- fonte illo, rumque admodum ab externis imbrisbus suscipiunt, hyeme quidem, ac per vehementissimam fri- qui in Lycia gora minimos, æstate vero maximos comperties. Quare et quod in Delo est stagnum, haec ipsa est apud Chi eisdem de causis patitur, puteique qui in Pythopolis sunt. Vna ergo haec ipsa est bonarum, ac pra- mæram mon uarum aquarum cognitio: si hyeme calidæ, æstate frigidæ sint. Secunda vero, si in ore gustantis galus istu un nihil notabile habeant. Ita vero nec multo vino pro temperando indigebunt, omnique uino gula aperius conuenient. Esto autem et pura illa, quæ præstantior est, nec alioqui colore infecta, nec fœcem subsidentiamque habens. Statim vero quæ pura est pondere etiam est leuis, nam quæ pondere leuis est, terræ temper impernista est: quæ vero est grauis, terræ ratione plus grauat. Sunt, et haec non minime consideranda, vt si cito ipsa calefiat, ac refrigeretur: nam eiusmodi aquæ cæteris H sunt præstantiores: Et quomodo ad concoctiones, quoniam item ad secessionem te habeant: nam quæ citius * concoquunt, sunt præstantiores, et quæ secedunt, si per uescicam secedant sunt præstantiores: deterior autem est quæ per intestina secessio. Quarum uero in nostra arte non est opera perdiscere, ea ab incolis percontari debemus: nequaquam autem facile sciri possunt, quæ præter rationem eueniunt. Ne diutius morer, Aqua in Leontinis est, ex qua si quis biberit, mori-

* Græc. eod. Læquitur de fonte illo, qui in Lycia gora minimos, æstate vero maximos comperties. Quare et quod in Delo est stagnum, haec ipsa est apud Chi eisdem de causis patitur, puteique qui in Pythopolis sunt. Vna ergo haec ipsa est bonarum, ac præmæram mon uarum aquarum cognitio: si hyeme calidæ, æstate frigidæ sint. Secunda vero, si in ore gustantis galus istu un nihil notabile habeant. Ita vero nec multo vino pro temperando indigebunt, omnique uino gula aperius conuenient. Esto autem et pura illa, quæ præstantior est, nec alioqui colore infecta, nec fœcem subsidentiamque habens. Statim vero quæ pura est pondere etiam est leuis, nam quæ pondere leuis est, terræ temper impernista est: quæ vero est grauis, terræ ratione plus grauat. Sunt, et haec non minime consideranda, vt si cito ipsa calefiat, ac refrigeretur: nam eiusmodi aquæ cæteris H sunt præstantiores: Et quomodo ad concoctiones, quoniam item ad secessionem te habeant: nam quæ citius * concoquunt, sunt præstantiores, et quæ secedunt, si per uescicam secedant sunt præstantiores: deterior autem est quæ per intestina secessio. Quarum uero in nostra arte non est opera perdiscere, ea ab incolis percontari debemus: nequaquam autem facile sciri possunt, quæ præter rationem eueniunt. Ne diutius morer, Aqua in Leontinis est, ex qua si quis biberit, mori-

Codic. græci tur: Huiuscemodi alia in Phæneo Arcadiæ conspicitur, quam Stygos hydor appellant. Huius- habet in mar modi item alia in Thracia, et stagnum illud, quod apud Sauromatas est, quod nec auis transuoladoxis, quæ re potest. Et aliud etiam apud Medos est, cui ichorum nigrum supernatare dicunt, qui ubi igni sunt in aquis admotus fuerit, accenditur, hoc medicamento Medeam tradunt Creontis filiam perdidisse. Est etiam Sufis aqua, quæ si bibatur, dentes excutit. Sybaris autem fluuius homines infœcundos reddit. Quæ vero in Aethiopia est aqua rubra appellata, furorem inducit. Quæ in Aegypto est, bibentium capita depilat. Horum sane nihil sciri potest, cur qui illis inconsiderate iam usi fuerunt multi quidem mortem obierint, multi uero aliud quid inconueniens perpepsi fuerint. Sunt, et aliæ multæ aquarum facultates, quæ non secundum communem naturam se habent. Nam quæ Lyceis est aqua, bibentes ad temulentiam adigit. Quæ in Clitolio Arcadiæ est, in ea si quis se lauerit, odorem uini amplius sustineat non poterit. Aqua Arethusa in Chalcide, mulieres quædem iuuat: cætera uero animalia, si ex ea biberint, pedum doloribus afficiuntur. Cydnus pedum dolores

DE BONITATE AQVAE.

79

A dolores sedare creditur, quamvis frigiditate excellat. Qui vero habitat, vbi prava est aqua, excogitare debet, ut ipsam potabiliorum efficiat. Optimum igitur erit, ut ipsa in fistilibus vasis elixetur: ac vbi noctu refrigerata fuerit, rursusque calefacta, bibatur. Si vero exercitui bonam aquam ex prava preparare fuerit opus, soueas ex ordine ab altissimis locis ad declivias fodere, per illasque aquam ducere oportet, terra dulci, ac pingui, que conficiendis fistilibus sit idonea, in soueas iniecta: semper enim hoc modo aquae uitiositas in soueis remanebit.

Aqua correctio ex libris Dioclis. Caput 4.

A Quam imbecillissimam efficies, si tertiam partem decoquas & ouorum alba similiter incoquas: iniijcere autem in haec ipsa oportet glebam argillæ aridæ, quo usque maceretur: sit autem mensura semisextarius in amphoram. Vbi autem decoxeris, bibatur. Ita etiam odorem ab aqua extrahe, si calefactam manu ad ventum perfundas, & in vase immenso insoles, atque in multa vasa paulatim diffundas.

Aqua purgatio ex libris Athenaei. Caput 5.

B **A** Qua defecatur partim vatis stillacidijs (que stacta a Græcis appellantur) partim colis (que ab eisdem hylisteres vocantur) que nonnunquam quidem simplicia, & nonnunquam vero duplia, vel triplicia fiunt, ut purissima aqua per hec ipsa excipiatur. Quin & soueas, tum iuxta mare, tum iuxta stagna fiunt: illic quidem, cum aquam potabilem a mari secernere volumus: hic vero, ut si conturbatum fuerit stagnum, hirudinesque in se, vel aliqua etiam alia vitia habuerit, purissima maximeque innoxia aqua per terram transudans, in fossas colligatur. Vbi vero multa aquæ quantitas haurienda sit, ut in exercitibus, latera soueas lapidis, vel lignis in orbem circundant, atque vbi pavimentum eodem modo instrauerint, puras conseruare aquas nituntur. Porro aquæ que defecantur, tenuiores prioresque fiunt, ob idque etiam frigidiores: plerique vero, licet fuerint defecatae, vires tamen a folidis corporib. perceptas adhuc conservant.

*

H

DE VI-



DE VINIS EX GALENO

CAPVT SEXTVM

Libri quinti Collectionum Medicinalium Oribasij ad Iulianum
Imperatorem.

Augustino Gadaldino Mutinensi Interprete.



Inum Aquosum nominant homines id, quod colore, & consistentia aquæ assimilatur: transparens enim, ac splendens est, & purum, ac consistentia tenue appetet: tibique dum gustaueris, nullam forte habere qualitatem videbitur: dumque temperatur, multæ aquæ haud sustinet mixtionem, unde ab antiquis oligophoron, idest pauciferum, vocatum est. Haud omnino autem vinum hoc ab adstrictione est semotum, at eam exolutam penitus habet: si enim ipsum aquæ comparaueris, manifeste ex ea comparatione gustu persenties, id exiguam quandam adstrictiōnē assumptissimum. Est & viribus aquæ simile, nec caput imbecillum, nec neruos imbecillos tangens, quoniam nec manifeste calefacit. Videtur etiam nullam aliam conspicuam qualitatem possidere, non austritatem, non acerbitatem, non dulcedinem, non acrimoniam. Idoneum autem est hoc vinum ad eorum, quæ in pulmone continentur, educationem, virtutem nimirum roborans, & humore humectans, ac incidens moderate. Idem & febricitantibus minori cum periculo datur, quam alia vina: nam huic vni ex omnibus vinis inest, ut aquæ, & vini malitias effugiat. Præterquam autem, quod nunquam caput lædat hoc vinum, saepius etiam iuuat, leues eos dolores, qui ab humoribus in ventriculo contentis excitantur, sedans. Inuenies autem aliquando quosdam ob aquæ potionem capite dolentes, præcipue cum ipsa prava fuerit, quæ dum corruptitur, naturale robur ventriculi exoluit: quam imbecillo reddito, ichores biliosi ex corpore in eius spacium confluere consueuerunt, sicuti ijs, qui ieiunarunt, accidit: a quorum malitia, & lascione prædictum vinum hominem liberat, primum quidem, ac statim epicræsos, idest, contemperamenti ratione: post modum autem, eo quod roboratus uenter, deorsum, quæ sibi noxia sunt, pellit. Ijs autem, qui admodum calidi sunt temperamento, aquæ potio magis, quam vini confert. Quod si quandoque vino indigent, dandum ipsis est, quod tenue sit moderateque austерum. Vina aquosi cum vinas creant, paucissimum corpori præbent alimentum: eaque sola ex uinis tuto etiam recentia bibuntur, quemadmodum aurianum nominatum, & aliqua ex Sabinis. In unaquaque autem natione talia vina gignuntur, in Italia imbecillum Sabinum, quod etiam febrientibus dant: in Asia Tictaczenum, & Tibinum. At si eorum signa audieris, facilius in unaquaque natione talia uina inuenies. Apud nos cito potabilia euadunt Tibinum, & Artsyinum, & præter hæc Titaczenum. Dulce uinum, nec tenue exquisite, nec splendidum, sed plus minus a prædictis recedere, neutrum vero habere, comperies. Calefacit autem uinum dulce, crassumque consistentia est. Ac particulares eius vires, quas dum potatur, præse fert, has duas qualitates consequuntur: nam color ex sua ratione nullam, vel in iuuando, vel in lædendo vim obtinet. Quam crassum autem consistentia est hoc uinum, tam etiam tarde meat, ita ut non solum aliquam ex obstructionis particulis obstructione non liberet, verum etiam obstructionem adaugeat. Ob idque iecori affecto maxime nocuum est, præcipue quando phlegmone aliqua, vel scirrus in ipso sit: Moderatius autem lædit, quando a crassis obstructioni fuerit humoribus viscus id: vel quando imbecillitate afficitur, sicuti in affectionibus, quæ proprie hepaticæ vocantur. Post iecur lien a dulcibus uinis latitur: non tamen pulmo, quando crassum humor in bronchijs habet: dulce enim uinum in acutis morbis

Amorbis ad expuisionem consert, cum iam peripneumonia, & pleuritis concocta fuerit, nec iam phlegmone vexentur particulæ. Quo autem magis a vehementi caliditate distant uina dulcia, eo minus capitis gravitatem mentisque lesionem faciunt: ac facilius, quam alia uina de ieiuntur, magna reddunt uiscera. Non sunt autem picrocholis idonea, materia enim sunt omnia uina dulcia flauæ bili. Nec solum, quia multa caliditas tales humores amaros reddit, uina dulcia febricitantibus non conueniunt, sed etiam quia cum crassâ sunt, neque ad vrinam transeunt, nec secum unabilios humores educunt, nec euacuant. Vnum autem duntaxat bonum hoc ipsis inest, quod ventrem leniunt: quare ipsa prebibunt: nam si hoc non fecerint, omni sane modo ledunt. Preter alia enim sunt siticulosæ, hac ipsa re indicantia, quod facile bilesunt. Sunt & talia uina flatuosa. Inferioribus tamen intestinis haud sunt nocua, quod flatus ab ipsis genitus tarde metet, moreturque in hypochondrijs, quo usque perfecte concoctus, ac tenuatus fuerit. Dulce simul & austерum est vinum, quod in Cilicia est (Abates appellant) contrarijs constans qualitatibus: quare prauum existit, quippe quod nec distribuatur, nec descendat, sed diu in uentre permaneat ipsumque inflet. Nigrum vinum, quod citra dulcedinem austерum appetet, vel acerbum, replet, ac tarde meat: ambasque delectiones, tum quæ per aluum, tum quæ per uescicam fit, cohabet, facileque acescit, & vomitum prouocat: Solis autem uentris fluxionibus conuenit, nec in his ad saturitatem est bibendum. Album simul, & austерum uinum, nec ipsum urinas ciet: sed si crassum est, in hypochondrijs

Bmoratur: si non crassum, non quæ ad urinas transit, sicut alba, & mediocriter austera. Cirrum, id est fuluum, & austерum uinum, fluxionibus uentris, & ipsum competit. Duplex autem fuluum sicut & nigrum, est, alterum dulce, austерum alterum. Sed fuluum caput, & mentem magis ferit, quia nigro calidius est. Flavum uinum summe calidum est, quemadmodum & quod post ipsum est fuluum, post hęc rubrum, postea dulce. Album ceteris alijs minus nutrit. Ex albis uinis nullum est dulce, uerum quedam austera, ac crassâ sunt: quedam aquosa, ac tenuia. Ex flavis, & fuluis quedam sunt dulcia, ut Hippodamantium, & Faustianum Falernum: quedam omnino dulcedine carrent. Rubra uina his sunt crassiora: quemadmodum rursus rubris alia, quæ iam proxime ad nigra colore accedunt. Atque omnia hęc pro crassitudinis ratione nutriunt: ob idque ijs, qui refectio indigent, ut uinum dulce bibant, concedendum est, præsertimque cum eorum iecur, lien, & renes uitio careant: Qui uero crassum humorē in uenis collegerunt, ijs tenuis consistentiæ uina utilia sunt: si que humor ille frigidus fuerit, acria & uetus; si non frigidus, quæ nec acrimoniam, nec uetus statem habeant, conueniunt. Ad probos autem succos gignendos odorum præstantius est, sed caput ferit. Austeri ad roborandum stomachum, ac sistendam aluum fluentem utimur, alioqui sane non usuri, propterea, quod nec alimento distribuendo, nec sanguini procreando, nec probis

Csuccis gignendis, nec urinę ciendę, nec sudori prouocando, nec alio subducendę, conferunt. Biliosis igitur corporibus, nec Falernum, nec Tmolites fuluum, & dulce, nec Ariusium, nec Lefbum illud, quod odorum, ac fuluum æque, ac prædicta uina, est, conuenit. Calidiora enim omnia hęc uina sunt: facileque, qui ea biberint, caput dolent, ac febricitant, atque aliqua neruorum affectione tentantur. Igitur nec biliosis naturis, nec Sole exustis, nec ijs, qui in laboribus multis, aut penuria, aut mœrore, aut tempore, & cceli statu calido uiuent, danda sunt talia uina. Contra uero ijs, qui calefactione egent, pituitosis frigidisque temperamento, ac humorum crudorum copia refertis, ociose uiuentibus, in regione frigida, & hyeme, & cceli statu frigido, ac humido, bona sunt. Sanè omnium uinorum, quæ nec ualde crassâ, nec admodum dulcia sunt, ut Theræum, et Scybellites, commune est, ut cum in longum temporis spaciū extensa fuerint, flava fiant colore, ac quiddam more ignis coruscans acquirant. Nam nigra (quale apud nos Perperinium) si uete rascent, in rubrum quidem prius uel fuluum, postea vero in flavum colorem transeunt. Et albū, quale est Bithynum, quod cum in ueteratum est, Romani Cæcum uocant, iam quando est tale, amarum est, & propterea potui inutile. Vitanda igitur et ita uetus orum potio est, sicuti etiam recentum. Maxime autem abstinentum est a uinis natura crassis, quando recentia sunt: tantum enim abest, ut ciborum concoctionibus quicquam conferant, ut uix etiam concoquantur. Præterea nec per aluum transeunt, nec distribuuntur facile, nec urinas prouocant, nec sanguini procreando conducunt, nec nutritioni: sed diutius in uentre suspensa (ut aqua) remanent: si que de ijs parum quis biberit, facile acescunt. Vetustissima uina ita ab albo simul, et austero, et recenti, et crassi differunt, ut alrerum quidem ualidissime calefaciat, alterum sensibiliter refrigeret. Glauco autem, id est mustum, quam flatuosum concoctuque difficile, et crassi succi sit, omnes norunt. Solum hoc unum bonum habet, quod uentrem subducit: quo si forte aliquando priuetur, maxime nocuum redditur. Celerrime omnium uinorum alba, et aquosa in ueterascunt, id est prompte in ueterascientium qualitatem transmutantur. Hęc autem est acrimonia quidem primum, quæ plane calefacit: postea uero amaritudo: ad quam aliquando in decem annis peruenire conspicuntur, nisi primis tribus quatuorve annis prius acuerint. potentia autem simul, et austera, et alba uina, quæ crassitudinem habent, etiam post decimum annum quandoque, nisi rite fuerint reposita, ac celi cere contingit: contingit autem et ipsa plurimo tempore in ueterari. Talia sunt in Italia

Denim abest, ut ciborum concoctionibus quicquam conferant, ut uix etiam concoquantur. Præterea nec per aluum transeunt, nec distribuuntur facile, nec urinas prouocant, nec sanguini procreando conducunt, nec nutritioni: sed diutius in uentre suspensa (ut aqua) remanent: si que de ijs parum quis biberit, facile acescunt. Vetustissima uina ita ab albo simul, et austero, et recenti, et crassi differunt, ut alrerum quidem ualidissime calefaciat, alterum sensibiliter refrigeret. Glauco autem, id est mustum, quam flatuosum concoctuque difficile, et crassi succi sit, omnes norunt. Solum hoc unum bonum habet, quod uentrem subducit: quo si forte aliquando priuetur, maxime nocuum redditur. Celerrime omnium uinorum alba, et aquosa in ueterascunt, id est prompte in ueterascientium qualitatem transmutantur. Hęc autem est acrimonia quidem primum, quæ plane calefacit: postea uero amaritudo: ad quam aliquando in decem annis peruenire conspicuntur, nisi primis tribus quatuorve annis prius acuerint. potentia autem simul, et austera, et alba uina, quæ crassitudinem habent, etiam post decimum annum quandoque, nisi rite fuerint reposita, ac celi cere contingit: contingit autem et ipsa plurimo tempore in ueterari. Talia sunt in Italia

L I B E R

Tiburtinum, & Signinum, & Marsum, & Surrentinum, quod fermè ante annum vigesimum ad-
huc est crudum: viget enim, dum tot annorum est, diuque potui aptum perseverat, haud facile ni-
mirum amarescens: ac virtute cum Falerno contendit. Secus autem patiuntur, quæ aquo sa sunt,
Sabinum, aurianum, Arsyinum, Titacazenum, Tibinum, & id genus alia: facile enim ad contra-
rias qualitates transmutantur: ad acidam quidem in principio, ad amaram autem si perdurarint.
Locus sanè in quo reponitur vinum, multum ad eius alterationem facit. In principijs enim opti-
mus est frigidus, postea vero calidus, nam tepidus facile acida reddit vina. Quando vero vina in
frigido loco reposita, duobus tribusve annis perdurauerint, exinde calefieri admodum desu-
derant, nec amplius locum tepidum, ac temperatum requirunt. Quædam autem us-
que adeo sunt debilia, & aquosa, ut ne a principio quidem frigidum ferant. Ex
vasis porro vina continentibus, quodcumque finas sine obturamento, faci-
lè acescit. Sicuti sanè, & ex ijs, quæ obturata sunt, minus patiuntur,
quæ plena sunt: nam quæ subuacua sunt, quia in se ipsis acrem
continent, per illum medium citius ab ambiente extrin-
seco alterantur. Quæ vero usque adeo sunt repleta,
ut operculum a uino tangatur, per illud fo-
cillum, ac debilem, quam sanè est
densum operculum. Quæ
uero à pice, uel gipso
stipata sunt, ma-
gis perdu-
rare
comperies: quæ a corio solo minus: quem
admodum, & quæ a folijs sunt.
Vina obturata autem fulua
apud nos optima, tria
sunt: Tmolites,
Lesbium,
&
probatissi-
mum ueteribus
Ariusium, quod in Chio
prouenit: quo omnes ad
optima medicamenta conficien-
da, ac præcipue ad antidotos utebantur.

F

G

A



GALENO ASCRIP. PRAESAGIVM EXPERIENTIA CONFIRMATVM

B

Georgio Valla Placentino Interpretate.

CENSURA.

Imitatur & hic liber ueros Galeni libros,
sed iejuna admodum
oratione .

C



Vicunque præsciscere libuerit mortis non diem modo, sed etiam horam, considerare expedit, quo potissimum tempore languens ab accessione vehementer affligatur, num inter accedendum, tum impense obrigescat & estu conflagret, diuque ea permanserit intentio, pulsusque sit exiguus & segniter somnum coeperit, somnolentusque fuerit, uel id genus aliud subierit detrimentum, id omne tempus suspectum habere oportet, uel si etiam ita mediocriter habuerit: At circa uigorem, si egrotum deiectum, aut cedentem, aut mœrentem spectes, febrisue magnitudinem minime tolerantem, plurimumque exstantem, & se tenebricum uoluntatem, & capite dolentem, & corde succumbentem, aut tali aliquo affectu uexatum, suspectum id tempus tibi esse maxime oportet, si etiam accessionis principio, ac uigore sint mediocria. Verum id si circa uigoris deceßum fuerit, anima consternetur, & sudores sint inæquales, aut frigidi, aut circa caput, aut circa pectus insurgant, pulsusque obscuros, & debiles efficiat, aliaque id genus, id tempus expedit suscipere: neque tum definiendum quicquam: neque dies mortis proferenda. Nam se cunda die si contingant, & quarta accessionem uehementiorem esse prima, tertius, & quintus, & sextus diem mortis indicabunt. Quot de causis succenduntur febres? quandoque aut ob additamentum idoneę materię, aut ob motum, aut ob districtionem, aut putredinem, aut ob accessionem caloris extrarij. Ac ob additamentum quidem, ut cum temperamento nacto calidum, adiectum fuerit piper, sinapi, allium, & similia: horum enim qualitas si cordi fuerit inuecta, & insita, succendet caliditatem, febremque inflammabit. Ob motum autem dupliciter: nam is, aut ab anima, aut a corpore luscitatur: ab anima quidem, ut cupiditate, & cura: a corpore autem, ut in labore immenso. Ob districtionem, cum ob glutinositatem, ob quampiam crastitudinem, exaruerint, obstruetique fuerint incerti corporis meatus, aut extrema uasorum, & in profunditatis difflamnatione febris fuerit incensa. Verum ob putredinem, ut cum subiecta, & redundans materia putruerit introrsus, cordique fuerit obiecta, ac febrem succederit. Ob accessionem autem caloris alterius, uelut cum in Solis ardore caput exstantauerit, præcipue tunicularis pituita per arterias cordi fuerit obiecta, febremque succederit.

Signa febris future.

Imminentis febris nuncius est hiatus, horror, oscitatio, nausea, somnolentia, tussicula subaspéra, extremorum membrorum infrigidatio. Atque hæc quidem extrinsecus præfigia. A pulsibus autem ex paucitate, et inæqualitate deprehenditur etiam quod desideratur: ac iniectione quidem, cum impensis correetio, frigetque cum aliquanta inæqualitate atque exiguitate: at in ascensiū fere sunt improbi, aucta diductione ad perfectum usque uigorem: sed calore intenso, spurij.

LA primum

L I B E R

primum magnitudo augetur, deinde celeritas assumitur. Nam cum fatis succensa febris conflagra E rit, tum ingentes simulque celeres efficit pulsus: si autem impensis, etiam crebros. Quo nempe pacto ante febres hiatus progignuntur? hiant ante febres ægri ob concussionem, & vim ipsos intendentem. Nam quemadmodum ex ahenis ad ignis violentiam positis uapor attollitur multis deferuente in ipsis aqua, ita etiam ex eis, quæ introrsus in corpore sunt, uapor exhalans intendit conuincitque corporis musculos: solent nanque nerui tepefacti desidere, atque ita fiunt oscitantes. at quo nam demum pacto capitatis dolores febricitantibus incitantur? nempe, cum uenæ plenæ, & flatibus intumentes, inter se & tæ fuerint, in caput dolores aduehant, vi, ac tenore internorum flatuum, qui immissi dispersique sunt.

De significatione sudorum.

Febrem uero sudoribus dissolutum iri cognoscimus ex eo, quod languor sit uigoris maxi- mi, ut est qui causus nominatur. Bilius nanque is demum est morbus, qui cum impensis moueri oporteat, rigor efficitur. Et proinde si uenter astrictus sit, urinave, proxima lubeunte crisi, rigor erit expectandus: Sin amborum fuerit astrictio, nec ullus praestō est uomitus, F aut sanguinis eruptio, sudor multis consequatur necesse est, præsertim cum languentes prociderint, accessione incrementum capiente, ut ea de causa magis incalescant: non nullaque corporis sit calida euaporatio, qualis antea non fuerit in dudum memoratis. Pulsus ingentes, & sublimes, & celeres, in diuisionemque potius properantes, ac uelut undosi: cū arteriæ tunica mollis humidaque appareat. Totius uero corporis extrema superficies perpruriscit, ac remollescit, & quandoque ad horas rufescit. Atque hæc in critica accessione adueniunt, præunte concoctione. Et si critica die bona existente, salubrium, ac resoluentium sudorum fuerint indicia, non dubium, quin calorem esse expediat mediocriter sudoris solubilem, per uniuersum corpus sibi constare, exinanireque iuxta proportionem, atque habitu alacrioremque reddere hominem. At frigidis sudores cum acuta febre erumpentes, mortem subesse minitantur: at cum ardore, morbi longitudinem coarguant. Si a sudoribus febricitantibus fuerit initium, boni & tertiani, & quintani, & septimani, & nonani, & undecimani, & quartidecimani, & uigesimi septimani, & trigesimaliquartani, hi nanque sudores morbos iudicant: qui autem ita non sunt, laborem significant, & longitudinem morbi, & subuersiōnem. ac ubi est corporis sudor, ibi quoque dicitu subesse morbum. Et ubi est corporis frigus, aut calor, ibidem est quoque morbus. Et ubi in toto corpore mutatio, fuerit G que refrigeratum corpus, aut rursus incaluerit, aut color ex alio alias emerserit, morbi longitudinem pronunciat. Sudor ex somno factus citra manifestam causam, corpus significat cibum assūm̄ plūtimum. Quod si cibi plurimi causa non fuerit, significat egere euacuatione febricitantium corpora. Sudor aduentante febri, nec deficiente febri malum: longum nanque morbum, & humiditatis significat copiam.

De sanguinis detractione exvenis.

Vide libro De Curandi ratione per sanguinis missionem, ex quo totum fere hoc caput extractum est.

In omni die, & noctis hora, urgente necessitate, sanguinem detrahito, Aduertendo tamen in febricitantibus uigorem cessantem accessionis. In alijs autem, siue ex lippitudine, siue ex alia ratione citra febrem, ubi sanguinis detractione ex uena opus sit, doloris, aut inflammationis considerato magnitudinem: qua enim hora mitigatum dolorem inspexeris, sanguinem de uena mittes. Re nulla urgente quo minus fiat satius fuerit matutino tempore de uena sanguinem detrahere: nec statim cum ex somno experrectus, sed posteaquā ad horam peruigilarit, ac prius ablueret aliquos præstiterit, & alios prius obambulare. In quo autem præoccupata custodiae causa ianguinē de uena detrahere permittitur, etiā post aliqua consueta exercitia sanguis ē uena trahēdus.

Cæterum languoris magnitudo, & uirium robur, atque firmitudo, primē sunt sanguinis ē uena detractionis considerationes. Proinde perspiciendum cuiusmodi ea sit naturalis hominis complexio. ac atras habentibus uenas, & mediocriter tenues, neq; albis, neq; carne molliculis, ad eua cuandū minus parcendum est: At contra parcendum, quando sanguinis parum habent, carnēque dilabilem. Hac de causa, neque pueris sanguinem ex uena detraxeris ad quartumdecimum usq; ætatis annum. At in maximis inflammationib. ualidissimisq; dolorib. nullū noui maius adiumentum, q; ad deficiendam usq; animam euacuare. Aduertenda sanè est diligenter, qualis sit pulsus cleuatio ab eo, qui ipsum attineat suffluente adhuc sanguine: quemadmodum in alijs unde sanguis detrahitur, siquid agere expediat: ne quid modo lateat deficiētis animæ, quod ad interitū aduehat.

Auehat: Quod si tempus fuerit uernum, locusque natura temperatus, & fuerit natura concinna, de trahito sanguinem. Et impensius, ubi pericula insident aut pulmonis aut anginae, aut lateris aut cuiuspiam alterius ac vehementis morbi. detrahendus, ut dictum est, sanguis pulsus usque ex plorato: omne nanque percussum membrum aduerteris non annorum modo numero, sed etiam corporis habitudine. Formidanda vero frigidis temporibus larga euacuatio, ob consequentem refrigerationem. Neutquam prescribi potest singulorum hominum definienda euacuationis mensura. Perspexi nanque in nonnullis, nec plusquam sufficeret, sanguinis libras sex ablatas esse, & confessim extinctam febrem, neque ullam consecutam fuisse uirium exinanitionem: Quibusdam vero libram dimidiā non citra laesioē: quibusquis duas modo exhausisset, impēissime offecisset: uidimus unam quoque aliquando auferri, & minus, ac profuisse. Reuulsionis gretia, qui in rectum languentium secat venas, confessim perspicuam inspicerit utilitatem: Si quispiam anularis digiti venam secet, ut non nulli medium inter medium, & anularem digitum venam, sinentes sanguinem effluere, quoad sponte cessauerit, lienem iuuari, ut in ancone venam secando interiorem, satis commode nanque lieni prodest male habenti sanguinis detraction ex manu sinistra. Atque adeo profecto in pleuriticis in rectum languentis ex uena sanguinis detraction utilitatem frequenter demonstrat evidentissimam. at ex opposita manu, aut prorsus obscuram, aut asperetabilem. Ingentibus oculorum doloribus succurrat siue humeralis appellata uena, aut quae ab ea deuiat in ancone secta, perspicuam confessim afferendo utilitatem. In latere autem languente, aut pulmone, aut septo transuerso, aut liene, aut iecore, ac ventre paraxilla ad anconem diffractionem peruenientem diductam secare quidem expedit, præcipue ad emissionem, quae per fracturam cui infidet humerali uena discreta pariter auulsa. Tres nimurū hi modi sunt ad anconē sanguinis detractiones, quae extra, & intra, quae, & media. Quae igitur intus, infra collum languentibus utilis: quae extra, in facie, aut in capite: at medius locus quandoque quidem ambas habet diductas venas ad partes antiores manus protensas: deinde hic copulatus quandoque statim in se in vicem existentes ad inflexionem distractionis. Incerta igitur existente sua languentis membra uena, ad medium aliquam eundum: diductioneque potius, quam in sua sectio facienda. Est etiam cum distractio infra anconem, quae in brachio diducenda nihil prohibet, non apparentibus in ancone. Ut autem dicta omnia membra in ancone sanguinis detractionibus adiuuantur, ita inferioribus his est, ut in poplitibus, & talis. Sunt autem dictorum, quae ad coxendicem, & uescicam, & vuluam, & renibus alternantes. Ideo in ancone quandoque sanguinis detractionibus obtemperant, cum recens fuerit inflammatio, & sanguinis uis multa. Sin affectio sit, quam proprie phrenitū appellamus, poplitem secare oportet, & in talis uenas. Ut in uuluis inflammationes, secta-
Crum in cruribus uenarum adiumento, non parum leuantur. Eniuero euacuationibus ab anconibus siquid sit infectum, & obseruandum frigus expedierit alimentum exhibere mediocre ad tres, aut quatuor modo dieculas.

Cum olim pestilentia ingens Asiam occupasset, qua caderant innumeri, tum ego secundo die nulla facta remissione, crus scalpendo, ad binas libras sanguinis euacuationem fieri permisi: & perinde deuitai periculum. Multi quoque alij eo usi adiumento conseruati sunt, præcipue qui latus sanguinem euacuarunt. at etiam mediocres capitū aufert dolores, fauciumque inflammations. at vetustiores tales casus scarificationum sectionibus dissoluimus. Oportet itaque ex atrocibus morbis ad naturalem habitum perducere: neque quicquam tam ad concinnam conuersiōnem agit, quam ex scarificatione sanguinis euacuatio. In indicem uero, & pollicem secta vena, et fluens sanguis, quoad sponte consliterit, uetustum dolorem, præsertim si ei membro insederit, curat. Purgatorum autem, et plus mediocritate euacuatorum, et refrigeratorum, et resolutorum, et conuulsorum, cessare purgationem expedit, aquamque tepidam exhibendo uomere hortabimur: at præstabit illinere calido oleo manus, & pedes: sifit nihilo minus somnum, et lauacrum. Ceterum non satis purgatis balnea congruentiora sunt, nam noctu purgantur: hos minus pascere conuenit: at tuto purgatis, oua, et alicani, et sorbitones, et vinum dulce exhibere expedit, quo intestinum purgatione moueat per *xelsum: conuenit etiam per posteriora lac immittere, cum hircino adipe, dulcive uino, atque ita suffuentia componere clysteribus admouendo omnifariam purgationem.
*Al. clysmū.

Ex ca. 2. libri
septimi Ori-
basij ad Iulia-
num Impera-
torem.

De adhibenda cautione in sanguinis detractione.

Qui detrahere sanguinem uelit, aduertere debet ne stercus multum cohibeatur inter intestina. Proinde molli clystere euacuandus eger, ne uenae ab intestinis uenentur, attrahantque putridam quampiam superfluitatum effluentiam. Ex præsenti igitur morbo qui sanguinis detractione egent, quo quis tempore ē uena sanguinem detrahemus, uigorem, et delirium in febribus particulariter custodiendo, et accessionem. Si continua sit febris omnino, matutinum tempus accommodatius. Qui uero non præsenti morbo occurruunt, sed cauendi causa sanguinis exquirunt detractionem, his uerum congruit tempus. In ætatibus porro supra quartum decimum annum detractione facienda, sicut intra annos sexaginta: nisi si qua modo efflagitans nos ingens usurpi.

LIB. EXPER. CONFIR. PRAESA G.

geat, necessitas. In totumque vires imbecillæ obseruandæ sunt. Necnon sub lingua venas, ut in an- E
ginæ morbo, oblique dissecamus, ad strictionem obseruando: Quemadmodum, & in capite, & in
oculis ex morbis vetustis eo modo dispescunt, In pede autem, sicut in ischiadicis: aut ob anum, su-
pra interiore talum vtiliter secant. Verum per morbos acutos, detrahito ex vena sanguinem, si
vehemens appareat ægritudo, & occupati morbo iam puberes sint, roburque eis adsit. Si igitur an-
gina fuerit, delige purgationem, vel si quid fuerit pleuriticum. Quid si debiliores appareant, si e-
tiam plus sanguinis detraxeris, clysteribus tertio die aluum exhauri: ac si tutus fuerit æger, etiam
inedia vtitor. Detrahendus igitur ex vena sanguis brachij dextri vena interiore: iuxtaque
habitudinem auferendus sanguis: et atque plus minusve considerandum. Eueniunt
istorum pluribus talia, rubores faciei, & oculorum vacillatio, diductio que ma-
num, pandiculatio que, stridores dentium, pulsus, maxillarum contra-
& dio, refrigeratio que extremorum, flatum oblationes per venas:
quam primum prope sanguis de vena detrahendus sublimibus
cunctis existentibus mæstis, flatibus, & fluxibus adferen-
dam opem id accommodatius. Ferendum illud
perpetuo est ad curam salubrem, quietum uni-
uersum, quam medicinam longe pre-
stantius esse. *

F

DE VRIS



DE VRINAE SIGNIFICATIONE EX HIPPOCRATE

B

Georgio Valla Placentino Interpret.

CENSURA

Nulla hic methodo Hippocratis, & Galeni uerba exscribuntur.

C



Ptima urina est cum eius alba fuerit hypostasis, quam substantiam dicere possumus, & lauis, & æqualis perpetuo, donec iudicatus fuerit morbus: significat nanque securitatem, nec diuturnam fore ægritudinem. Si uero intermitat, & puram quandoque mingat, quandoque subsidat album quoddam, & leue, tum diuturnior efficitur morbus, & minus tutus. Si fuerit urina subrubra, & hypostasis rubrura, & leuis, diuturnior hæc, quam prima, uerum multo salubrior. Crassioris autem farnæ specie in urinis hypostases, malæ: quibus adhuc peiores sunt etiam foliosæ: at tenues, & albæ, admodum malæ: quibus improbiores furfuraceæ. Nebulæ suspensaæ, & mobiles in urinis, albæ quidem bona, nigræ uero malæ. Si erit tenuis, & rutila urina, ægritudinem significat crudam, ac diuturnam: & sine periculo esse non potest. Lethalis autem male olens, & aquosa, & atra, & crassa. Virilis autem siue muliebris atra urina, pessima: infanticibus autem, aquosa. Quibus urinæ tenues, & crudæ minguntur diuturnæ, si alia signa tanquam euasuris adfuerint, hos abscessum ad septi transuersi regiones infernas expectare oportet. Pinguedines quoque superne innatantes araneosas licebit improbare: collificationis enim signum est. Considerandæ porro urinæ, in quibus sunt nebulæ, sursumne, an deorum meent, quosque colores habeant: deorsum enim labentes cum coloribus iam memoratis, malas esse decet arguere. Nec te fallat uesica ipsa ægra, quæ huiusmodi aliquam reddat urinam: nec enim totius est corporis signum, sed ipsius per se. Quibus urinæ crassæ, grumosæ, paucæ, & quidem febrietantibus, copia ex his tenuiis adueniens prodest: præcipue tales adueniunt, quibus a principio, uel a uestigio stabilitur hypostasis. Quibus urinæ perturbatae uelut iumentorum, ijs cephalgiæ, aut adsunt, aut aderunt: Quibus urinæ perspicue albæ sunt, improbe, præcipue in phreniticis apparentes. Quibus hypochondria sublata, murmurantia, ilium dolore accidente, ijs aliui humectantur, nisi flatus erumpant, uel urinæ proueniat copia: hec sane in febribus. Quibus sanguis, uel pus mingitur, renum, uel uesicæ exulcerationis est argumentum. Quibus in urina crassa existente minute carunculæ tanquam pili pariter adueniunt, ijs a renibus excernitur. Quibus in urina crassa existente furfuracea eminguntur, eorum uesica scabiescit. Quibus sponte tanguis mingentibus exit, eis a renibus significatur uenulæ fractura. Quibus in urinis arenosa subest materies, ijs uesica calculescit. Si noctu mingatur multum, exiguum excrementum significatur. Quibus biliolæ hypostases, superne autem tenuitates, celerem ægritudinem significant. Quibus in urinis insident bullæ, ex renibus significant ægritudinem, eamque longam fore. Quibus febrium uertigines a principio sunt, & pulsatus capit is, & urina tenuis, eis expectanda est ad crises febris acumine augeri: nec mirabor cum caput circumferri uidebitur, si in amentiam deciderint. Quibus pinguis hypostasis, & accumulata, ijs renum uitia, & acuta significantur. Quibus ex renibus laborantibus predicta signa sint, laboresque circa musculos spinales extiterint, si in locis sint exterioribus, abscessus, quæ Græci apostemata uocant, foris expecta futuros: si in locis exterioribus fuerint dolores, abscessus in interioribus fore expectato. Si sanguinem meiat, & grumos, stranguriaque affligatur, dolorque ad perineum, ac epigastrium incidat, significat circa uesicam esse ægritudinem.

Spurij.

Læ 3 tudinem

EX HIPPOCRATE

tudenem. Quibus a principio vrinæ sunt sabulosæ, vel etiam crassæ, purgandi sunt, si cætera con- E
 ferre videbuntur. Quibus a principio vrinæ sunt tenues, ijs medicamen ne exhibeas: at si videbitur,
 clysteribus vttere, ita namque si currentur profuerit. Quod futurum quoque est, ex vrinis licebit
 conijcere. Nam si densior, vel pallidior, melior erit vrina: si tenuior, & nigrior, erit deterior: salu-
 tem namque pronunciat. Hunc Hippocratis locum alenus hoc modo interpretatur. Manife-
 sto nunc crassiores tenuibus comparans dixit: non naturalibus autem tenues, & nigras, pessimas
 ad solas tenues effectas, minime concoctam significans ægritudinem: integre nanque tenuius a-
 quosa est, & perinde etiam alba. Quod si mutationes habeat, tempus significat: & necesse morbi
 commutari ad inæqualitatem in deteriore, & meliore. Ex febribus inquit porro Hippocrates
 præcipue morbis vrinarum significatio colligitur utilissima. Sed quoniam omne contra naturam
 ab eo, quod est naturale inuenitur, a naturalibus sumamus principium. Vrina igitur in sanitate, &
 habitu bono constitutis hominibus, optima est, quæ subrutila, aut subflava, crassitudine, mediocris
 quæque colorem non mutat, cumque emita fuerit, lœuem, & albam, & æqualem perpetuo ser-
 uat hypostasim, iuxta bibentis rationem. In foeminis naturalis vrina colore albior sit, quam in vi- F
 ris, fere necesse est, maioremq; habeat hypostasim. At infantium crassa est hypostasis propter pue-
 rorum uoracitatem, inordinatumque, & intempestiuum motum. Lœuem inquit Galenus hypo-
 stasim uocat Hippocrates, continuam, & indiuulsa significare uolens, lœue si quidem opponi-
 tur aspero: æqualem uero, ut in totum semper similem mingat, nam quæ manet concocta, neque
 deinde inconcocta, non utique hypostasim, uel profusionem totam habet inæqualem. Si quæra-
 mus igitur in naturali urina colorem, uel profusionis constitutionem, & quæ a profusione inferun-
 tur, ut nebulam, subnebulam suspensam, & in fundo hypostasim, non dubium quin ad hæc con-
 uersa urina inconcoctionem indicet in uenis esse. "Optima quidem, inquit Hippocrates, urina est
 in æg: orantibus, quæ simillima sanorum urinæ, subuividis uel subflava, & albam, & lœuem, & æ-
 qualem habens hypostasim, at deterior, elevationem habens albam, & lœuem, & æqualem. Est
 porro inconcoctior, quæ nebulam habet, quæque est subternubilata. In qua enim flatus est in pro-
 fundo crassus, & inconcoctus, si exiguis quidem sit extrudit reliquam materiam, ut ad fundum ua-
 sis deferatur: ipsamque dispescendo dirimendoque uniri non permittit. Quod si redundet incon-
 coctus in fundo flatus, attollit ad profusionis medium hypostasim, facitque eam sublimitatem ap-
 pellatam. Quod si flatus impendio plus fuerit inconcoctus, ad extremum profusionis agit hypo-
 stasim: quæ nebula nominatur, aut subnebula. Quanto igitur potuerit flatus distribuere, nec su-
 tollere hypostasim, tanto inconcoctionem esse urinam arbitrator. Quod neque hypostasim, ne- G
 que sublationem, neque subnebulam, neque nebulam urina habuerit, sciendum est morbum fa-
 cientes humores naturam concoxisse. Quod si quandoque quidem habet hypostasim, uel subla-
 tionem: uel subnebulam, uel nebulam, quandoque autem non, pugnam naturæ ostendit cum æ-
 gritudine. In puris nanque tertianis, & quotidianis nebula solum, uel sublatio, sèpenumero ad
 morbi solutionem sufficit: quandoque uero bene coloratam duntaxat esse urinam. Plerunque e-
 tiam color albus eius, quod intus appetet illatum in profusione, fallit ignaros, quod hypostasim
 utilem, quæ non sit, esse opinentur, euenerit siquidem ut uel crudus humor, & albus cum urina ex-
 cretus subsidat, præbeatque uidendam utilem hypostasim. Quandoque etiam iccore, aut renibus
 languentibus pus cum urina excernitur, & subsidendo fallit etiam minus acutum artificem: sed
 prius definiendum excutiendumque est, languere hominem, aut ex renibus, aut ex icinore, a-
 liove membro, unde per urinam purga: i consuevit: deinde etiam grauitate olens puris particeps
 inuenitur. At crudus humor per utiles hypostases distinguitur ab inæquali substantia eius quod
 subsidet: neque enim id sibi continuum manet, sed in minutæ partes dispescitur tanquam arenulas:
 neque omnino lœue est, sicut uera est hypostasis. Subinde utilium urinarum primum quidem
 appetet nebula: deinde succedens sublationem facit: postremo residens in fundo uasis hypo- H
 stasim facit, cum perfecte id concoctum fuerit. Verum in crudis humoribus statim ab initio
 in uasis fundo substernitur uis multa, quod non sit utilis, sed mala tota profusio: deinde pedejen-
 tim concocta, & attenuata ad medium sustollitur profusionis, facitque sublationem. Cum uero at
 tenuatior, ac concoctior eualerit, subsidet in profusione, & nebulam facit, planeque ignaros fallit,
 ut existiment in deterius lapsam esse ualitudinem. Si fuerit urina magis biliosa inquit Agrius Hip-
 pocratis interpres, & hypostasis similis, debes euacuare, siue per urinas, siue purgamine. Si bilio-
 sus fuerit color, hypostasis autem alba, erit bilis cum pituita, utrumque euacuato. Si color albicans,
 & hypostasis rufa, seu manifesto, seu obscure, uel plus fuerit, si potentia ualida firmeque sint vires,
 mitte sanguinem ex uena: si imbecillis sit, medicamen adhibe, aut ei rei accommodatum adhi-
 becum.

GALENO

A **GALENO ATTRIBVTVS LIBER**
DE SIMPLICIBVS MEDICAMINIBVS

A D P A T E R N I A N V M.

C E N S V R A

Liber cum multis rationibus, tum ea maxime omittendus, quod hæc doctrina
 in proprijs Galeni libris verior, & clarior habetur.

B **P R A E F A T I O.**



Vm mihi proposuisssem, charissime Paterniane, omnia Sinigmata tam mettlica, quam aromaticæ, & omnem herbationem describere, optimum duxi, quia studiosissimum, & peritissimum esse te probau. Itaque accipe, tibi exemplum voluntatis, & ingenij offero. Igitur frater solicite exquirere tota tua peritia hanc scripturam: ne autem calumniareris prospesi. Et nequis cum aut herbalam, aut aliquam aliam speciem, siue aromaticam, siue metallicam requirit, diutius erraret, & totum volumen euolueret, ordine primarum literarum a b c d &c. agam omnia sinigmata nominare: quæ in simplario tractantur, & in usum medicinæ eadunt. Incipiems igitur ab a. & sic deinceps ad extremam literam perueniemus.

De Aere vsto.

Cæs'vstum fit maxime de clavis cupreis vetustis, qui in olla fictili cruda missi, in furno incendū tur, aspersi sulfure, vel sale, vel vtroque, vel alumine, & coquuntur. Bonum autem æs, quod est optimæ vstum, vtpote rubricæ colorem faciet ad ipsa capitula in se, quod enim est fruitius, est combustum. Est ergo virtus, & efficacia æris vsti similis squamæ, sed tamen fortior est.

De Acacia.

Acacia fructus est arboris spinosæ, quæ maxime in Aegypto nascitur. Hic igitur fructus velut oliua exprimitur, & succus illius in Sole siccatur, & in glebam redigitur. Erit ergo optima acacia, quæ est penitus leuis, leuiter subrubra, suavitate odoris sui subacidas transfit, & gustu valde syptica: hæc enim maxime de immaturo fructu premitur: nam nigra de maturo fructu premitur. Omnis autem acacia viscide stringere potest.

De Aerugine, vel vitreolo.

DAerugo circa aliqua metallæ in quibusdam pelagis lente, & veluti stillicidium manare perhibetur. Verum, & conficitur hac ratione. Granula interiora vuæ, quæ quasi sunt, quæque græce tritappa dicimus, ualde substruuntur in uase aperto: & asperguntur miua: & aceto: deinde superponitur lamina ærea, & lata: & iterum operitur eisdem tritaptis similiter aspersis: & lamina alia superponitur, & hoc ulterius fit quandiu uas capit: deinde oppilatur diligenter, ne aliquod habeat aspiramentum. Et sic die septimo aperitur, & prolatis laminis, erugo, quæ traxerint, leuiter abraditur: & rufus intinguntur, & hoc fit usquequo totæ consumantur. alij super acetum acerrimum has ipsas laminas suspendunt, & diebus decem relinquent: deinde proferunt, & eruginem quantâ inueniunt abradunt. alij massulas eris ligant, & eis quasi scobis ligamenta decidunt in aceto que mittunt: & quotidie bis, aut ter commouent, usquequo erugo euadat. Est ergo optima erugo quæ est leuis, & tactu nullam asperitudinem habet. Vires autem habet quasi æris uisti, uel lapidis, & maxime acutiores.

De Ammoniaco.

Ammoniacum est quasi lachryma herbæ, quæ græce nartex. i. ferula appellatur, similis altit, i. assæ, sed uiscosior, & folijs ueluti pinguioribus: quæ contrita, est glutinosa quasi gluten. Nascitur autem in terris Ammonis quondam regis in ultima Cyrene. Colligitur autem ammoniacum sic: Maximis estatibus huius herbe radix, & thrysus inciditur & sic lachrymam fundit: & postea in terra colligitur: unde & sordem capit. Verum est optimum ammoniacum, quod est mundissimum, & recentissimum, & colore candidum, & quasi pingue ut thus. Et, si frangatur, spissum, & splendidum appetet: odore subsimile castorio. Potest igitur efficaciter remollire, & relaxare.

De Aloe.

Aloe succus est herbe, quæ est similis scille, cuius radicis incisa hic ipse promanat succus, & colligitur: uel tota herba contusa premitur, & siccatur, aliqui enim dicunt de petris eam collectam in Iudea, & Asia, atque in India. Verum optimam iudicamus, quæ est fragilis, gleba munda, pinguis.

Spurij.

L A 4 splendida,

L I B E R

splendida, subrufa, & dum aliter facile exhumidatur odore, subuiscosa, & gustu amarissima. Effe- E
ctū autem duplēcē habet. Si n. bibatur, & deglutiatur, ventrem soluit, & purgat putredinem, &
choleram, et phlegma deducit: cum oxymelite datum drach. ij. stomachicis, & hepaticis magnū
adiutorium est. Alij post coenam bina, vel trina grana sicut ciceris magnitudine deuorant, quoniā
corpus procurat, & escas nō corrumpit: & si sitis fuerit, extinguitur, qn̄ triueris cum succo cauliū,
& feceris ad ciceris magnitudinem. Alii miscent colocynthidos interiora, & scammoniam, & dāt
ad typos, vel ad varias infirmitates. Si vero corpus extrinsecus illinatur, efficaciter stringit.

De amylo.

Amylum omnibus notum est: est. n. quasi medulla frumenti, quod infunditur in sportellam, &
cum pressura colatur. Cuius est optimum quidem, recentissimum, & candidum, & leue, & sine vlo-
lo acrore, uel luto aliquo, aut inquinoso odore. Potest autem leniter stringere: propter quod
collyrijs ad lachrymam facientibus miscetur: & ad profluuium uentris prodesse comprobantur.

De alumine.

Alumen dicitur rotundum, & scissum, & liquidum. Inuenitur autem omne alumen in insula, F
q Melos dī, sed & in Aegypto, & in Macedonia, & plurib. locis. Verū est optimū scissum alumen,
q d græcæ schiston dī, quiq; illius rotūdi veluti flos est. Hoc igitur simile est albis capillis uexatis,
& quodā modo carminatis. Liquidū deinde, q d est leue, perlicidū, & aliiquid in summo in modū
floris quasi lactis hēt, q d ipsum probamus siccū ad dulcorē. Syncerū aut si fit, non inficitur ab illo.
Rotundum eo, q est subalbidum, & aliquo pallore uelut pingue natum, fragile mundum: & colo-
rem mutat asperlo succo quem diximus. Potest autem omne alumen uehementer stringere.

De auripigmento, & psilotro.

Auripigmentum, quod aliqui arsenicum dicunt, naturale est. Intrinsecum colorem habet au-
reum: quod comminutum in laminas tenues comminutas funditur, quod in modum auri reful-
get. Inuenitur in montibus Asiae, & Armeniæ, Ponticæ, & Cappadociæ. Verum est quod de Ami-
ita, & Disponto assertur: hoc enī m laminas habet latiores: & optimum est, & syncerissimum, &
aurigeneo colore limpidissimum. Vires quoque habet sicut ignis, quod urere posse, & alienatio-
nes consumere. Si cum calce viua mistum fuerit, & corpori illinitum, pilos tollit. Vnde græce hæc
ipsa mistura psilotrum dicitur acilea nuncupatur.

De aphronitro.

[Aphronitrum optimum est, quod est leuissimum, candidissimum, latum & fragile. Potest enim
& calefacere, & cum aliqua mordacitate relaxare, & omnes fortes de corpore abstergere.

De aloſardio.

Alosardium est veluti pinguamen, quod aquis supernatat, stantibus prout stant alia, colore cro-
ceato. Cuius optimum est, quod nullo fallimine colligitur: hoc enim coloratissimum est, & cum
aliqua pinguedine, aquosum, & pene putridum. Potest igitur acriter, & incidere, & calefacere, &
quasi sal aliena consumere. Item collyria, & malagmata colorare.

De alcimonio.

Alcimonium species habet duas: videtur autem siccum, & liquidum. aliqui aiunt utrunque la-
chrymam esse arboris, qui in Iudea, & alijs locis nascitur. alijs quidem certius veluti pinguamen
stagnorum esse dicunt, valde glutinosum, & in se cohærens, & aquis palustribus supernatate: hoc
igitur in scaphulis pusillis attrahi, & imponi, & impletis scaphis non aliter præcidi: & sic in terra
expositum siccari: & hoc ipsum maxime in Iudea, & alijs locis fieri: Liquidum autem, quod in Ba-
bylone, & Iacintho colligitur circa quosdam lacus. Est igitur siccum asphaltum, quod est opti-
mum, frigidissimum, & colore rufo veluti purpura splendens: quod autem nigrescit, pice adultera-
tur liquida: deinde quod est lucidum, & glutinosum, utrunque odore grauissimo. Vires autem ha-
bet viscidas, & efficaciter relaxantes.

De aphroselino.

Aphroselinum in Aegypto tantummodo inuenitur: quod ita creatur: Res cœlestis positus ad
Lunæ claritatem, in specie lapidis, quem specularem vocamus, coagulatus stringitur: vnde & no-
men sumpsisse videtur. Cuius eligimus, quod est colore cœruleo, & lucido. Potest autem omnia
vitia capitum potatum emendare: & cephalalgicis, & epilepticis utiliter prodesse.

De argemone, & eupatorio.

Argemone herba est pluribus nota, cuius vires faciunt contra venena ad diuersas compositio-
nes. Huius igitur radicem Græci eupatorium dicunt, & est diuretica valde.

De apio.

Apium herba est, quæ in hortis nascitur, omnibus nota: & cuius semen facile nouerunt, magis
tamen ad medicinam aptum est. Mittitur autem in purgatorijs, & in antidotis. Est autem viribus
acrius, & excalsactorum, & diureticum certum.

De aniso.

Anisum optimum est Creticum, deinde Aegyptium. Gallicum incertissimum, veruntamē habet
vires

A vires relaxantes, & excalfactorias, & diureticas, & ad usum idoneas. Et semen eius simile cicutæ.
Denutritibus, si bibatur, lac prouocat, & auger, odore eius suauit.

De agarico.

Agaricum ab arboribus excrescit, prout tubera, vel boleti: & est fructu leue, & quasi vanum: est pallidum valde, & aspectu subruberum, penitus subalbidum, non dissimile furfuri: gustu initio videtur dulce, sed ex lento euadit amarissimum. Quod autem est optimum, in Ponto maxime inuenitur: quod autem in alijs locis nascitur, multum est ineptius. Vires autem habet acriter relaxantes, & venenosis morsibus, & potibus resistentes. Sic & uentrem purgat aliquatenus: & cholera & phlegma deponit. Ideo nec dolorem nec vomitum facit.

De absinthio.

Absinthium omnibus notum est & Sætonicum, tam Gallicum, & marinum, quam Ponticū, quod ipsum ex omnibus notum est. Hoc n. & in succum redigitur contusa tota herba: & succus eius expressus siccatur, vel in aqua usque ad tertias decoquitur, & sic ipsa aqua recocta in mellis redigitur spissitudinem, usu quoque, & uires absinthij, & quod lumbricos expellit, nemo ignorat.

De amarca, vel fece olei.

Amurca fæx est olei quando premitur: nigra & aquosa: quæ coqui solet in mellis spissitudinē. Cuius est optima quæ de recenti coquitur & sic venustatem accipit. Vires habet stypticas, valde propinquas ei quod in emplastris mittitur, & in alijs multis compositionibus.

De aristochia.

Aristochia est rotunda. Est hoc ipsum quod non est uetustum, & graue, siccum, & quodam modo spissum, & gustu amarum, in emplastris mittitur, & caua vulnera comprehendit, & replet. Ad viperarum morsus, & ad alia venena intrinsecus facit.

De aconito.

Aconitum herbula est, quæ folia habet à sua radice duo vel tria similia cucumeri, & thrysulū non altum, radicē oblongā, & ad vñ magis tenuiore, & minutiore, speciem & colores ad similitudinem scorpionis pusilli sine pedibus. Vires aut habet quasi thapsia. Et ualde venenosa esse dicitur.

De artemisia.

Artemisia herba est subtilis absinthio, sed pœnia vastior. I. folijs latior, ramis altior, & fortior sed aspectu & colore humidis. Poterit relaxare, mestrua, & urinā prouocare, & partū expellere.

De asparago.

Asparagus, & semen, & radix eius urinam prouocat. Potest duritiem relaxare. Vires habet aliquatenus calefactorias, & diureticas,

De amygdala.

Amygdala est, & suavis, & amara, & utraq; uiribus styptica. Magis tamen sunt in usu medicinae, & aptiores amaræ, eo quod subtiles magis.

De anagallide.

Anagallis est herba, quæ nascitur in locis humidis. Et ipsa species habet duas, etenim una cœrulea flore, altera quasi roseo, uerum utraq; sunt in reliquo similes. Sunt autem thrysulo humili, folijs mollibus, et pusillis, & quasi rotundis, habentes circa ramulos suos radiculos minutus, & subdulces, uiribus stringentes. Efficacior quidem est illa cœrulea, quæ in emplastris mittitur. Et succus illarum cum melle attico ad oculorum facit claritatem.

De ami.

Ami semen est Aethiopicum, cymino minutius quidem, & exalbius, & quodammodo spissum. Cuius optimum est quod est recens, & non furfurosum. Vires habet acres, & excalfactorias, & relaxantes: unde prorsus inflationem sedat, & urinam, & menstrua prouocat.

De ardacha.

Ardacha nascitur in Gallia, locis humidis, circa calamos, quibus adhæret: & est spuma q̄ est in sp̄s spongiae, cōsimilis halcyonio, sed asperior, & siccior, & leuis ualde. Vires habet acres, & in modū ignis excalfacientes. Et si corpus de ea fricemus, cū magno calore punctionis densat, & anathema facit.

De amomo.

Amomum genus est herbe odoratissime, quæ ramulos habet duros, et siccros, uirgulis assimiles, colore subrufo, circaque folia habet iuncta, & copiosa, & in speciem racemorū implicata: flos eius, quasi uiolæ, tota gustu acriter excalfaciens. Cuius etiam optimum dicitur Armenium: sequitur Ponticum, quod ipsum asperius est, & durius: nam de Media, omnium est inertissimum, eo quod locis humidis nascatur. Vires autem habet omne amomum calefacientes, & siccantes. Eligere tamen debemus, quod ab una radicula omnes suos ramulos excrescentes, & integros habet folijs & florib. qualiter diximus. Item reprobare debemus, quod gummi conglutinatur coniunctum cum amomo, aut amomide herba, quæ est assimilis, sed caret odore, & flores habet origano similes.

De asaro, id est bacchare.

Asarum radicula est minuta, & nodosa, & transuersa, suauiter olens: quæ & in Gallia, & in Phrygia

L I B E R

gia inuenitur. Verum optimum Asarum Ponticum & huius quod est recentissimum. Vires autem e habet excalfacientes, & cum acrimonia relaxantes. Vnde & urinam, & menstrua prouocat: & totum corpus calefacit, cum oleo, & uino unctum, atque laevigatum.

De acoro.

Acorus herba est, quæ & thyrum emittit, & folia iridi similia, lata, & oblonga, & exalbida, & in summo extensa, & acuta, quasi gladius. Florē aureum habet, radicē quoq; implicatā, & nigriorē, q̄ iris habet, nodosam, & gustu acrē, & aliquatenus ad odoratū. Semē plenum, spisum, integrum, & ipsum odore suavi perstringitur, quō & meu: & per omnia est efficacius, & magis excalfacit. Et intra splenē uidetur consumere potū. Et succus radicis illius claritatē oculis facit mirifice.

De auena.

Auena crescit in segetibus: & est tota similis folijs & culmo frumento: sed fructu differt. Hęc igitur vires habet efficaciter relaxantes, & ad omnem tumorem facientes.

De portulaca.

Portulaca omnibus nota est. Ea uiscide stringit: proprie tamen, masticata dentium offensam, quæ ab immaturis fit, quam græce hæmodiam dicimus, sanat.

De asphodelo.

Albucus, qui dicitur asphodelus, nascitur in molli terra: & habet folia similia porro capitato, & circaterram diffusa: thyrum lenem, rotundum, & oblongum in summo ramulos excrescentes, habentes florem exalbidum, fructiculum nigrum: radices quoque oblongas, & rotundas, quæ sunt potentiores. Combustæ. n. & in cinerem redactæ alopeciam emendant, & albidas maculas.

Item coctæ aqua ipsa bibita renibus dolentibus prodest. Vrinam & menstrua prouocat: & ad tussim ueterem facit: nam tunsa, & imposta duritiem emollit,

De abrotano.

Abrotanum omnibus notum est, & amaritudine, & acrimonia sua: Similiter, ut absinthium proficit: sic lumbricos expellit.

De anetho.

Anethum vires habet acres, & excalfactorias, & diureticas, aptas, & idoneas rufus ad infrigitationes omnes intestinorum.

De gramine, quæ dicitur agrostis.

Agrostis herba est, quæ in campis nascitur: & habet folia quasi auena pusilla, & ueluti uinculis in terra repentina, nodosa, radiculas quoque longas spissas nodosas, quæ faucium uulnera glutinat: potata urinam prouocat. Canes etiam quando uolunt purgari, hanc herbam manducant.

De armeonio.

Armeonium, uel minium optimum dicimus, quod est leue, æquale, ceruleum, fragile, sine lapillis. Vires habet chrysocolla, & tamen inferiores. Proprietate genas siccat, & nutrit palpebras.

De halosachne.

Halosachne est ueluti spuma maris, & quæ in petris insidet, & remonet. Vires habet quasi sal, & omiae nitrum.

D E B D E L L I O.

B Delliū lachryma est arboris, quæ in Arabia nascitur, qđ in modū resine manat. Optimū est, qđ perlucet cū aliqua pinguedine prout chrysocolla, & gustu est amarū, mundū, & nihil in se torpidū, aut alienū habet, molle, & ab igne odorē suauē emittit. Potest tñ penitus in instanti exalfacere, durities neruorū emollire, & stricturas relaxare, & ea quæ sine collectione hēt euapora re. Sed & adulterat gumi ipsius: qđ gustu & sapore deprehēdimus, amittit. n. suā mordificationē.

De balaustio.

Balaustium flos est syluatici mali granati: cuius floris aliquæ sunt species. Inuenitur autem, & album, & purpureum, & simile rosæ. Et quidem ipsum vires easdem citynis habet.

De butyro.

Butyrū sit ex lacte bubulo, & ouillo. Est aut̄ optimum ouillū, qđ colore subrufo, & amplius est pingue: quod ita conficitur. Emittitur. n. in capillam longā: & cū uirga, quæ habet in capite rotulam, quæ intra cupam capere possit, agitatur diutissime hoc ipsum lac: & fit, ut quod est illius pinguissimum supernatet: quod colligitur, & in uasco reponitur. Optimū est ergo butyrum, quod est pinguissimum, & ex ouillo lacte æstate factum. Vires autem habet leuiter relaxantes: unde ad uuluae dolores: & tumores, & loca neruosa, & delicata, & siccitatem pulmonis, proprie v̄ facere.

De batrachio.

Batrachium herba est in modum cicutæ, similis coriandro, vel apio, arescens veluti ferula: & in summo florem habet aureum, & splendidum ualde: & radices subalbidas, & longas. Nascitur in locis humidis. Vires habet causticas, & exulcerantes.

De bryonia.

Bryonia, herbæ radix est plerunque habens uastitudinem rapæ, & longitudinem pastinacæ.

Viribus

A Viribus aeris, & calefactoria propter quod oleum, in quo est cocta, ad acopa, & malagmata facit, naturaliter nascens in plurimis locis.

De Bulbo erratico.

Bulbi erratici flos est rufus, & odoratus. Cuius est optimus qui longitudinem, & aequalem habet vastitudinem, et nimia vastitudinem, in summo veluti apicem abiicit, rectus, et aspectu prout succinum perlucens, & ad tactu non humidus, & ad gustum linguam submordens, & saliuam diu multumque inficiens: huiusmodi erit optimus licet cornetum, lices sium, vel egeum, vel selgium, vel syriacum, & cyrenaicum, & centuripinum, sicutumque appellamus, vel siquid est aliud, a suo tractu taliter cognominatur. Vires autem habet omne crocum leuiter stypticantes: mitigat enim omnes dolores commissum collyrijs, antidotis: & alijsque plurib. compositionib. Verum adulteratur oleo rosaceo perunctum: atque de fructu, laevigata cum ea spuma argenti, aut molybdana, aut lapide sparto: sed dignoscitur, aliquid enim tactu bulluastrum inuenitur: odor situosus, & terrenus: & de fructu austerus occurrit: & est lentissimus.

D E C A D M I A

B **C** Admia sit in metallis ubi aes, cuprum, & argentum, coquuntur: & costatur, quia prima terrea pressa sunt. Nam quod est terreum, coctura ipsa separatur, & quasi fuligo lateribus, & cameris ex ipsa plenitate furnorum agglutinatur: & sic et per crassatum, & in speciem lati lapidis induratum auellitur. Est ergo optimus cadmia, & quasi prima, quam Graeci botrytin appellant: quia extrinsecus, quasi ramulos habet, & intrinsecus subuiridicat. Secunda, quam onychite appellamus. Tertia ostracitis, quae est tenuissima, & aspectu testae assimilis. Ois tamen cadmia styptica est, & vehementer stringere potest: propter quod collyrijs miscetur, & vulnera sordida expurgat, & ad cicatricem perducit.

De Cerusa.

Cerusa sic fit: Acetum acerrimum funditur in amphoram, ut faciat quasi dimidiata: deinde plumbum dilatum, & extenuatum super acetum suspenditur: & sic ipsa uia aceti remissa in soluto plumbu in amphora, veluti sex subsidet: quia sexem de limpidato aceto laevigamus, & in Sole siccata terimus, & ex aqua tenui lauamus ut nihil habeat asperum, & laevigatam aquam in Sole siccamus. Cuius est optima, quae est candidissima, et non grauissima: & quae lingua non denigratur. Vires autem habet stypticas: sed ex aqua, et uino potata, venenosa esse dicitur.

De Chitran.

Chitran lactecinum est quaque plurimatum arborum: omnibus notum est. Cuius quasi optimum eligimus, quod est candidum, et mundum, et glutinosum. Praestat autem, quod et dragantum facere dicimus.

De Chalcitide.

Chalcitis gleba est naturalis, quae est in Cypro insula: quae in metallis inuenitur colore subaureo, intus uenas habens diffusas prout alumenum scissum, & in modum stellarum fulgentes. Cuius est optima, quae est recentissima, & mundissima, & aequaliter fragillis. Potest igitur sine mora vehementer stringere: unde ad profluum sanguis, humoris, & uentris, habetur utilissima.

De Como.

Comum herba est omnibus nota, cuius semen est simillimum aniso, & ad usum medicinalem colligitur. Refrigerat autem, & stringit. Sed, & succus illius expressus seruatur, nam, & ipsum eadem praestat. Verum optimum comum habetur Creticum.

De Castorio.

Castorium animalculum quadrupes: & qui Castor appellatur, testiculus eius est: quod partim in aqua, partim in terra uiuit, & circa aliqua flumina capitur. Verum optimum castorium est ponticum: hoc enim plenissimum inuenitur, & coherentibus suis testiculis positum, siccum colore cereo, odore grauissimo. Potest igitur si miniter excalafacere, & relaxare, & sic elimate longinquae uitiae neruorum, quae nimis doloribus contrahuntur.

De Chalcantho.

Chalchathum in metallis inuenitur. Cuius est, quae naturaliter foditur. Cuius quoque optimum dicimus, quod est colore coeruleo potius, quam pallido. Et aliud, quod ex hoc quod est fit. Admissa. aqua copiosa coquuntur in plumbio uale satis ampio: & sic ex partibus copiosis in ista cōpositis ueluti laminae insequuntur: post quod ipsum chalchathum in glebulas dispartitum spartitoris agglutinat. Verum est optimum, quod est colore prout diximus coeruleo graue, mundum, per lucidum, & uiscide stringere potest.

Item de Chalcantho.

Chalcanthum in metallis fit. Quando enim aes remissum est, & purificatur, aqua frigida aspergitur subito, aut in fimo conficitur. Ipsum flos est in specie milij: & optimum est, quae est rotundum, graue, & aliquatenus splendidum, siccum, fragile si laevigetur. Adulteratur tamen scobe aeris, quam frangitur. Verum enim vero aeris flos uires habet uiscidas, et stringentes: sic, nam cicatrices deducit, et factas in gulis extenuat.

De Crocomagma.

Crocomagma fit ex pessimis aromaticis crocini unguenti, et est quasi gleba lata, et oblonga. Cuius optimum dicimus, quod croci habet colorē, et similiter redolet, ut myrra, et gustu linguam submor-

L I B E R

submordet, dentes quoque & saliuam, & manus inficit, graue, & minime asclosum. Vires quoq; E & ipsum croci representat, idest stypticas: nam & hoc stringit. Plures autem in compositione propter precij distantiam pro crocomagmate mittunt crocum.

De Cucurbita sylvestri.

Cucurbita sylvestra nascitur maxime in Aegypto, magnitudine similis infantili pilæ, gustu amarissima, nota quām pluribus. Hęc igitur amaritudine, & acrimonia sua viscidæ, & cum vexatione totum corpus commoueat, sic & ventrem purgat, & in antidotis commiscetur.

De Centaurea.

Centaurea herba est origano assimilis, aliqua maior, & aliqua minor: verum folia habet magis oblonga, quām rotunda, incisa quasi ferula: ramulos ab ipsa radice plures, & longos, in quib. summus flos illius est purpuratus. Vires quoque habet cum aliqua exasperatione laxantes: vnde totum ventrem purgat, & nigram bilem prouocat, & menstrua amouet, & partum expellit. Radix autem eius est vasta ardens velut ignis, mollis, fragilis, succosa, acris cum magna amaritudine. Cuius succus est colore subrufo, & facit suspriosos, & tussientibus.

De Chelidonia.

Chelidonia herba est omnibus nota: Quæ succum quasi croceum emittit: qui in icteritijs citrini, & in nigris bibitur: & collyrijs mista ad caliginem oculorum facit.

De Cedro.

Cedrum lachryma est arboris eiusdem nominis, solidum, viscidum quoque, & ipsum efficaciter, et omni vexatione refrigerat, et stringit, propter quod maxime causticis admiscetur.

De Cinadar.

Cinadar nō est sanguis draconis, quod aliqui putant, sed fit de lapide, qui dicitur argyritis arena. Et est optimū, quod in Hispania fit: hoc n. splendidissimum est, & coloratissimum est colore sanguineo, ueluti coccineo. Potest igitur leniter stringere, quapropter qdē collyrijs addit: sed et coloris grā: inficit. n. & colorat adhuc magis, q hematites. Aliqui dñt ipsum esse miniū cinnabar.

De Cera.

Cera omnibus locis inuenitur: Sed optimam dicimus, quæ aliquatenus pinguis est, munda, et odore suavi, et quasi melleo. Verū omnis cera remollit, et laxat durities, propter quod in emplastris, et acopis, et malagmatibus mittitur.

De careo.

Careū est semē oībus notum. Cuius et usus, et efficacia ferè talis est, qualis et apij: hoc tñ aliquatenus uirosius uidetur esse, et magis ad compositionē idoneū: uerum in antidotis, et in purga G torijs mittitur.

Do Cypero.

Cyperus radiculæ sunt pusillæ, non dissimiles oblongis oliuis. Quarū eligimus, quæ lunt grāuiores, et splendidiores, sed et duriores, et ueluti lanuginē habentes ad similitudinē spicæ, et ipsæ colore fusciores, redolentes suauiter, et gustu acres, et subamaræ. Viribus excalefacientes: et aliquatenus stringentes.

De Cocco Cnidio.

Coccus enidius fructus est herbe, quæ in montosis crescit. Autumno colligitur, et in Sole siccatur. Duos habet ueluti cortices, unum extrinsecus rubrum: alium intra se, quasi nucleus album habentem. Verum purgat vehementer: et nimio suo calore prout ignis excalfacit.

De Cyclamino.

Cyclamino herba est, quæ radicem habet nigro cortice, clausam in spēm rapæ, et thrysulū pusillum: circa quam folia similia hedere, sed nigriora, tria uel quatuor, et flosculū roseū in specie. Hęc igitur radix, quo tempore tota herba florescit, cōciditur, et in pila tunditur: et sic in pressorio succus eius exprimitur: et in patella fustili siccatur, vel ēt coquitur, vsq; dū mellis habeat spissitudinem. Vires at haber acres, et excalfactorias: vnde et uētrē purgat. Hic ipse succus potatus, et comistus cū melle, aut cū lacte, aut a ceto, per nares infusus, caput purgat: et iuffusiones super oculos inunctus dissipat.

De Costo.

Costū radiculæ sunt non ignotæ, et plenulæ, et spissæ, et siccæ, non vermiculosæ. Quod ducimus ex Creta, eo quod sit recens, tale est enim optimum costum. Sed et gustu submordet, et excalfacit. Hęc omnia in se habet, quod ab Aegypto assertur: sequens est Arabicū: hoc enim leuius quidem, et odore suauius: deinde Indicum, quod est uastum, et nigrum, et leue, prout ferula, infirmius Syrium est, strictum est enim, colore buxeo, et graue valde, et odore graui. Verum omne costum uires habet acriter stringentes, et excalfacientes.

De Cantharidibus.

Cantharides animalcula sunt. Quorum sunt efficacissimæ, quæ in spicis frumenti adhuc florescentis inueniuntur, uirides, et quali distractæ circa papillas suas, uiolaceo colore, oblōgæ, et uatæ, inertiores enim sunt, et minores, et latiores, quæ circa rosas colliguntur, et adhuc infirmiores quoq; ut colore sunt. Hęc enim animalia momēto à uapore acetii suffocantur, et in uas nō pictū reponuntur. Faciunt. n. ad alias antidotos, et ad aliqua caustica, sed uenenosa esse dicuntur.

De

DE SIMPL MEDIC.

A De Chrysocolla.

Chrysocolla est quasi puluis viridis valde: Cuius optimam dicimus de Armenia: est enim leuis, & sine villa aspredine, & omnium viridissima: sequens est Macedonica: postque Cypria, ærugini si milis. Verum omnis chrysocolla vires habet acriter stypticas. Vnde & collyrijs ad lachrymam facientibus miscetur, & in cerotis posita carnes luxuriantes stringit.

De Calisia.

Calisia fit de lapide, qui affectatim vritur: & est viscidissima, quæ est recens, & non mundata. Mittitur autem in emplastris, & in causticis, est enim, & ipsa caustica, & vires habet acerrimas.

De Coriandro.

Coriandrum notissimum est. Huius ergo succus viscidere refrigerat, & stringit: propter quod ad ignem lacrum proprie facit, sed & ipsa folia trita, & imposta. Item semen eius tritum, & potatum cum oleo lumbricos occidit.

De Cymino.

Cyminum viribus præcipuis præditum videtur Aethiopicum: sequens Afrum. Verum omne B cymimum leuiter laxat, & calefacere potest: & sic inflationibus, & tortionibus prodest: & viscidie dolorem placat: & si bibatur, pallorem facit.

De Chamaleonte.

Chamæleon herba est non vna specie. Inuenitur autem nigra, & albida. Verum albida, est quæ folia habet circa suam radicem in terra diffusa, varia, densa, aspera, quasi spinosa: & in medio velut surculum acutum stantem: florem purpureum, densum, & minutum, qui & albescit: semen quasi anethum: radicem albam, & vastam, mollem, grauiter redolentem, gustu subdulcem: Quæ cum passione vrinam mouet, & hydropicos siccatur, & lumbricos occidit. Nigra deinde quæ est, folia habet tenuiora, & pauciora, & subrubicunda: thyrsulum oblongum, crassitudine digiti, & ipsum rufum: in quo summo cumulum, & florem spinosum, hyacinthino colore: radicem vastam, & nigrum, uel uariam, spissam, subrufam, & submordentem, sicut asseritur: Quæ facit ad maligna ulcera, quæ græce cacoethe dicuntur. Item maculas, & lentigines cum alijs rebus commixta tollit. Vtranque tamen quibusdam locis circa folia sua dicunt viscum emittere.

C De Cardamomo.

Cardamomum semen est, quod nascitur in Arabia, & in alijs locis. Est optimum, quod est flavidum, plenum, graue, durum, & quasi lentum, & non rugosum, & totum conclusum, & si frangatur puluerosum, gustu subamarum, excalciens, odore graue. Vires habet acres, & excalfactorias, relaxantes: vnde torsiones, & inflationes ventris sedat, & vrinam, & menstrua prouocat: & partum expellit, & ad tuarem ueterem facit.

De Chamæelo.

Chamæmelus herba est omnibus nota: Cuius uirtus, & efficacia est cum suauitate calefactoria, & cum omni dulcedine temperata, & sudorem prouocans.

De Calamo aromatico.

Calamus aromaticus est, qui in India crescit, & subrufus, & nodosus maxime, & quasi araneas habens, & qui frangitur in plura frusta sicca, & minuta, & odore suavi, fructu & uiribus stypticis, & glutinosis, acris & excalciens. Reprobamus autem, qui aut exalbidus est, aut nigricans, & modos raros, & paucos habens.

De Chamedry.

Chamædrys herba est oblonga: cuius folia sunt simillima quercus, sed minora, gustu amara, D thrysulm, & florem ex parte rubicundum habens, & pusillum: nascitur in locis asperis. Vires habet acres, & relaxantes: propter quod ad tuarem ueterem facit, & menstrua, & urinam prouocat, sed & partum expellit, & hydropicis prodest.

De Casta.

Casia cum plures habeat species, & aliquibus locis colligatur. Optima est, quæ in Arabia inuenitur: est enim aspectu grauissima, colore rufo, tenuis, leuis, longi fistula maiori, ad tactum leuisissima. Hæc igitur ipsa certis est cum uirgulis, quæ sibi crescunt tenues, & oblongæ: quarum cortex tempore certo à uirgulis suis recedit, & quasi tribulus adducitur, prout dracones squammis suis se exuere dicuntur. Verum omnis casia fistula vires habet acriter calfacentes, & stringentes: unde ad omnia uitia thoracis facit: & in antidotis mittitur, aliquando pro se, aliquando pro cinnamo duplicatis ponderibus eius.

De Chifien.

Chifien est quasi suffimenti genus. Quod ex his rebus conficitur, calamo aromatico, cinere aspalathi, myrrha, primo cypero, iuiperis ueteribus, & nuce elapidaria: puluerizari quæ possunt, tunduntur, & cribraantur: & siccum reliquum in uino maceratur una die: deinde aspalathum comburitur, & laevigatum aspergitur: & tunc mel decoctum admiscetur: & sic omnia in unum diligenter commouentur, & in uase fictili reponuntur. Hæc antiqui, qui eis utebantur. Medici quoque il lud in alias compositiones mittunt. Potest autem acriter, & efficaciter relaxare.

De

L I B E R

E

De Cinnamo.

Cinnamum sunt quasi ramuli, & uirgulæ, quæ ab una radice plures excrescent recte, & minuta, & non adeo longæ, & colore subrufæ, & extenso cortice, non rugolo, qui cortex ungue non facile abraditur: nodulos plures, & interualla habent, & in medio leues: & si frangantur, quasi puluerem emittunt: odore oīa vincentes: ferè n. hæc maxima probatio cinnami est, q̄ est omnium rerum odoratissimum. Gustu uero, & viribus est acre, & excalfactorium: & extensos stringit, & submordet: propter quod in multis compositiones mittitur: tamen in antidotis preciosum est valde.

De Cucumere Erratico.

Cucumer erraticus nascitur maxime in locis sabulosis: & est per omnia dulci cucumeri similis, sed pilosior, id est asperior, & multo breuior, & minor: radicem habet quidem uastam: Quæ laxigata, & pro fomento imposita, ad dolorem, uel durities nervorum, & ad podagras facit: & siccatæ, & rasa, & cibrata, omnia mala de corpore tollit.

De Conyza.

Conyza est omnibus nota: Cuius folia præ acrimonia sua viperas, & serpentes fugant, & ad mortus earum faciunt: sed & uulæ longinqua uitia remediant.

De Colchico.

Colchicon, uel ephemeron hanc ipsam herbam aliqui bulbum erraticum dicunt: effert autem florem album, deinde emittit quasi bulbi fructum in thyrsulo rubrum: radicem subrufam, & nigricantem, intrinsecus albam, & mollem, dulcem, lacte plenam: Quæ dicitur vicem fungi strangulatoris facere: & ferro præcisos sanare linita.

De Clematide, vel Vite Alba.

Clematis, hanc aliqui uitem albam dicunt, flexibilem, subrufam, & quasi circumflexam: folia habet acria, & exulcerantia: fructum uuæ similem: Phlegma deorsum deducit, & purgat.

De Cnico.

Cnicū thyrsoſ habet bene longos spinosos, capitella, & folia habentes oblonga, aspera, & vitiaria, & ipsa spinosa: florem quasi croceum: semen oblongum, & quasi angulosum, rubrum, & album: Quod totum uentrem purgat, & phlegma, & cholera deponit. Sed moderate tunditur: semen eius: & expresso succo eius, datoq; in ptisana, aut in iure pulli, alumen, uel anisum, uel amygdalas miscent: & faciunt dysentericis magnum adiutorium drachmæ sex.

De Corallo.

Corallus est colore rubro, quasi arbustum. Vires autem habet stypticas: unde sanguinem excreantibus mire proficit. De Cuculo, i. Vua Lupina.

G

Cuculus græcè cinenor dicitur. alij strychnon uocant: & est herba facile nota. Nascitur in horis: ramos habet plures, & diffusos, folia autem maiora, & latiora: quæ facit grana rotunda, & uiridia primum, similia quasi granis uuæ: deinde quando maturuerint, nigra efficiuntur: & dicitur uua Lupina. Vires igitur habet stringentes, & bene refrigerantes,

De Cano.

Canū optimū habetur, qd̄ validissimū est, & est cœruleū. Inuenit. n. in metallis, in quib. cōflatatur, & quibusdā littoribus maris. Vires habet, uerum acriter stringentes, & quodammodo causticas.

De Cornu Cerui.

Cornu ceruinum Vires habet stringentes: vnde ad oē profluuiū facit. Sed & limatur, & raditur, & in ouo in potum datur, & lumbricos expellit. Item si suffumigatur, uiperas, & serpentes fugat.

De Coagulo.

Coagulū oē stringere, & glutinare pōt: vnde ad oē profluuiū, aptissimū & ualidissimū habetur.

D E D I C T A M N O.

Dictamnum herba est mollis, quæ quasi ramos emittit rotundos, & oblongos, nodulos copiosos habentes circa quos foliola excrescent similia mentæ, sed exalbidiora, & angustiora, & in summis ramulis flosculum roseum: & in hoc ipso ueluti semen nigrum, & similiastrum: odore penè artem siæ, sed suauiore, & gustu exento excalfacit cum amaritudines. Vires habet exalfacientes, & leuiter stringentes. Et proprie tamen vrinam, & menstrua prouocat: sed & fœtum mortuum expellit, & odore suo uiperam, & serpentes occidit.

De Diphrige.

Diphriges est ueluti fæx, quæ a cupro uero crescit, quod subinde calefacit, quod similiter, ut calx uiua uritur, quodque primum in Sole siccatur, deinde coquatur. Potest igitur uiscidissime stringere, & in modum niuis refrigerare, unde optimum dicimus, quod gustu ualidissime stypticum est, & similiter, ut alumen exiccat.

De Dryopteride.

Dryopteris filix est, quæ in arbore crescit, quod Greæci polypodium uocant: Per omnia iridi terrestri, & specie similis, & efficacia. De Daucō.

Daucum optimum est creticum. Hoc igitur radiculā habet oblongam, crassitudine digit: thyrifolium

H

A sulum eadem longitudine: in quo summo flosculum exalbidum, & in medio semen, quasi pilosum, magnitudine milii. Est et aliud, cuius semen oblongū uidetur, & cymino simile. Tertium uero, quod cymulam habet quasi coriandri. Verū oē daucum vires habet acres, & excalfactorias: sic protinus ad gustum linguam remordet, & excalfacit. Vrinam quoq; & menstrua prouocat: & partum deiicit: & ad tussem veterē, et ad omnia uitia thoracis, quæcūq; fuerint, idoneè facit.

De Dorycnio.

Dorycnium, & alicacabum aliqui dicunt. Folia habet colore similia oliuæ, sed longiora, & aspera: florem habet album: & semen quasi orobi, & in folliculos: Quod aliqui quasi amatorium describunt. Verum tota herba uenenosa est.

De Cridrio.

Cridrium radicula est plerunque pusilli digiti colore humaceo, idest terreo maxime penitus. Cuius eligimus, quæ est sicca, & spissa, non uermiculosa, gustu excalfaciens. Vires habet acriter relaxantes: & maxime ad oculorum claritatem facit.

DE EVPHORBIO

E vphorbiū est lachryma arboris, quæ in Mauritania nascitur, & ut aliqui uolunt, & in partibus Italiæ, quæ Galliæ adiacent. Optimum est ergo euphorbiū, quod est recens, subalbidū & guttulis suis assimile minuto thuri, gustu ex lēto linguā uehementer mordens, & excalfaciens. Poteſt autem purgando humores stringere, & calefacere aquaticos humores, prout sinapi Alexandrinum, quod est minus acutum, & igneum. Hydropicis maxime datur, & colicis omnibus, qui frigidi sunt. Ventres autem cholericos turbat: & sicut grauem facit, quia nimis exiccat. Comiscabis autem ei petroselinum, aut anisum, aut cyminum.

De Ebno.

Ebenum genus ligni, quod in Aethiopia nascitur. Cuius optimū est, quod est nigrū, & equaliter læue, simile sua lenitudo coruo. Est. n. aliud in India, quod aliqua in se adiectitia hēt subrufa: verum melius est ad usum medicinalem, quod prius diximus. Vires autem habet ad gustum acres, & aliquatenus stypticas: vnde scobes illius in collyrijs miscētur, & ad vulnera polyhaema.

*Al. cornu.

De Ebea seu Oliuæ Lachryma.

C Ebeas drachi, oliuæ lachryma est, & gumi assimilae: & similiter ab ipsa matrice oliuæ manat: & maxime in Aethiopia inuenitur. Cuius est optimū, qd est recens, mūdū, pingue, rufum, gustu submordens. Vires autem habet uehementer excalfactorias, & ad oculorum caliginem facit.

De Elaterio.

Elaterium succus est erratici cucumeris: quod hac ratione conficitur. Collectis quam pluribus cucumeribus prius, q in plenam maturitatem veniant, hos ipsos oēs admordemus: & in colū mitimus, supposito alio vase, q succū excipiat illorū: & sic maxime illos suppressimus, vt nō solū humorē exprimamus, sed et ipsius cucumeris quicquid est carnosū: deinde si fieri p̄t siccamus in patella fictili, nimisq; probatū delapidamus. Si qd aquosū est supernat: & q est admodū quasi fæculentū, in mortario læuigamus, & in pastillos redigimus. Aliqui ēt aq miscēt, aut pluuialē, aut marinā, et rursus delapidat: deinceps cætera similitet faciunt. Verū optimū est elateriū Ciruzai cū: hoc .n. est cādidissimū, & leuissimū, & maximā hēt amaritudinē, & gustu aliquatenus excalfacit, & saliuā euocat in modū ueratri. Qd ēt ē quasi pallidū, vel fuscū, & asperū, & graue, p̄ei est.

Vires quoq; habet similes elleboro, vel etiam vastiores. Totū. n. corpus promouet: sic et uentrem, & uiscera depurgat, & uomitum suscitat: & si plus modo sumatur, uenenum esse dicitur.

Sed & adulteratur amylo, propter candorem, & leuitatem: Item cinere polinē: Item farina orobi, vel succo ipsius radicis. Hæc tamē intelliguntur eo, quod amaritudinis, & candoris, quod diximus aliquid amittat, et aliquid grauitudinis assumat, nec ad gustum sic excalfacit.

D

De Erificio.

Erificio herba est, quæ in summis montibus inuenitur: quæ folia habet similia apio, & thyrsum oblongum: in cuius summo flosculum, quasi uiolaceū habet, & semen in medio: radicem quoque ad magnitudinem, & ualitudinem in specie cæpæ oblongæ, et ueluti ad vnum extua tæ: habetq; radices alias, quæ sic radiculas minutas è laterib. emittunt nigro cortice clausas. Hæc ipsa uiribus est aconito similis, & thapsiæ. Proprio gustu omnes illas probare deuita.

*Al. eleua

De Helenio.

Helenion herba est omnibus nota, nam & in hortis nascitur, & est assimilis lapathio, folia habet asperiora, & latiora, habet thyslum alium, in cuius summo flos est aureus, ali qui sine thysulo describunt, radicem habet bene olentem, vastam, subrufam, amaram. Huiusmodi igitur folia ex uino cocta, et imposita renibus, coxiosos emundat. Item succus florum cum ruta tussientibus, & ruptis prodest. Vrinam quoque, & menstrua prouocat, & partum expellit.

De Eruca.

Eruca omnibus est nota. Et habet uires excalfactorias, et diureticas, et coitum per suam uirtutem ad uenas portat.

De

L I B E R

E

De Hedera.

Hedera nascit̄ ī diuersis arboribus, parietibus vel petris, & terra: est oībus nota. Huius trita fo-
lia dysenterias remediāt. Itē trita, & p̄ fomēto ēt posita, ad cōbusta, & vulnera cācrosa faciunt.

De Elēlispaco.

Elelisphacos herba exalbida, vasta, & oblonga: virgam habet vastam, & quadratam: folia ali-
quatenus aspera, odore non insuauī: fructus in summis ramis quasi ormini syluani: nascitur locis
asperis. Poteſt autem acriter stringere: propter quod ad dysentericos facit: & succus foliorū eius
denigrat, & vrinam prouocat.

De Epithymo.

Epithymum est flos herbae assimilis setae, subuiridis, & nauseofus. Qui ventrē tēperat, & uomī
tum facit. Nam verus epithymi flos exalbidus est, & asper, & plurimum in Pamphilia inuenitur.

Cholerā nigrā soluit tritū drach. vj. aut cū uino dulci, aut cū melicrato, miscēdo & modicum
falis: & his dabis quibus p̄cordia ab inflatione uexantur, & hepaticis, & qui susprium patiuntur.

De Erpyllo, vel Serpyllo.

Erpyllum herba est, quæ in hortis seruitur, & in campis saudis, & petroſis crescit. Iacens veluti
repens ramulis, & oblongis, foliolis densis, pusillis: odore suavi in modum sampsuchi: flosculum F
habens in summo rubicundum: inuenitur aliquando, & stans. Poteſt igitur urinam, & menstrua
prouocare. Et in fomentationibus capitis phreniticorum, & lethargicorum aliqui illo utuntur.

De Erythrodano.

Erythrodanū ramulos habet tenues, & quasi nodosos: folia ex intermallo, & iuxta singula ue-
luti stellulas: fructū rotundū, uiridē, deinde rubicundū, & ad maturitatē nigrū: radiculā tenuem,
pusillā, rubicundam, diureticā: Cuius viſus ad eadē proficit, ad quæ alias diureticas hebas facere
diximus. Latos ramulos habet vj. vel viij. tenues, & oblongos: folia quasi ex se pilosa, & styptica,
vñ fronti imposta lachrymā oculorū stringit, & cocta deinde, & manducata ad dysentericos facit.

De Ebulo, & Sambuco.

Ebulus, & sambucus videntur quasi magnitudinem, & folia, & florē, & grana similia habere,
& ferē easdem habere uires. Proprie tamē ebuli radix hydropicos, & inanit, & purgat, sed et ipsa
folia cocta, et manducata, uentris sunt purgativa.

De Erice.

Erice ad similiſ biricæ, sed multo breuior est, et acris ualde. Propter quod comula illius serpen-
tes, & uiperas fugat.

D E F I C V

G

Ficus fructus est arboris eiusdem uocabuli. Quæ nimī comestæ stomachū cōburūt, vētrem
deponunt, ferores nutriunt, sudorē prouocāt, sitim prohibēt. Sicca uero, quæ caricæ uocā-
tur, stomacho utiles sunt, sitim operantur, & ventrē stringūt, fauibus, arterijs, renibus, & uesicę
utiliter profunt, & eos, qui sp̄m tarde recipiunt, iuuant, illos ēt, qui de longa ægritudine colore
pallidi vident, meliorāt, hydropticis profunt, thoracis sorditiē purgant. Decoctæ uero cū hyſſopō
& careno, potui iejuno date, tuſſib. antiq. profunt, & pulmonū uitia mūdāt. Cū aqua uero mul-
sa decoctæ, arterijs, et tōſſilis tumētib. optimū gargarismū est. Durities, et parotidas, et ferores
solūt sicut iris, et intra decocta imponant. Crude quoq; similiter, nitro et sale pmisto, durities,
et vulnerū rheumatismū emēdāt. In aceto coquāt, et cū eodē succo pmistæ coquāt, et impo-
nantur: Impetigni, et maculis utiles sunt.

De Fœniculo.

Fœniculu est oībus notū: De cuius radicibus contusis in pila lignea, vt betæ succus exprimi-
tur. Idoneus ad multa medicinalia, et maxime ad uitia oculorū premitur. Similiter et de semine,
et de ramis illius adhuc uiridibus. Verū optimus est succus, qui de radicibus fit: leniter. n. calefa-
cit, et remollit.

De Folio.

Folium folia sunt herbulae, quæ in India nascitur locis humidissimis, et paludibus: colliguntur
aut̄ hæc ipsa folia in aqua supernatātia. Verū est optimū, quod pilosum, et hastile est, notissimum
et integrū leue, exalbidū uiride, suauiter redolens in modum spicæ, et eundē odorem diu mul-
tuq; seruans, gustu subamarum. Poteſt autē uires habere similes, quas spicam habere diximus.

De Fœcula.

Fœcula fœx est uini, uel aceti, quæ coquitur, et reponitur: Cuius est efficacissima, quæ est recē-
tissima. Mittitur autem in cauſtica.

De Filice.

Filix herba est sine flore, sine fructu: ramulos habēt longos, vastos, patulos diffusos, et in spe-
cie alarum, et pinnarum adapertos, uaſta, extrinsecus nigra, penitus uiridis, nascitur maxime in
locis petroſis. Vires habet acres, et relaxantes, et aliquantulum uentrem molientes, et proprie-
tineas, et lumbricos expellit ex mulsa aqua potata.

De Phu.

Phu herba genus est, quæ in Ponto nascitur, quæq; habet folia similia apij saluatici, thyrsum
rufum

DE SIMPL. MEDIC.

89

Arufum, mollem, cauum, leuem, ex interuallo nodos habentem, & flores maiores, quam Narcissi, cum aliquo pallore purpur asentes: radiculam subrufam, uastitudine pusilli digiti, ex aqua alię ex crescent miaores in se implicatae: Quae tota radix uires habet excalculatorias, et diureticas.

De Fino.

Fimus omnis efficacissime tumorem lenit, et ueteres durities remollit. Item podagricos in accessionibus mitigat. Caninus fimus albus, tritus, cum melle impositus, et tumores et uulnera delicate mundat: Asininus autem cum acero tritus, uel succus eiusdem, dentium dolorem tollit.

De Felle.

Fel omnē uires habet acres et thermanticas: unde potest omnem sordem de corpore abluere et abstergere. Item caligines, et cicatrices oculorum eximit.

D E G L A V C I O.

Glaucium succus est herbe eiusdem noīs, humilis, et foliosę: cuius folia similia sunt papaueri; **G**nascitur autē locis planis et humidis. Hæc ipsa folia siccant, et calido cinere opprimunt, ut sic succū remittat. Alij hanc herbam tantummodo in olla noua addūt: et sic ollam luto undiq; circuli niunt, et in sumum feruentem mittunt: et sic folijs maceratis succum eorum exprimunt, et siccatus in Sole, in pastillos redigunt. Alij ex aqua dulci coquunt, quo usq; aqua croci colorem habeat, et **B**tū colant, et similiter siccant. Est autē optimū glauciū, qđ recentissimū, et tinctū croci colore, quasi similiter inficiens croco mundo, odore graui et defructato, gustu amaro. Vires autem habet stypticas; unde resolutum in aqua, et inunctum prius, impetus lippitudinis, et lachrymas stringit.

De Galbano.

Galbanum est lachryma naturaliter manans ex arbuscula assimili ferulæ, quae in Media nascitur. Cuius lachrymam eligimus, quae est mundissima et similis ammoniacō, non uida, nec dura, quam minime astulosa. Cuius uires præstant, quod et ammoniacum.

De Git.

Git herba est, quae in segetibus crescit, habens semen nigrum et minutum, et odore non insuui pluribus notum. Hæc igitur relaxare et calfacere potest. Si potetur, menstrua et urinam provocat, et lumbricos expellit. Imposita tumores, et durities soluit.

De Galla.

Galla est quasi nux parua, uel malū arboris assimilis querui, quarū sunt aliquę percussę, aliquę integrę, et extrinsecus asperę, quę ipse sunt uiscidiores. Verū oīs galla uehementer stringit. Elegimustū quę sunt nigriores integræ grauiores, et quodā mō pleniores, quas Græci cicidas appellat.

De Fænogracō.

Fenigrecū est oīb. notū. Vires at hēt leniter relaxātes: uī ad oē rigorē, et tumorē idonee facit.

De Glycyrrhiza.

Glycyrrhiza herba est, quae folia habet actu pinguis et gūmosa circa uirgulas oblongas, et florulum quasi hyacinthi, fructiculum magnitudine similem pilulis, plantæ radices quasi buxeo colore oblongas, et in oēm partē diffusas in modum uiticularum, ad gustum dulces, ex quibus succus coquitur similis glaucio. Nam habent uires suauiter relaxantes, et cum dulcedine exhumectantes. Nascitur autem locis glareosis, et in campis. Vnde et sitim sedant, et renum et vesicæ dolorem mitigan, prouocant enim urinam et menstrua, et omnem tumorem tunsa et imposita placant.

De gentiana.

Centiana herba est assimilis coctæ lactucæ, folia quidem in gyro habet incisa in specie serræ, et thyrsum oblongum, crassitudine digitæ, cauum, molle, ab ima rubicundum: semen in foliolis: radicem longam, similem aristolochiæ, sed nigriorem et lentiorum corticem: hæc igitur gustu est amarissima. Et habet uires acres, excalculatorias, et relaxantes, et acrimonias, et amaritudine sua potest partum expellere, et omnem serpentem fugare, et aduersus uenenosa prodeesse.

*D*e gladio.

Gladiolum omnes nouerunt. Huius igitur radix potata ex uino, et ad uenerea percitat, & menstrua prouocat. Item trita, et in modum fomenti posita, surculos, et spinas de corpore extrahit: etenim durities dissoluit, et euaporat.

De Geſeu Terra Samia.

Terra samia terra est naturalis, et genuscretæ. Cuius optimā iudicamus, quae est leuissima, can didissima, mollis, et fragilis, et quę solaria oblōga habet, et linguę applicata uehementer adhæret: huiusmodi quoq; est, quā florē alterē appellamus. Facit autē terra samia ad ea, quae instatiū strigere uolumus, sic et cæliacis, et dysentericis, et ad omne profluuiū fortiter prodeſſe obſeruatur.

De Gypso.

Gypsum lapidis genus est, simile uitro. Cuius optimum est, quod uenas habet latas, lucentesq; et hac ratione paratur: In clibano missum, vt calx candidū sit. Vires habet, quas et terra samia, et amplius stypticas, et refrigerantes fortiter, unde illinitum fronti, sanguinis fluxum restringit, potatum uero, et dysentericis et cæliacis omne profluuium sistit.

Spurij.

Mu De

L I B E R

De Ge seu Terra Ampelitide.

Terra ampelitis terra est, & genus cretæ, colore nigra: Cuius optimam dicimus quæ est nigerima, splendida, leuis, & quæ ab humore cito reloluitur, Stringens valde, & denigrans: propter quod capillos inficit. Sed & in calliblephara mittitur.

De Ge seu Terra Erethria.

Terra erethria gleba est rubicunda: Cuius est optima quæ sine sabulo est & sine lapillis. Vires habet valde stringentes, & efficacius quam terra samia.

De Ge seu Terra Chia.

Terra chia gleba est alba & lata, non ualde candida: auferit aliquando & in patellis rotundis aut quadratis, & ipsa efficaciter stringens. Sed & cutem purgat, & extenuat, & splendidam facit.

De Ge seu Terra Selinusia.

Terra selinusia uires habet quas & terra chia. Et est optima quæ est lucens, candidissima, splendens, & quæ ab humore cito remadet.

De Ge seu Terra Melina.

Terra melina est colore spodij, & dura ualde: ad gustū sapore aluminis, & linguā exiccat. Eligimus autem quæ est melior, & recens, & quæ ab humore cito resoluitur, nec in se quicq; lapidositatis hēt. Hāc autem probationē in omni creta desideramus. Et hæc quoq; prioribus illis similiter proficit.

De Ge seu Terra Cimolia.

Terra cimolia est aliqua candida, & spissa, & purpurea, velut pinguis. Et melior uidetur & ad tactum frigida. Valde quoque illinitur ad ignem sacrum & combusta, pustulas enim fieri prohibet.

D E H E R B O

Herbum nascitur in lenticula: quod & seritur: & aliud pallidum, aliud subrufum. Vires habet acres, & diureticus ualde. Et si comedatur extra rōnē, caput grauat, uentrē soluit, p̄ vrinā sā guinē educit. Boues saginat, si decoctum detur. Fit autē farina de illo quod albius est, ita ut si aqua parum aspergatur, & in patellis assetur, corium dimittat, & sic tundatur, & tenuissime cribelletur. Ventrem utiliter laxat, urinam mouet, & colores malos emendat, ad mensuram trium cochleariorum cum melle uel uino datū. Vulnera quoque si uiliter cum melle optime purgat & implet: lentigines uel maculas tollit, duritiam mammilarum soluit, carbunculos etiā malignos sanat, & contra canis & uiperæ mortuum utiliter imponit: cum acetō uero acceptum urinā mouet, tortionibus prodest. Aqua vero ubi coctum fuerit pruritum prohibet, si totum corpus indelauetur.

De Herba Sauina.

Herba sauina omnibus nota, est inter uires acres & excalfactorias: propter quod & in vino potata partum expellit, & super vrinā sanguinem inducit.

De Hasceg.

Hasceg, id est minium, species habet duas. Est enim unum lene, et plus venustrū et ualde cæruleum: quod inueniri solet circa primitiam. } & quasi radiculas foliorum calamorum, qui in India nascuntur. Est & aliud, quod maxime in Italia fit, quando purpura tingitur. } nam quod est spumosum, & quasi supernatans, & lateribus vasorum illorum adhæret, colligitur: & cum ipsa argyrtide terra mistum in similitudine digitorum formatur, uel in pilulas siccatur: Cuius est optimum quod uehementer sime cæruleo colore fulget æqualiter, & fragile. Potest igitur siccare & refrigerare: unde locis turgentibus et distensis impositum cito emollit, & quasi rugulas facit.

De Hustolige.

Hustolix est quasi collyrij genus subcæruleum, quod confringitur aliquatenus. Huius ipsius sunt genera duo, est enim, quod foditur & in terra inuenitur, est, quod potius præparatur ratione tali: Mortarium est cupreum cum pistillo, & sic levigatur alumen liquidum, & sal uel nitrum eisdem ponderibus, ex acetō acerrimo (alij & acetī lutei uetusissimi duas partes commiscent) & hæc levigant estibus maximis & in Sole calidissimo usquequo spissitudinem aliquam accipiunt, & color cæruleum, dei de fingitur uelut collyrium. Aliqui ex urina infantis malculi hoc faciunt, & fit aurificibus idoneum ualde ad aurum glutinandum. Vires autem habet uiscide stringentes ualde, & nimis cum magna exasperatione.

D E I R I D E.

IRIS ad similitudinem iridis, quam in cælo uidemus, dicitur & hæc cognominata, quo modo. Illa plures & dissimiles habet colores, sic & hæc varios & differentes emittit flores, aliqui enim purpurei sunt, aliqui uiolacei, uerum folia sunt similia gladioli, sed maiora & latiora et pinguiora, ramuli quoque ipsi, similiter radiculæ nodosæ & duræ, suauiter olentes in modum violæ. Quarū optimæ est iris Illirica & Macedonica, est enim spississima, & brevis, & non fragilis, & subrufa, odore suauissima, & gustu linguam uiscide excalfacit, & dum tunditur sternutare facit. Ab illis Africa laudatur, quæ est colore candidior, & gustu amara. Verum si tempore relinquantur & quasi senescant, fiunt quidem uermiculosæ, sed odore suauiores. Possunt igitur excalfacere leniter, & vulnera concava replere.

De

DE SIMPL. MEDIC.

90

A Similatio *De Ibisco.*

Ibiscus genus est herbae similis erraticae maluae, omnibus notum: Cuius radix & tota quidem herba lenit: & efficaciter omnem duritatem & rigorem mollire & relaxare potest.

De Juniper.

Juniperum fructus arbusculae rubicundus & dulcis, omnibus notus: Cuius uires sunt excalafatoriae, & diureticæ, & ad digestionem facientes.

De Ichthyocolla.

Ichthyocolla est aliqua qua conficitur coctis ex aqua corticibus quorundam piscium: est aliqua qua ventriculus videtur esse piscis: qua in Ponto nascitur. Verum omnis ichthyocolla stringere potest: unde & cutem extendit, & splendidam facit.

De Inante, id est Floribus Labruscae.

Inanthe, flores sunt uitis syluaticæ, qui solstitio colliguntur. Idus viij. nā qui ante hūc diē uel post eū flos colligitur, infirmus est. Vires autē hēt inanthe bene refrigerantes, et stomacho præstantes.

D E C H A M A E P I T Y

C Hamæpitys species habet tres. Est autē que ramulos emittit oblongos, & curuos in similitudinem anchoræ, & fructiculum, tenuem comulæ, flores tenues, & aureo colore, semen nigrum & odore plenum. Est & alia, que asculus dicitur, que folia habet tenuiora: & quasi pilosa, thyrsulum asperum, tenuem, molliculum, & subaureo colore, semen & ipsum pinum redolens. Est & ter tia, que quasi in terra serpit, folia habens similia cardis, sed quasi pinguiora, ueluti pilosa: flosculum aurei coloris: & ipsa similiter olens prioribus. Verum omnes uires habent acres & diureticas.

De Chamædaphne.

Chamædaphne folia habet quasi laurus, sed leuiora, tenuiora, & in extremo spinosa: fructum in ipsis folijs rotundum, & subrufum, & diureticum.

De Chamaelea.

Chamælea ramulos habet oblongos: folia fortiora quam lapatij, in speciem quasi folij oliue, densa & tenuiora, & spinosa, & gustu mordentia. Tota herba uentrem purgat tepida attractione.

D E L E P I D E I D E S T S Q V A M A

C Epis colligitur quando massæ cupræ diu multumq; in igne calefactæ & in aceto luteo extinctæ super incudem atteruntur, ut lamulæ, & ueluti squamulae decident. Has igitur colligimus: & Græco nomine lepidas appellamus: Quæ & ipsæ uiscide stringere possunt. Eligimus autem quæ sunt vastissimæ, & colore subrufæ.

De Lycto.

Lycium succus est arbusculæ pusillæ & spinosæ: Cuius grana, & folia, & radices in unum ex aqua dulci coquuntur: & diebus admodum quinq; relinquuntur: et iterum coquuntur, donec fæcies habeant crassitudinem: et sic in uasca defunditur: maxime Ponticum tale est. Aliqui diutius coquunt sic, ut in glebam redigant. Verum est optimum lycium radicum: hæc enim gleba est extrinsecus nigricans, et intrinsecus subrufa, & assimilis aloë, gustum habens amarum, et stypticum. Vnde adulteratur amurca, et absinthij succo.

De Lasere.

Lasere lachryma est herbae, que silphium appellatur, que in multis locis in speciem et magnitudinem ferulae crescit, folia circa se habens maiora quam apij, semen simile. Optimum est ergo lasere quod Cyrenaicum dicitur: hoc enim subrufum est, et perucidum et intus exalbidum odore uiscidum, et ab humore cito resoluitur, et ad gustum confestim humorem prouocat. Vires autem habet acerimas: unde cum magnis uexationibus excalfacit.

De Libystico.

D Libysticū semen est herbe eiusdem uocabuli, acre. Utile stomacho, et excalculatorum, et ad digestionem ualde utile: ppqd ad inflationes potū facit: et in antidotis, que colicis prosunt, admiscetur.

De Lauro.

Laurus omnibus nota arbor est: fructus illius est quem baccam lauri appellamus. Quæ bacca et tota arbor uires habet acriter calefiantes, evaporantes et relaxantes. Lixiuum eius in caustica mittitur, et est ad usum medicinæ efficacissimum. Quod est ex cinere que de queru fit, non solum hominibus prodest, sed et pecoribus: multis enim causis necessarium est in vulneribus. Sed et interioribus partibus ut potio datur, habet enim propriam rationem, quibus uero causis detur demonstrabo. Pecora quibus pulmo tensione uexatur, et quibus uenenata aliquia res per cibum obrepserit, ex hac ratione liberantur. Hac ratione multum et vulneribus præstat.

De Lixiuia.

Lixiuia uires habet stypticas et acres: inuit. n. et exuulnerando instaurat: humectantia uulnera extaurando et exuulnerando siccitat: ideo uix coherentia uulnera, et fistulæ, et his similia que fuerint, lixiuia calida clysterizantur saepe. Facillime curam medicamenti sentientia ad sanitatem perdicit. Difficilia ad sanandum uulnera callosa, logo tempore sordida, que nullam medicamentorum

Spurj.

M 4 2 virtutem

L I B E R

virtutem pro longo tempore lenserunt, utile ex lixiuia quotidie lauari: ex cuius virtute oīs limus, E & quæcunque pro vetustate stupida facta sunt auferuntur, si quotidie fiat. & post hoc deinde cura ri oportet, sicut ipsa vulnera dictauerunt medicamentis aptis: virtus. n. lixiuia non sanat, sed ad sanandum uulnera disponit. Hoc idem superius in interioribus fieri partibus dixi. Ex quo cinere lixiuia facta, cuive necessaria sit, & qui cinis, & quō tēperatus, impositus quid p̄stet uide. Etenim ex farmentis cinis, ex cinere lixiuia sit. Dicenda. n. est res acris, & styptica, cum tā solide cures, sed magis stringat. Sed & ipse cinis in recentia vulnera in profundum positus sanguinem statuit a cursu: Ideoq, oīb. pecorib. castratis cinis impositus prodest, oībusq; a scissis. De farmentis tā oliuæ cinis acerrimus est, & ex nucleo solo acrior est. & ex hoc lixiuia, uulnerum cancerata auferit: etenim acriore lixiuia sordida uulnera lauanda sunt. Caprisci cinis omnibus superioribus acrior est.

De Lentisco.

Lentiscus arbuscula est similis myrto: corticem in cyma subrubrum habet, folijs pusilliorib. Virtutis est stypticæ. Huius folia, aut extremitatem amaram, uel radicem corticem, in aqua uehemēter decoques, quo usque mellis habeat spissitudinem, & sic uteris: facit autem eis, qui sanguinem reiiciunt. Ex posca frigida dato scrup. v. uel vj. & ad fluxum uentris, & ad dysentericos similiter oblatum, & ad ueretri uitia tritum imponito. Fit autē luccus de folijs eius, uel cymis contusis, & expres. Fisis, similem in omnibus habens uirtutē. Aqua, in qua folia eius fuerint decocta, si fracturas frequenter fomentaueris, aiunt celerius solidari. Facit & ad dentes se agitantes: si. n. frequentius in ore tenetur, stringuntur. Fit quoque de semine eius oleum similib. causis necessarium: Capillis cadentib. inunctum prodest, eo quod calidam, & stypticam habet virtutem. Nascitur vero in Chio insula. Vtile sanguinem reicientibus, & tussibus antiquis in potatione sumptum. Prodest hæmoptoies cum aqua frigida, seu posca: tussientibus in multa calida. Est autem stomacho optimum, & ruta, & foecori oris prodest manducatum. Pilos etiam qui iam in oculis nascuntur contrarij acu uel graphio calefacto optime colligat. Gingiuas tumentes impositum emendat, & sanat.

De Lenticula.

Lenticula herba semen est, quod seritur locis sabulosis, lapillosis, & tostis: Quæ si sèpius fuerit comesta non cocta, inducit caliginem turbando: excoriata uero decocta in aceto, uentrem strin git. Podagrīcum cum polline mixta præstat medelam: cum melle autem uulnera purgat & glutinat: in aceto posita cocta & imposta, durities & scrophas emollit. Oculorum doloribus uel tumorib. optimum adiutorium est. Si cum cydonio in aqua cœlesti fuerit decocta, & oleo rosaceo admista, ueretri uitia emendat: & si melle adiecto ponatur in succo mali granati sanat. Et ad uescicas, & ad ignem sacrum, & perniones simili modo decoctum imponito.

De Lupinis.

Lupinus herba fructus est, quæ seritur omnibus prouincijs. Virtus eorum est calida: nutritu corpus: sunt indigestibiles, & uentrem temperant si cocti manducentur. Aqua uero ubi cocti fuerint cum ruta, & pipere, modice potu data spleniticis prodest. Scabiei maculis, uel feruorib. apta, optima fomentatio est. Cum aceto uero in modum cataplasmatis impositus, scrophas, uestiones, & malignos humores accipit. Larina uero eorum cum marrubio pari pondere in umbilico imposta lumbricos expellit. Radix eorum in aqua decocta, et in potu data urinam mouet.

De Lipsianis.

Lipsiani comestī lupinis minores, sed uirtute similes: Tā optimi sunt qui maiores sunt: Nā possunt acriter relaxare, & sua amaritudine non solum lumbricos occidere, sed & partum expellere.

De Lapathio.

Lapathium herba est omnibus nota: & inuiscatiuū esse dicitur. Huius igitur radix, & radicis cortex intus, ex aceto, uel alumine liquido, oēm maculam a sudore factam infricata in balneo tollit.

De Lilio.

Liliū oēs nouerūt: Cuius vires possunt durities neruorū remollire: & ipsa folia cocta, & imposta ad cōbusta pficere: sed & potata, aut ipsū semen menstrua pfuocat, partū dejicit, et ad serpentis morsum facit.

De Ladanō.

Ladanum hac ratione colligitur: Fnniculi ligati circa hederam distrahuntur: et sic quicquid illis glutinotum in modum sordis adhæret, abraditur, et in glebulas expansas redigitur. Aliquando etiam genibus, et locuminibus caprarum, quæ hedera uescuntur, adhærent, hoc ipsum ladanum inuenitur, et similiter abraditur hoc totum. Verum est optimum quod olet, et quod est subuiride, et pingue, et resinotum, sine ullo sabulo: maxime tamen in Cypro colligitur: quod enim a Cilicia, uel Arabia assertur, infirmum est. Vires autem haber ladanum acres, et excalculatorias, et relaxantes: propter quod in malagmata, et in emp̄lastra mittitur: et ad tuſsem ueterem facit. Item capillos fluentes cum oleo myrtino continet.

De Lonchitide.

Lonchitis folia habet rubicunda, florem nigrum, assimilem personis comedorum, quorum officia patent: semen albū, oblongum in specie lancearū: radicem quasi dauci, similiter diureticam.

A

De Lathyride.

Lathyris nascitur circa aquam & ipsa: à qua foliola habentur pusilla rotundula: flosculum exalbidum. Tota herba est acris, diuretica, acuta. Thyslum habet oblongum, uastitudine digiti, cauum, & in summo quasi ramulos diffusos, folia longa, fructiculum in summis ramis triangulare & penè subrotundum quasi capparis, in quo sunt tria granula rotunda, & interstrata tenui veluti membranula: Quorum septena, vel *nouena ventrem viscidè purgant, aqua frigida superbibita: quæ choleram rubram, & phlegma deponunt. Al. octona.

De Linozostide uel mercuriali herba.

Linozostis folia habet quasi ocimum: thysulos binis nodulis, & densis, & pluribus cauos: frumentum semina quæ dicitur, habet copiosum, & quasi racemosum: q[uod] deinde masculus, pusillu[m] & rotundu[m], cōbinatū quasi testiculos, folijs ip[s]is adhærentē. Verū vtrunq[ue] ventrē soluit, similiter & phlegma, & humores calefaciendo deponit: & quasi olus decoctū māducatur, & succus idē & ius bibit.

De Lapiде Hematite.

B Lapis hæmatites est naturalis, qui ab Aegypto, & India, & Hispania assertur; durus est extrinsecus, & lenis, & veluti colore liuidus intus, deinde sanguineus: Cuius maxime idoneum iudicamus, qui tritus in cote ex aliquo humore in modum sanguinis inficitur. Verum potest viscidè stringere, & tamen sine magna acrimonia.

De Lapiде Schisto.

Lapis schistus colore frisco, aliqua in se ostendens subrufa, oblongus, & spinas habens directas, prout alumen scissum. Hunc quoque optimum iudicamus, qui & ipse viscidè stringere potest.

De Lapiде Asio.

Lapis Asius in Alexandria tantummodo inuenitur: Cuius est optimus ad usus medicinę qui est colore candidus, fragilis, leuis in modum pumicis, & veluti puluis in manibus insidens. Effectu autem viscidè relaxare potest: aliquid enim falsuginis, & nitroſi saporis ostendit. Vnde & corpora, quæ in eo sepeliuntur, tempore consumit: quapropter Græci sarcophagon appellant.

De Lapiде Pyrite.

Lapis pyrites est purissimus, & grauissimus, colore æris: & si ferro percutiatur, scintillam, & ignem mittit. Vires habet acries, & ad similitudinem cadmiae, & proprie ad oculorum claritatem.

De Lapiде Magnete.

C Lapis Magne inuenitur circa littus Oceani, colore cœruleo, qui probatur. Hic quoq[ue] ferrum ad se trahit, & tenet. Vires autem, & purgatorias habet: propter quod hydropicis in potu datur, & omnem humorē per ventrem eministrat.

De Lapiде Gagate.

Lapis Gagates colligitur in Lycia circa ripam fluminis quod Gages appellatur: & est colore niger, & aridus, & quasi latus, leuis valde: Cuius est melior qui ad lucernam accenditur facile, & odorem asphalti habet. Potest autem remissus ex aqua dentes, qui agitantur restringere, & stabilire.

De Lapiде Tracia.

Lapis Thracias est niger quasi calculus: nascitur in Scythia in amne quodam, qui Pontus dicitur. Vires eisdem habet, quas Gagates: & dicitur accendi ab aqua, & extingui ab oleo.

De Lapiде Quadrato.

Lapis Quadratus in Aegypto inuenitur, & est exalbidus. Vires habet uiscidas, & stringentes: unde conceptum uitare dicitur. Inuenitur & in Aethiopia.

De Lapiде Phrigio.

Lapis Phrigius in Phrigia inuenitur: Cuius melior est qui est pallidior, & aliquatenus grauis. Hic eo quod nimium stringit, & exulcerare solet.

De Lapiде Galactite.

D Lapis Galactites est quasi cinereus, & dulcis ad gustum, & humorē facit quasi lacteum, leniter stringens: propter quod ad lachrymam oculorum facit.

De Lapiде Melitite.

Lapis Melitites per omnia priori similis. Sed hic spernitur, quod dulciorem humorē emittit.

De Lapiде Morochtho.

Lapis Morochthus in Aegypto inuenit, & est pallidior. Vires h[ab]ent & ipse efficaciter stringentes

De Lapiде Phlogino.

Lapis Phloginus, & ipse in Aegypto inuenitur, aureo, vel flammeo colore. Illinitus senium facere dicitur.

De Lapiде Chryſtallo.

Lapis chryſtallus est limpidus, & perlucidus colore. Vires habet stringentes, & lac prouocare dicitur.

De Lapiде Thyte.

Lapis thytes, quem vidimus, in Aethiopia colligitur, colore subuiridis, & ab humorē remissus. Habet uires acriter mordentes: propter quod caliginem & cicatrices oculorum extenuat.

Spurij.

Mu 3 De

L I B E R

E

De Lapide Batrachide.

Lapis batrachides ab Aegypto affertur, colore ranæ rubræ. Vires habet lenientes et relaxantes.

De Lapide Smiride.

Lapis smiris potest uscide strigere, et penè nimic: propter quod in caustica mittitur.

De Lapide Misye.

Lapis misy, prout chalcitis et ipse in Cypro, insula inuenitur, et in eisdem metallis: similiter et glebula est, et auro resplendens, ac fragilis. Cuius fragmenta sunt super minuta, et in modum fabuli. Optimum autem misy dicimus: quod in igneum colorem maxime splendet, et dum laevigatur molle sentitur, et aequaliter fulget. Qui est idoneus non est pallidus, et a qualet tractamus, et a qua tantum cito denigratur. Verum effectu uidetur exuperare chalcitin.

D E M E L L E

Mel succus est toris cœlestis, qui ab apibus colligitur: Cuius sunt genera duo: Vnum quod in cupilioes ab apibus que sunt oblonge colligitur. Aliud est quod sub terra inuenitur, et atticum appellatur, quod uariolæ et lanuginosæ et fortiores apes reponunt: et habetur melius ad claritatem faciei et oculorum. Vtriusque uirtus est calida. Solum enim mel quasi compositionem in se habet, quia ex multatum flore uel succo herbarum colligitur: propter quod omnibus ualeantibus pro occurso citato prodesse potest. Ideo omnibus antidotis commiscetur, vulnerum sorditatem adhibetur comedere adiuncto sale: illinitur extrinsecus faucibus exiccatis: deducendo humores aperit. Mel solum fastidium tollit, orexin facit, nauleam prohibet: unde pulmoni et interioribus omnibus per totum leniendo medetur, atque ea relaxat.

De Myrrha.

Myrrha lachryma est arboris eiusdem nominis, que maxime in Arabia inuenitur: queque aliquo loco incisa, hanc ipsam lachrymam emitit. Est ergo optima myrrha que est mundissima, et tactu quidem aspera, et arida, et fragilis, et leuis, et glebulis pusillis, extrinsecus uno colore, intrinsecus deinde subrufa, et ueluti uenulas habens albantes, odore suavi, gustu amara, et excalefaciens: haec igitur in montibus inuenitur. Colligitur autem altera myrrha in planis, que et ipsa est melior et pinguior: quam exprimere in liquorem solent. Quod est illius quasi liquidissimum, in uascula reponitur, et Græci myrrham stacten appellant. Verum est omnis myrrha styptica, et acri, et excalactoria. Huius itaque effectus uehementer commouere potest.

De Mandragora.

Mandragora herba est pluribus nota: sic et aliqui herbam ipsam apollinarem appellant. Huius ergo succus colligitur, folijs ipsius herbae penitus et improbe excisis, ut quasi concauus locus earum relinquatur: aut ipsam radicem, prout panacis, aut mala eius uel totam radicem in pilas tundunt et sic omnis illius succus organo exprimitur, quod græce mandragorochylon appellamus. Vires autem habet refrigerantes, et hac ipsa ratione stringentes, sed et grauem marcorem facere potest, unde et somnifera creditur, compescit autem dolores et uigilias.

De Molybdæna.

Molybdæna est quasi sterlus auri et argenti. Est et alia q[uod] fodi in Corintho. Verū optima est q[uod] est colore que diximus, lapidosa, fragilis, splendida. Vires quoq[ue] h[abent] assimiles spumæ argenti.

De Malo Granato.

Malum granatum quod græce rhœa dicitur, fructus est arboris eiusdem uocabuli. Qui recens et matus manducatur sine suo cortice, qui malicorium uel sidia d[icitur], et cū aliqua dulcedine sua uentre stringit, et stomachum erigit. Magis tñ stringit quod est sub acidum cuius ipsius flos cytinus dicitur. Vehementissime stypticus est et efficacissime stringit, unde dysentericos sanat, et uulna recentia glutinat. Eadem et cortex illius præstat, quam malicorium diximus nominari.

De Medulla.

Medulla quidem omnis leniter mollire et relaxare durities et tumores potest. Veruntamen efficacissima uidetur ceruina, sequenter uitulina, inde caprina numeratur.

De Menta.

Menta herba est, quam omnes nouerunt. Que est apta stomacho ualde, ualde sanguinis abundantiam stringit, et capit is dolorem sedat, item singultus et nimios uomitus reprimit, et conceputum uetare dicitur.

De Mastiche.

Mastiche genus est resinæ, que in modum gummi ab arbore manat, que schinus dicitur, et in Chio insula nascitur, locis asperis et petrosis. Est ergo mastiche aliqua albida, uerum optima est, que candidissima et perlucida, et que, dum maturatur, aliquatenus mollescit. Vires autem habet euaporantes, et cum suavi euaporatione laxantes. Adulteratur resina a cypresso, et à pino, sed ista odore suo deprehenduntur.

De Marrubio.

Marrubium herba est, que ramulos emittit oblongos uel minutos tres aut quatuor, circa quos folia mollia, et exalbida, quasi rotunda: flosculum rufum, et assimilem pulegio: nascitur in campis

DE SIMPL. MEDIC.

92

A pis saudis & petrosis, & est optimum creticum. Vires autem habet acres, & efficaciter relaxantes: vnde succus illius cum melle ad tussim facit, & in partibus nerofosis optimum est.

De Myrta.

Myrta genus est herbæ lignosæ. Duobus generibus est, & nigra, & alba: utraq; est oīb. nota. Vi-
res hēt stypticas valde: & nigra tñ illa stringit potentius, unde & sanguinē excreantibus remediū
est, & dysentericis, & oē profluuiū stringit. Eius uero nigre, quē in montofosis locis nascitur, grana
sicca uel uiridia cōmanducanda offeruntur ijs, qui sanguinē reiciunt, & *viscide tēdia sustinent. Sto *Al. anethi.
macho est cōueniens: vrinā mouet: & scorpionū morsibus prodest, si imponatur, aut potui detur,
aut locus qui tactus fuerit ex eadē cat aplasmetur. Et uiridis myrta similiter operatur. Coctura ei⁹
cū uino mista capillos tingit. Et ex uino decocta, & in modū eataplasmatis imposita, uulnera fa-
nat. Cū polline tritici immista, tumores oculorū cōpescit, & egyptopibus utiliter facit: grana ēt cō
tusa & expressa faciūt: & ideo parū decoqui expedit, ne acescat: & uase piceo reseruatur. Fit aut cō
tra ebrietatē & furfures capitis: & uulnera curat, si frequēter inde lauētur: & capillis fluētibus pro-
dest. Fit ēt oleū de folijs eius cōtusis, & in oleo diu decoctis, qđ in incuruationibus prodest: & arti-
culis uel fracturis vtiliter imponitur: sed & maculas perfricatu em endat: aures pruriētes curat, sed
tepefactū immittatur. Ipsa folia trita cū aqua imposta vulnē rheumatismū sanant, uel locis flue-
B tibus prosunt, fluxū uentris emendant, & ignē sacrū, uel tumores testī curant. Sicca autem & cri-
brata, panaritijs, & locis urentibus prosunt. Commista autem folia eius tenuē cum ceroto ignem
sacrum curant. Folia eius trita, pensus piperis medietate, acetū quantū sufficit, masculis prouunt.

De Meu.

Meu radiculæ sunt herbæ assimilis* anisi, quæ radices inueniuntur in omnem partem exporre- *Al. vefice.
ctæ, tenues, oblongæ, suauiter olentes, & gustu linguam excalcentes: nascitur maxime in Ma-
cedonia. Vires habet ipsa radix relaxantes: vnde potata omnem rigorem uescit, & renum remol-
lit: & inflationes dissipat. Item urinam, & menstrua prouocat.

De Malabathro.

Malabathrum qui putant esse folium spicæ, falluntur: licet autem sit similis odore, tamē certe
alterius est naturæ. Inuenitur autem supernatans quibusdam paludibus in India in specie folio-
rum, & sic habetur leuis, lino trahitur & siccatur. Est ergo optimum, quod est recentissimum, odo-
ratissimum, tenuē, integrum, nigricans, gustu non saluum, sed potius picem referens. Poteat au-
tem eadem præstare, quæ spicæ: & easdem uires habet, quas & cetera aromata habere diximus.

De Marrubiastro.

C Marrubiastrum est subsimile marrubio, & facile notū: cuius vires faciunt ad serpētum morsus,
& ad suspiriosos. Itē strum. i. scrophulas, uel haemorrhoidas cæcas dissoluit, & mestrua prouocat.

De Millefolio.

Millefolium thyrsum habet ex una radice mollem, & subrugosum, & quasi manu lineatum, fo-
lia quasi fœniculi, Quæ uulnera glutinant, & sine tumore custodiunt.

De Myrice.

Myrice fructiculum affert molle, fragilem, & ueluti florem, in Aegypto quidem, simile gal-
læ. Huius igitur succus, & aqua in qua fuerit coctus, pediculos occidit: & culices, & pulices fugat.

De Moro.

Morus arbor est spinosa, q affert mora similia rubo, sed & fortiora, & albidiora: quæ & vētrem
laxant, & digestionē faciunt. Succus eorū cū melle & careno, uel uino austero, pari mensura per-
missus, & ad spissitudinē mellis decoctus, synanche laborantes curat. In Sole in uase ēneo positus
uchementior erit: & ideo uulnera & attritiones curat, uel putredines. Sed, ut supra dictū est, synan-
chen cū tumore ueniētē emēdat. Si cū alumine scisso uel galla, croco, & pauco myrrhē, cōmiscea-
tur, nō solū his rebus prodest, sed & uitia oris abstergit. Cortex radicū eius, in aqua decocta, in po-
tione data, uētrem soluit, & lūbricos ejicit. Folia eius quoq; trita & imposta, in igne combustum
fanant.

De Morris Syluaticis.

Mora uero syluatica, ratione quē de rubro colligitur, stringunt fortiter: et synanchicos melius
curant. Succus eorum, uel alicuius rubi succus cum melle æquali mensura coquatur ad tertias, et
sic gargarizetur frequentius: si enim bibatur, uentrem stringit apte.

D E N E P I T A.

N Epita est omnibus nota. Cuius sunt species tres: est. n. quæ folia similia ocimo habet: et est,
quæ pulegio assimilatur: est, quæ mentæ habet speciē. Verum omnia folia gustu sunt acris,
et excalfactoria ualde sunt. Igitur coxiosis genere finapismi prodest: & regium morbum emen-
dat: et lumbricos, et tineas, et partum expellit: et uermes in auribus occidit.

De Narcisse.

Narcissus thyrsum habet oblongum, folia, quasi porri, sed breuiora, et plena: florem album, in
ter croceum, aliqñ purpureum fructum quasi quasdam membranas nigrum, oblongum: radicem
quasi bulbi, quæ maculas in facie tollit, et suppurationem ponit, et intumescere non permittit.

Spurij.

Mu 4 De

L I B E R

De Naschaphto.

E

Nascaphthum affertur ab India: & est quasi cortex elamulæ, non odoratus, & viscide excalefiantis: Propter quod & in antidotis excalefactorijs mittitur.

D E O P I O.

Opium succus est quodā modo erratici papaueris: qđ sic colligi solet: Cum quidē hoc ipsum papauer flores suos amittit, & ampullulæ succrescent virides, & teneræ, harū ipsarū capitella hoīes scalpello acuto leniter absindunt sic, ut intrinsecus non lædāt: & deinceps in gyru scarificant, & sic lacticulum qđ promanat digito conterunt, & in conchulis reponunt, & siccant. Meconium aut̄ sit contritis in vnum folijs, & ampullis viridis papaueris. Verū succus organo preslus, & siccatus in pastillos redigitur, & meconium appellatur. Erit ergo optimū, qđ est odore grauissimum, & colore subrufum, & gustu amarissimum, & qđ humorē quo resoluitur, q̄ citissime candū facit, & accēsum splendida, & aliquater us durantē flammā emitit, & rursum extinctū pristinū odorē referuat: maxime Hispanū tale inuenitur. Adulteratur aut̄, & lētis, & lupinorū farina: sed, & gūni nigro, & lactucæ erraticæ succo: itē glaucio. Sed & adulteratū qđ est, sic intelligimus, eo q̄ non oīa coeant, q̄ synceritatem illius cōprobare diximus. Pō autem syncerum opium lachrimā stringere collyrijs admistum. Habet & circumlinitum refrigerare, & auricularum dolorem, & totum corporis languorem mitigare, illa videlicet ratione, qua etiam somnum facere dicimus.

De Omphace.

Omphax succus est de radice moræ syluaticæ, & immaturæ vuę: qui expressus siccatur in Sole: & in pastillis latis vsquequo fieri potest formatur, & sic reponitur. Optimum est illud, quod est colore rubido, & fragile pistillo, & gustu styptico valde, & linguam submordens. Vnde potenter stringit, & omne profluum confestim tenet.

De Opopanax.

Opopanax succus est herbæ, quæ panax dicitur, simillimæ per omnia ferulæ: quæ nascitur in Cappadocia, Africa, & Macedonia, locis asperis, & lapidosis. Colligitur ergo hic ipse succus hac ratione: Medijs & statibus terra, quæ est circa radicem, & herbam foditur, & cauatur, deinde folijs ipsius sternitur: & sic ipsa radix, & ferula in oblongum, & in gyrum inciditur: postque humor latus emanat, & in folia supposita defluit, & siccatus quasi exalbidæ myrrhæ colorem accipit. Ergo optimus est opopanax, qui ab Africa affertur: hic est extrinsecus veluti crocatus, intrinsecus latens, mundus odore graui equidem viscide. Potest igitur opopanax, & laxare, & calefacere, & mollire stricturas, & durities, fugare viperas, & omnem serpentum accessum.

De Opopanax.

Opobalsamum lachrima est arboris, quam balsamum appellamus, similis malo granato, ramo saeramis tenuibus, & exalbidis, qui xylobalsamum dicuntur: quæ folia habet similia erucæ. Hæc ipsa arbor in India tantummodo crescit, & fructum affert aliquatenus oblongum, circa medium uastiorum, & quasi uentrosum, ad capitula utraque subito deductum, rubicundum valde, grauem & plenum, & si frangatur mollem, & si masticetur similiter, vt piper, mordentem, & suauiter redo lentem, quem carpopbalsum dicimus. Huius ergo arboris lachryma colligitur vere vsque ad aurum. Inciditur autem ipse truncus in aliquot locis, & ipsi ramuli: & sic uascula supponuntur, quæ lachrymam fluentem excipiunt. Quod ipsum aliquot coloribus videtur. verum est optimum quod recens, & syncerum, & exalbidum est, & austерum, & odore graui, & aceto, & non acri, & quod aliqua lenitidine linguam submordet. Sequens est quod est colore subrupo: & quasi glutinum se distillat a digito, leue etiam aspectuque gratum. Tertium autem, quod est tenue ualde, & perlucidum. Omne autem opobalsamum quod uetus statem accipit fit subruberum, & terrestre, & siccum. Verum optimum est syncerum, quod quando aquæ mundæ instillatur, non protinus diffunditur, sed magis subsidet, postmodum totam aquam exalbidam facit: laeti autem admistum, in caseum illud adstringi ut coagulum. Item vestimento albo, aut mundo instillatum, maculā non facit. Quod n. syncerum est, in summa aqua diffunditur, & supernat, & prout oleū quasi pilulas ostendit. Nā vires habet aliquatenus acriores, q̄ viscide excalefacere, & relaxare efficaciter possunt.

De Oleo.

Oleum uetus optimum est, quod cum bona pinguedine perlucet, odore & gustu simile uetusto pinguamini. Vires autem habet ex calfactorias, quæ penitus relaxant. Sed & ad caliginem oculorum facit, si fuerit de pluribus annis: & ad diurna, & iudurata uitia neruorum. In cibis uero admistum omnibus conuenit, & lenitatem stomacho, & uentri reddit, & si qua strictura, aut uulneratio intrinsecus facta est, leniendo relaxat. Accepta rosa refrigerans inuenitur. Nardo decoctum, meta syncreticam uirtutem habere incipit: Chamæmelu uero, itidem metasyncreticum esse uidetur. Cum baccalauri decoctum, plus quam oportet thermanticum esse certum est. Semini lentisci mistura, sicut rosaceum, per longum tempus, stypticam uirtutem affert. Mastichæ admistum, collecticum esse uidetur. Anethum illic per tempus madefactum, thermanticum comprobatur. Mala cydonia illic per tempora madefacta, paregoricum, uel stypticum aliquantum inueniri faciunt.

Cucumeris

DE SIMPL. MEDIC.

93

A Cuci meris agrestis radice admista, & decocta, catharticam, & thermanticam habet virtutem: & quidem proprie attritis inunctio facit. Iridi admistum, pluribus valetudinibus prodest.

De Quo.

Ouum partus gallinæ est, quod omnes nouerunt. Effectum habet duplēm. Si semicoctum bibatur, virtutem stomacho præbet, & non permittit corpus debilitari, eo quod natura sit animantis: lenit. n. omnia, quia lœuem vicem habet. Crudum autem potatum, raucos emēdat. Lachryma quoque tepida in oculis dolētib. inuncta salutem restituet. Vitellus vero eius extrinsecus in aliqua parte corporis illinitus, par egoricus, vel stypticus inuenitur. Coctum vero in aceto ut sit perdurū dysentericis prodest. Virtute aut̄ sua cibi, & potus vicem præstat. Si crudū bibatur sitim prohibet.

De Ocimo.

Ocimū herba est oīb. nota. Vires hēt acriter excalfacientes, & relaxantes, & vrinā pronocantes.

De Origano.

Origanum & ipsum omnibus notum est, & habet vires acres, & excalfactorias, & relaxantes, & euaporantes: Vnde & suspitiosis, & tussientibus prodest, & serpentes fugat, item biles detrahit, ventrem detrahit, sed vrinam, & menstrua prouocat.

B

De Orobo.

Orobum omnes nouerunt, Huius igitur farina cum melle vulnera purgat, & maculas tollit: & alienationes tenet. Ipse autem orobus manducatus, caput replet & ventrem, & sanguinem per virinā prouocat. & est optimus Atticus: est. n. colore violaceo, effectu viscide sistens, & in modū cani.

D E P O N I T I O.

Ponitum hac ratione conficitur: Chalcitidis partes duæ, & cani una in mortario lœvigantur æstu calidissimo, infuso subinde seruēte, & acerrimo acco: & hoc fieri habet, donec res rubro colore apparent. Habet igitur ponitum vires, quam chalcitis euidem vastiores.

De Pipere.

Piper fructus est arboris, quæ in India nascitur: Quod quando primum crescit, oblongum & rotundum apparet: & longo piperi assimilatur, quod ex minutis, & quam pluribus granulis veluti constipatis constat: & quæ tempore ipso accrescunt, at dissipantur: maturata. n. & nigra facta nigrum piper dicuntur. Eligimus. n. Longum piper, quod quando frangitur, & strictissime granula sua coniuncta habet, & circa suam veluti medullam cohærentia, quodq; gustum viscide mordet, & calefacit. Album deinde, quod sine ruga sit candidissimum, graue, & non minutum, & ad gustū simile longo. Item Nigrum, quod præter colorem in reliquis sit simile albo. Potest autem omne piper sincere stringere, & excalfacere, & totum corpus vehementer commouere. Sed adulteratur longum quidem, sinapi, & gummi formatis in speciem piperis longi: & album deinde lœvigate cum spuma argenti, & excuditur in pilulas eiusdem magnitudinis redactum: item nigrum his ipsis pilulis denigritatis, sed & leue, & cauum, & farinolum piper est, lapillulis admistum.

De Pompholyge.

Pompholyx est quasi flos spodij. Simul aut̄ vtraq; colliguntur circa metalla, vbi æs, & cuprū, & argentū conflatur. Verum pompholyx prout leuissima fuligo in ipsis cameris inuenitur: spodium circa parietes, & adulteratur stellis siccis, tenuibus combustis, itē cannis quibus liber, sed sunt fulci diora, & non æqualiter lœvia. Est. n. optima pompholyx, quæ est leuissima, & candidissima, & ad tactum nullam hēns asperitatem: easdcm. n. & spodium vires habet, stypticas & q; siccare possunt.

De Purpurijo.

Purpurissum quod & fucum aliqui dicunt, glebulæ sunt quadratæ, & pusillæ in modum tessellæ rum: quæ ab infectoribus tinguntur colore roleo: tale est maxime Canusinum, sequens Puteolænum. Vires habet aliquantulum stypticas

De Pyrethro.

Pyrethrum radix est oblonga, colore fuscior, intus exalbida crassitudine digitæ pusilli, gustu ex calfaciens vehementer, & saliuam copiosam prouocans. Cuius optima est quæ est recens. Potest autem efficaciter relaxare, & calefacere acriter.

De Pumice.

Pumex lapidis est genus, qui in littoribus maris inuenitur, quiq; assidue a fluctibus illis suscitatus, & exalbidus, & vndique concavus in similitudinem spongij. Facit ergo pumex ad dentifricia, & scriptores pennas, vel calamos fibi in eisdem temperantes bene scribunt. & mittitur hec ipsa pumex in malagmata. Abradit autem, & sua asperitudine lœvitat.

De Pulegio.

Pulegium herba est oīb. nota. Quæ cum aliqua acrimonia excalfacit: & est diureticū valde: sed & menstrua prouocat, & partū expellit: & oīm tussientib. prodest: & odor eius nauseā prohibet.

De Propoli.

Propolis circa fauos, & circa aluearia apū inuenitur: & est quasi genus cerę. Cuius eligimus, q; est colore subrubra, odore melleo, est autem quasi mum. Vires habet similes cerę, sed efficaciores.

De

LIBER

De Psyllio.

E

Psyllium semē est herbæ nigrū, & minutū, pulicis magnitudine, vnde ēt cognominatū videtur: herba tota assimilis sceno, longa, & angusta: & calamum minutū, & oblongū hēt: a quo medio in cipit quasi spicula oblonga, in qua ipsum semē inuenitur: quod efficaciter refrigerare, & stringere potest: vnde oculis lachrymantib. cito prodest. Item dysentericos, & podagricos emendat: & capitis dolorē ex aqua leuigatum, & in fronte linitū cōfestim sedat. Et hēc ipsa herba pulicaris dicitur.

De Plantagine.

Plantago similiter herba est. Et huius succus, & folia efficaciter refrigerant, & stringunt: quapropter succus illius sanguinem excreantibus utiliter datur. Item folia contrita cum pane impo- sita, quæ stringere, & siccare volumus, id utiliter faciunt.

De Polio.

Polium herbula est oblonga, exalbida folia habens: & in summo quasi canitiem & comulam se mine plenam, odore graui, & non suavi. Potest ergo omnem viperam fugare: potest & res vene- nosas extinguere. Laxat quidem stomachum, & caput purgat: sed & urinam, & ventrem mouet.

De Pelecinus, vel capacanina.

Pelecinus herba est, quæ in itineribus nascitur: plures & tenues ramulos habet, folia pusilla: & granula in folliculis terna, vel quaterna, subrufa, & amara valde: Quæ possunt cum aliqua acrimo F nia vīscide stringere: propter quod & in antidota mittitur, & menstrua prouocat.

De Panace.

Panax radix est herbæ, de qua' opopanax cōfici: q̄ & ipsa ēt, & si infirmi, eadē p̄stat, q̄ opopanax.

De Peucedano.

Peucedanum herba est, thyrsum & ramos hēns similes ut fēniculum: radicem uastam, & nigrā, odore grauem, succi plenam: & circa illam comulam densam: florem aureo colore. Hēc igitur ra- dix aliquā p̄ p succum suum exprimitur: & succus eius melior est, si sit colore subrufus, & ad gustū excalfacit, aliquā siccatur & reponitur. Facit autē ad uulnera antiquata & expurgat uiscide: p̄ p qd̄ in aliquib. emplastris, & malagmatibus mittitur. & radix eius incensa serpentes, & uiperas fugat.

De Pastinaca.

Pastinaca omnibus nota est: nam sumitur in cibo, & in reliquis uirtutibus. Vires habet acres, & excalfactorias, & diureticas.

De Petroselino.

Petroselinum nascitur circa petras, & est optimum Macedonicum: est. n. odoratum, subdulce, diureticum valde, & ex calfactorium: vnde & stomachi, & coli inflationes, & tensiones remediāt. G

De Peristereone, vel verbena.

Peristereon herba est columbaria: folia habet modica quasi incisa, radicem mollem, thrysulum stypticum. Tota herba uulnera glutinat, & alienationes stringit: & ad omnia uenena potui data optime facit: similiter ad tertianas, & quartanas disposita est. Huius succus in collyrijs mittitur. Hēc autem & columbina, & uerbena, dicitur.

De Poly podio.

Polypodium herba est similis filici, quæ in petris, & circa radices arborum uetustarum, & in querceis arboribus crescit: hēc melior habetur: cuius radix pilola, & hirsuta uidetur, gustu styptica cum aliqua dulcedine: in folijs uero habet binos ordines quasi punctorum aureorum. Vires ha- bet uentrem soluentes, & bilem distrahentes.

D E C O L O C Y N T H I D E

C Olocynthis similis est cucurbitę rotundę, uel malo granato. Huius uero medulla, i. quod in- cutus habet carnosum, et semen, uiscide uentrem purgare pōt: et in plura cathartica mittitur.

D E R V T A

R Vta herba est omnib. nota utilis ualde. Hēc. n. stomachū erigit, et tussiētibus prodest, et coli H dolorem sedat: item urinam et menstrua prouocat: partum quoq; si plus sumatur, expellit.

De Resina.

Resina est quasi lachryma herbæ: et locis quam pluribus colligitur. Verum sicca quæ est, inueni- tur circa nuclipinum, et pityna: alia liquida circa terebinthū, et peucen, et cypressum: et quæ cir- ca lentiscum, quam aliqui mastichinam esse dicunt, in Chio insula colligitur: aliae, prout diximus, pluribus locis inueniuntur. Communiter uero omnis resina laudatur, si sit munda, perlucida, et si odorem suum pristinum seruet. Specialiter tamē liquidarum optima est terebinthina, habet. n. et candorem, et munditatem, et perlucet, et uitro assimilis esse debet: post mastichina recipitur, co- lore non dissimili ponticę cerę: Item siccarum receptissima est pityna: post quā numeratur peu- cena et nuclipinea, quam græce strobilinam dicimus. Verum omnis resina efficaciter relaxare, et remollire potest: et in usu aliquando crudæ accipiuntur, aliquando friguntur.

De Roremarino.

Rosmarinus herba, est fructiculus: et semen dicta cachrys, ad similis spondylio: quæ herba radi- cem

Acem & folia habet quasi feniculū, sed asperiora, & exalbidiora, & crassiora, & veluti thyrsum ob longum, & ramosum. Huius igitur semen quod est breuius, & vastius, cachrys dicitur: quod inde tenerius & oblongum, rosmarinus. Veritamē efficaciter stringere, & relaxare potest: vnde & urinam mouet, & antidotis contra maligna adiiscetur. Et quidem cachry acrius, & uiscidius.

De Rubo.

Rubum omnes nouerunt. Huius igit̄, & folia, & flos, & mora laeuit̄ stringunt: vnde ad vuulā & fauces euidentes faciunt: quamuis omne profluuum idonee stringant.

De Rhu.

Rhu, quod ab aliquibus radix dicitur, aliqualiter vasta, & nigricans, fragilis leuissime: odore & gustu amara, & leniter stringens: & si fricetur, & masticetur, fit veluti glutinosa & croceato colore: Vnde optimum rhu est ponticum. Vires autem habet efficaciter stringentes: propter qđ cū vino laeugatum, & quasi fomentum impositum, inflationem siccatur, & vulnera glutinat, & sanguinis abundantiam reprimit. Mittitur & in antidotis.

B*De Rosa.*

Rosam omnes nouerunt: Quæ et ipsa suauiter stringit, & refrigerat.

De Rapa, & napo:

Rapa omnibus nota est. Huius radix comesta inflationes facit, & multum carnis, sed inutiliter nutrit humorem. Aqua uero, in qua fuerit cocta, podagricis, & ad prægnationem optimum fomentum est: sed ipsa contrita, et imposta idem operatur. Si excuetur, & accipiat oleum rosa- ceum, & ceræ modicum, & sic in cinere calido coquatur ita, ut cerotum faciat, vulnerosos promouet, & curat. Est etiam rapæ similis napus, qui similiter inflat: sed semen huius napi contra uenena potui cum uino optimo datur, vel ex multa contritum.

De Raphano.

Raphanus oības nota est, quæ radix appellatur. Radicem habet similem rapæ, sed longiorem: Quæ comesta à ieiuno, prout antidotū, magnū est adiutoriū sanitatis, & tutamē corporis: sed inflationē operatur, ructus foetidos facit, & urinā mouet, uentrē relaxat: decocta aut̄ in cibo sumpta phthisicis prodest: & thoracē a phlegmate laborantē emendat. Cortex uero eius cū aceto & melle acceptus, uomitus mouet: hydropicis & spleniticis prodest: si in modū cataplasmati imponatur cū melle cōmista, et prodest. Putredines curat, et liuores tollit, & contra uiperarū mortis prodest. Alopecias capititis iuuat. Fungos malos, aut in potu, aut in cibo sumpta, cōpescit. Semen uero eius cū aceto datum, splenē minuit. Si in aceto, & melle radix ipsa coquatur, & sic garizetur, synanchen curat. Folia eiustusa & imposta, omnibus articulis dolentibus prosunt.

D E S A R C O C O L L A

Sarcocolla est, prout aliqui aiunt, lachryma arboris, quæ in Perside nascitur. Alij quidem fie- dicunt ex suffumentis æque similiter resinæ per parietes laeugando. Alij enim sarcocollā, ar- gemonē herbā uocant: Quā optimā iudicamus, q̄ est subalbida, fragilis, sine odore, flore subrufo, folijs quasi rotundis, radice longa, quarum sunt infirmiores, quæ subrubicat, & ad gustū cōmista dulcedine aliq̄ habet amaritudinē, & dentibus pressis agglutinat. Pot igit̄ stringere lachrymā, et quodāmō hilarē uisum facere. Adulteratur autē gumi, & resina, sed tactu facile deprehēditur.

De Spica nardi.

Spica nardi ad similitudinem cognominata est: similis est enim spicæ frumenti, et hęc plurimas habet velut aristas, et quasi setarum vel capillorū fasciculus ad modum patet, nascitur enim in India ex una radicula sine folijs. Dicit tamē et Syriaca, non quia in Syria legatur, sed quia mōtis illius in India, in qua plurima inuenitur, pars ad Syriā aspectat. Verum optimā diximus, quæ est odoratissima, & colore subrufa, recens, & ad tactum non grauis, nec uasta, sed magis densa.

DHæc ergo uires habet suauiter stypticas, & leniter calfactorias.*De Syrico.*

Syricū fit de cerusa plurimū siccata, & cribrata. Coquit aut̄ in patella fictili sup carbones usque quo sandycis habeat colorē, q̄ ipsum cerusæ uires representat, est optimū, qđ ignis hēt colorem.

De Saluicula.

Saluicula herbulæ genus est, quæ radiculas et folia sub floribus similibus uiolę, q̄ plurima ha- bet, quæ tota prodest, hęc refossa in modum stabularum stringitur, nascitur autē in alpibus summis, et in Notica regione. Quam ipsam optimam iudicamus, quæ est odoratissima, cui tamen, & hęc adesse oportet, vt recens, et sine fabulo sit, et q̄ plurimas cum ramulis suis radices habeat, illę autem sunt uiscidissimæ. Potestas igit̄ saluiculæ est, quæ et spicæ, et si infirmior.

De Sale.

Salē oīes nouerunt. Colligitur aut̄ in quibusdā littoribus, et partibus maris, aut foditur, aut pa- ratur, prout aliquibus in locis in Gallia, maxime tamen in Italia uel in diuersis prouincijs. Verū est optimus sal, qui ex mari sit mundus, et candidus, cuius uirtus sapore ipso probatur, potēs co- medere, et purgare, multis quidem rebus misceri præcipiunt. Cuius salis uirtus est, q̄ omnibus ci- bis

L I B E R

bis admistus conuenit, & ore xim facit, fastidium auertit, nauseam prohibet. Qui autem foditur, est E velut uena alba, & plucida: venas habet prout schistos, quem & nos salem armeniacum diximus.

De succo.

Succi virtus duplex est, vel triplex. Hic eadem, & si incertius, praestare potest, q & ouum diximus facere: vicem n. cibi & potus praestat. De hordeo pissa nas faciunt, q frigidam, & humidam habent uirtutem, & relaxare possunt: si oleum rosaceum admisceas, & febricitantes refrigerat, & reparat. De hordeo imaturo succus uentre stringit, & infrigidat, & uires acquirit. Et aliciae, vel orizae succus similiter operatur: Siligo enim tritici uentre stringit, et ardorem, & corruptionem.

De stibio.

Stibium lapis est fulges, & splendes, nulli lapidi similiter, q in metallis inuenie, colore assimilis plumbi: Cuius est optimus, qd late refulget, fragilissimum, & qd est in se mudum, lapidosum uel terrenum non continens. Vires at hunc stypticas: & uenientia refrigerare, & stringere, & lachrymas uelut oppilare pot.

De sandaracha.

Sandaracha affert maxime a Ponto, & Cappadocia, & Cilicia: & est a principio lapis igneo colore, qui in minuta comminuitur. Est ergo optima sandaracha, quam florē appellamus, quae est roseo colore, munda, uel nihil exterum habens: Effectu, & ipsa fortiter stringens.

F

De sagapeno.

Sagapenū est lachrymæ genus, quod in aliquibus locis colligitur: Cuius optimū dicimus, qd est globulis minutis durū, colore subsimillimum myrræ, gustu acri, et quasi glutinosum, odore ce pastrū, recēs, mundū, & intus albidū, & extrinsecus rubidū. Vires hanc, que cum acrimonia uiscide laxare possunt. Hoc ipsum galbano aliquā adulterat, formatis ex eo guttulis eiusdem magnitudinis.

De sepo.

Sepum omne mollire potest durities. De quadrupedibus optimum est leoninum: melius est leopardinum: nunc melius ursinum, quam taurinum, uel ceruicum: caprinum uero spissius est, & siccus, & magis hircinum, uel asinimum. De uolatilibus uero optimum est anserinum, melius pullinum. Item melius phasianinum, & omnibus melius vulturinum.

De sanguine.

Sanguis oīb. humidus est. Foris in corpe illinit, stypticus inuenie: et oculis prodesse cōprobatur.

De syricio.

Syricum herbulæ radix est, nota q pluribus, exalbida, & spissula: Quæ acrimonia sua, & asperitate, vrinā, et calculū prouocat: Sternutare copiose facit tunsa, et crībata, et in naribus imposita. G

De staphide agria.

Staphis agria semen est herbae, quæ florescit similiter, ut uires erraticæ: & fructum affert in foliiculis uiridibus quasi ciceris, triangularem, album, subtrufum, gustum acerrimum, et amarum. Verum optima est, quæ est recens, nigra, plena. Hæc ipsa cum maximis vexationibus, uiscidissime relaxat. Pediculos quoque ex oleo laevigata, & corpori illinita occidit.

De Sepia.

Sepia est maiorum animalculum, cuius testa, & item os siccatum, et repositum, leue, & candidum, & oblongum videtur, & ad usum medicinalē facit. Admiseretur autem collyrijs: & solū in mortarium laevigatum, dentifricium est optimum.

De Sulfure.

Sulfur optimum est, quod uiuum appellatur, & est splendidissimum, & perucidum, & veluti perunctum uires habet uiscide relaxantes, et plurima uitia remediantes.

De Silphio.

Silphiū radix est, cuius lachrymā laeser esse diximus, & est radix pluribus nota. Virose, et acri-ter excalsat, et uescicā latet: verū admisceat antidotis, & purgatorijs: & sale condita suauiter facit. H

De seseli.

Seseli semē est herbe, q similatur feniculo, & anetho: crescit, & grauat, & grana affert uastiora & oblongiora, q vtrūq; Verū, & hoc est diureticū, & in plurima antidota mittitur, proprietā ad colicum dolorem facit.

De Scammonio.

Scammonium, quod et colophonium, vel diagridium dicitur, succus est herbae, quæ à sua radice plures ramos intra se mittit, quæ nascitur, & in Mysia, et in colophone: & similiter, ut creditur, mādragoræ, aut quasi panacis, radix illius inciditur, et folijs suis suppositis lachryma, q emanat, excipitur. Verum optimū diximus scammonium, quod est medium, leue, perucidum, intus nō spissum, sed magis prout spōgia fistulosum, & splendidū, et quod simul, ac saliu tangitur humorē lacteū, & amarum ostendit. Hoc igitur ipsum stomachum quidem euertit, sed uenter trem uiscide purgat. Adulteratur autem tithymali succo, sed ita deprehenditur, quod tithymali succus ad guttum minime excalfacit, quodammodo, sed urit, quod abest ab syncero colophonio.

De Singibere, seu zingibere.

Singiber herbulæ radix est pusilla, exalbida, leuis, et uelutitruca. Inuenitur maxime in Troglo-

DE SIMPL. MEDIC.

95

A glodytis, & Arabiae partibus: & aliqui illam piperis radicem putant. Hoc ergo optimum est, quod est recentissimum, & sine fistula villa, quod ~~est~~ ^{et} ~~erat~~ ^{est} grāce dicimus, odore suavi, gustu, & sapore simile piperi. Cuius vires plurimae sunt, sed proprie digestionem facit: & stomachum confirmat, & corroborat: & ventrem laxat.

De Styrae.

Styrax est quasi lachryma arboris, quae & ipsa styrax appellatur, similis tota cydoniae. Huius igitur arboris ramuli, & virgulae, ut vermiculi, circa ipsas medullas nascuntur: a quibus inciduntur, & foramina ipsorum scobem quasi furfur emittunt, quae cum lachryma confiscatur: quod in modum resinæ pityinæ manat, maxime æstibus medijs, & Sole candidissimo. Verum optimum dicimus styracem, qui est subrufus, & qui multum resinæ specie permanet, odore suavi, & quasi melleo, & subausterus, sine humore, & leuis dum fricatur. Viribus autem potest leniter relaxare: calleficit enim, & lenit durities, & mollit. Sed adulteratur copiosa scobe ipsius arboris, vel etiam alterius, exinde tunsa, & cibrata, & cum melle decocta, subacta, & rursus cera, & adipe revoluta.

De Symphito.

Sympitum, quod aliqui anagallicum dicunt, herba est pluribus nota: cuius radix videtur oblonga, cortice nigra, ad gustum tubamara, & glutinosa. Propter quod ad restringendum, sanguinem excreantibus datur: vifcide autem stringit, & glutinat.

De Spuma argenti, vel lithargyro.

Spuma argenti fit in metallis, & purgamentis argenti quando conflatur. Iter è scoria, quam Græci molybdenam dicunt. Aliqua ex plumbō, & ipsa coctura in speciem pusillorum tribulorum redigitur. Verum optimum dicimus, quae est colore assimilis auro, & visque grauis. Potest autem aliquatenus stringere, & refrigerare: & eadem præstat, quae & cerussam facere dicimus. Ab aliquibus vero lithargyrus appellatur.

De Sori.

Sori glebula est viridis, quae foramina habet quam plurima. Dicitur & aliud eius genus inueniri colore argenteo. Verum optimum iudicatur Aegyptium, id est, quod ab Aegypto assertur: quod plurima habet foramina, & est fragile, & dum comminuitur infuscatur, gustu stypticum, & odore nauseosum sic, ut & vomitum quibusdam moueat. Coquitur autem usquequo sit colore rufum. Et habet vires valde stypticas, & acras: unde & alienationes continet: & vulnera, quae luxuriantur, exiccat.

De Stæchade.

C Stœchas herbula est, quae ramulos emitte tenues & oblongos, circa quos habet folia oblonga, quam thymbra, sed non dissimilia, & semen minutum: tota herba est odore suavi, gustu acris, & subamara. Vires habet relaxantes: unde menstrua prouocat, & uitia thoracis sedat, & in antidotis miscetur. Nascitur plurimum in insulis, quae stœchades dicuntur.

De Sapone.

Sapo conficitur ex seuo bubulo, uel capri no, aut veruecino, & lixiuia cum calce: Quod optimum iudicamus Germanicum, est n. mundissimum, & veluti pinguissimum: deinde Gallicum. Verum omnis sapo acriter relaxare potest, & omnem sordem de corpore abstergere uel de paninis, & exicare similiter ut nitrum uel aphronitrum. Mittitur & in caustica.

De Sampſuco.

Sampsucus herba est: folia & ramos habet plures & pusillos, circa terram diffusos, non dissimiles nepitæ, tota herba olens est suauiter: Viribus acris, & excalactoria, & ad omnem duritiam, uel rigorem valde idonea.

De Sinapi.

D Sinapi omnes nouerunt: Cuius efficacissimum est Alexandrinum: habet enim Vires acriter et vifcide distinguentes: propter quod uitia longinqua eliminat, eo quod loca sanguine manantia exiccat, & extringit, & corroborat simul stomachum: quod ipsum sinapi mosano uidimus contingere.

De Sertula.

Sertula herba est humilis, odore suavi, exalbida: flosculum habens subrufum: Cuius melior habetur, quae est recens, & vastior, & non nimis exalbida. Vires autem habet leniter relaxantes: propter quod et oculorum tumorem sedat: & partibus nervosis, & delicatis, ex aqua multa cocta, in modum fomenti trita & imposita facit.

De Syro.

Syrum nascitur in Africa, & in India: Optimum tamen habet Arabicum, & huius ipsius, quod est recentissimum, & plures & breves calmos habet: & si frangitur, rubicundum intus appetet: re dolens suauiter, si fricetur inter manus: & gustu linguam submordens, quod Vires habet acriter relaxantes. Propterea quidem vesicam petit, & urinam prouocat. Mittitur & in antidota, quae aduersus venena faciunt.

De

L I B E R

De Scilla.

*Al. allio. Scilla radix est herbæ pluribus nota: est enim colore & corticibus vasta, & cæpe uel^hbulbo affilis. Vires habet acerimas, & calfacientes: unde & tussientibus, & hydropicis utiliter datur. Et si fricitur in corpore, magnam, & intolerabilem pruriginem facit.

De Scordio, vel allio agresti.

Scordium herbula est virgulas mittens quadratas, rectas, & oblongas: & folia stringentia, ad gustum subamara, odore oleaginosa, flore rubicundo. Vires habet acres, & diureticæ, & ad uiperas facientes.

De Scincio.

Scincus animal parvulum est, quod in India inuenitur, quadrupes, & simile lacerto, sed multo maius, & longius, & ventrosum: hoc igitur salitur. Et uenerea facit, drachma una carunculæ illius ex uini cyatho potata: si enim plus sumatur, afficit periculum.

De Sedo.

Sedum herba est, quam aliqui senecionem uocant: quæ & in petra nascitur, & super tecta: folia enim habet uiridia, densa, & quercui similia, sed crassiuscula, & pinguis: thyrsulum emittit oblongum & subrufum: capitella habet oblonga, in summo habens in modum ^hverticilli. Vires habet stringentes, & refrigerantes: propter quod similis est plantagini, & ad eadem proficit.

De Satureia.

Satureia fere eadem vires habet, quas & thymus, & eadem facit, et si est aliquatenus infirmior.

De Spondylio.

Spondylium locis humidis crescit, & habet radicem albam, & assimilem radici, quam in cibos mittimus: & thyrsos oblongos quasi sœniculi: folia quasi platani: semen quasi secaleos, duplex, sed candidius, & latius, & ueluti piliastrum, florem album. Huius igitur semen potatum bileyit, detrahit, & ventrem soluit acrimoniam sua. Regio morbo, & ad tussim, & suspitionis uidentur prodesse.

De Sifymbrio.

Sifymbrium est assimile mentæ: latiora quidem folia habet, & odore suavi: Et excalsatorium est, & diureticum: & ad apicularum & similiū animalculorum puncturam confert præsidium. Semen illius potatum ad eadem facit.

De Smyrnio.

Smyrnium est assimile apio, sed folia habet latiora, et subaureo colore, et quasi pinguis, et fortiora, redolentia cum aliqua acrimoniam, ramulum et capitellum, prout anethi: semen rotundum nigrum, fere gustu mirastrum: radicem succosam, mollem, leuem, odore suavi, cortice nigro, intus uiridem aut exalbidum, et ad gustum fauces mordentem. Vires autem habet acres, et sudorem suscitantes: unde et tussientibus, et suspitionis, et hydropicis, et coxiosis prodest, et ad serpentum mortsum facit.

De Satyrio.

Satyrium herba est, tamulum habens oblongum, et purum florem purpureum, ex albidum: folia quasi lilij, subbreuiora et subrufa, tria uel quatuor, ad terram iacentia: radicem duplicum, quasi testiculos: quæ radix potata uenerea prouocat. Succus illius inunctus lippitudines optimè curat. Est et aliud satyrium erythraicum, quod assimilatur semini lini: uastius quidem est, et leue, et splendidum: cuius radicis cortex tenuis est et rubens, ipsa penitus alba et dulcis. Tertium quidem satyrium aliqui herbam basilicam appellant: cuius folia sunt priori satyrio similia, sed grauiora, et leniora, punctis asperis, nigroribus: radix eius, pedis vrsi habens similitudinem: flore aureo vel croceo: et si cum aqua uel uino fuerit trita, croceatum efficit colorem. Vires habet ex calfactorias, et aduersus venena facientes. Quam herbam si quis secum habuerit, ab omni genere serpentum erit securus.

De Sifario.

Sifarum notum est omnibus. Et huius radix uites habet diureticas.

De Scolopendria.

Scolopendria similius est scolopendriæ animali: in petris humidis nascitur, nec florem habet: folia ipsius in superficie uiridia sunt, sed rufa et limosa. Cum aceto potata splenem curat: et extrinsecus cum uino posita iuuat: et calculos expellit. Vires habet diureticas.

De Scoparegia.

Scopa regia facie est nota omnibus: et habet radicem tenuem, et oblongam: et virgulas oblongas: et folia ex interuallo assimilia lactucæ, sed fixiora et fortiora. Vires autem habet et ipsa acres, et diureticas.

De Sinopide.

Sinopis optima est, quæ in Lemno insula inuenitur: et huius ipsius, quæ sphragis appellatur. In terris autem sinapis in quibusdam speleis colligitur: et caprino sanguine in modum fermenti subigitur, et in pastilllos redigitur. Adhuc optima sinopis dicitur cuiuscunque loci erit, si bene fuerit

DE SIMPL. MEDIC.

96

A fuerit costa; quæ est rubicundissima, & spissa, gratis, per omnia eodē colore, & sine lapillis: quæ ex vna mica plurimum humoris in similitudine sanguinis inficit. Vires habet efficaciter stringentes.

De Syo.

Suum semen est, quod maxime de Assyria defertur, fusculum, oblongum: Acre, & viscide excalfactorium: propter quod ad inflationes, & rosiones stomachi, & cholerae propriæ facit.

DE TRAGACANTHA

Tragacantha est lachryma herbæ lignosæ & spinosæ: cuius radix incisa hanc ipsam lachrymam emittit: quæ aliquatenus secca, prius tamen quam indurescat, cultello in tenues laminae secatur. Est ergo optima tragacantha, quæ mundissima, tenuis, lucens, recens, & subdulcis. Vires autem habet quales sarcocolla, & aliquatenus efficaciores: magis n. stringit, plus & lachrymam reprimit.

De Thure.

B Thus lachryma est arboris, quæ in Arabia & in India nascitur, quæ græce libanus dicitur. Quod ergo de Arabie arbore manat, candidius est. Quod de India, subrufum: uerum utrumque masculum appellatur. Est & tertium minutum ualde & rufum, de quo maxime manna cōficitur. Erit ergo optimus thus, quod masculum diximus, subrufum, rotundum, & naturaliter lene, fragile: & si pressatur, in miculas minutas, & ut sabulum dissipatur: & quod ad ignem cito acceditur, odor rem suauem & copiosum emittit. Vires autem habet leniter excalfacientes. Sed adulteratur resina pityina, et gummi, et thure commixta, et fit in speciem synceri thuris fortis. Itidem et manna adulterant aliqui, laevigata resina pityina, vel farina, et cortice thuris, et cortice nuclei pinei. Sed deprehenduntur ita: Thus enim quod resinam uel gummi habet, si masticeatur, fit quasi mastiche, et ad ignem non cito accenditur, necalem odorem habet. Similiter et manna, et cortex, si syncera non sint, tardius et sumosius incenduntur.

De Tithymalo.

Cvis est. Colligitur ergo et quasi lachryma, et quasi succus: quasi lachryma sic: Singulæ uirgulæ prope ipsa capitella franguntur, & sic lachryma veluti colum quod manat, in conchulas quasi opium colligitur & siccatur, similiter et hoc est ^{*Al. ualidissimum.} uiridissimum. Succus deinde ab ipsis folijs contusis & expressis excipitur, & eadem ratione siccatur, & est infirmior. Verum eadem facere tithymalus potest, quæ & elaterium facere diximus, & extra quasi psilotrum pilos tollit, et si incidat cutem quasi causticum virit, maxime quando est recens, & dum colligitur.

De Thapsia.

DThapsia succus est herbe eiusdem uocabuli: quæ folia habet similia fæniculo, sed rectiora & vastiora: thyrsulum quasi ferula: florem uiolaceum: lemen latum: radicem albam & uastam, quæ qui uolet effodere, aut siccum illius exprimere, prius corporis sui quicquid erit nudum, ceroto liquido perungere debet: si minus, inflationes & pustulas circa faciem et manus patietur. Exprimitur ergo succus thapsiae lota ipsa radice, & in pila contusa, & sic organo pressa: qui succus in mortario laevigatur, & in Sole siccatur. Aliqui & folia cum radice iungunt, & nimium tundunt, & exprimunt, quod est inertius. Alij autem, quod est optimum & uicidissimum, ipsam radicem refossa terra nudant, ita tamen quod una in terra maneat: et sic eam cum ferula sua acuto scalpello incident, & veluti scarificant, & lachrymam quæ manat, colligunt. Vires autem habet thapsia acerrimas, & in modum ignis causticas: prodest tamen longinquis uitij, illa ratione, qua & sinapismus.

De Thymo.

Thymus herbula est humilis, & ramosa, et ramulis duris, & lignosis, quæ folia habet pusilla, & angusta, & oblonga et subalbida: in summo capitula in speciem formicarum in se implicitarū, & concurrentium. Vires habet acres, & excalfactorias, et stringentes: propter quod omnibus uitij stomachi, & thoracis, aptissimum est.

De Thlaspi.

Thlaspi herbula est, quæ folia habet magnitudine digitii: thyrsulum subalbidum, tenuem, et oblongum: semē assimile cartamo, & quasi patulum & dilatatum. Vires quoque habet acres, & relaxantes, & ueluti mordentes: unde aperitudines oculorum, & cicatrices extenuat. Et potatum, uentrem sursum & deorsum purgat cum oleo laevigatum. Punctiones, frigora, & horrores in accessione discutit.

De Trifolio.

Trifolium herba est omnibus nota. Huius igitur folia et pota, & pro fomento imposita, uisperare mortis remedium. Item semen illius in emplastrum mittitur, & radix in antidota: utraque ad venenosorum serpentum mortis facientia.

De

L I B E R

D E V E R A T R O V E L E L E B O R O

E

Veratrum radiculae herbae sunt eiusdem vocabuli, exalbidæ, et oblongæ, et ab uno capitulo copiose et directæ, et quæ per statem maiores quidem, q̄ porri capitula, sed non dissimiles: Quarum optimum sunt quæ aspectu unctu uidentur, & non rugosæ: & quæ medullam tenuem habent, & gustu magis ex calfaciunt, et uomitum prouocant: tale namq; est Creticum, nam Gallicum multo est inertius. Verum omne veratrum est uiscidissimum medicamentum, & fortissimum purgatorium in tantum, ut ueneno sum esse dicatur. Est & aliud ueratum nigrum, quod magis purgat. Aliqui secundum ambo purgant ueratra, et elleborum dicunt.

De Visko.

Viscum succus herbae est, quæ de ramis arborum ex crescere: quæ herba habet fructum rotundum in specie vuæ, pallidiusculum: qui fructus tunditur, et commodatur ad aquam frigidam copiosius, et diligenter, usquequo nihil asperum de cortice eius fructiculus habeat, sic n. euadit glutinosissimum. Alij quoque in aqua coquunt, et eadem diligentia expurgant. Verum optimum est, quod in queru arbore crescit: et quod est mundum, lubuiride, purum: et quod si extendatur, non rumpitur, sed in specie membranæ extenuatur. Vires habet acres, et quæ durities remolire possunt.

De Viola.

Viola species habet tres: est enim alba, et purpurea, et aureo colore: floresque de radice eius ex crescunt: Quibus melior habetur, quæ est purpurea. Verum omnes viscidæ relaxant, sicut et urinam prouocant aliquando. Et semen illarum partum expellit, et lumbricos occidit. Odorem uero habens est flos ipse suauem.

De Vrtica.

Vrtica est omnibus nota: Et est calefactoria ualde: quapropter attrita, cum oleo uel axungia inuncta, contra frigus facit. Item potata cum uino, morbum regium emendat: et antidotis, quæ colicis quidem sunt propria, admiscetur. Item trita cum melle singula cochlearia diurno potu data, tumorem uentris, uel frigus ex pulmonibus conceptum, sedat: et calore suo omnes humores dissoluit.

De Vella.

Vella herba est folijs quidem minor, quā eruca, sed non dissimilis: flore uiolaceo: semen habet velut folliculis oblongis, ordinis stipati, prout nasturtii: & gustu calefactoria est, lubinordens, et uiribus relaxans: unde ad tussem ueterem, et ad regium morbum cum melle optime facit.

De Vetonica.

Vetonica herba est, quæ radices habet aliquatenus crassitudine digitæ: et ramulos longos quadratos: folia quasi quercus, suauiter olentia: florem purpureum: semen circa ramulos in circuitu in modum spicæ, nigrum: natatur in pratis et montibus. Vires habet leniter acres et diureticas.

De Vite.

Vitis est, quam omnes nouerunt, ex cuius fructu uinum exprimitur. Huius igitur folia viridia in frontem frequenter exposita & immutata, oculis ex rheumate dolentibus profunt, eo q̄ stypticum & austерum habent. Botrus vero eius maturus calidus est: infundit & procurat ventrem, et maxime si albus sit. Passa autem uua ardorem facit, & uentrem procurat. Immaturus uero botrus vuæ, frigidus est, & ventrem stringit: vnde & dysentericis facit.

De Vino.

Vinum omne calidum est. Vires atque motum corpori præstat, eo quod calefacit, & resumit, & reficit omnia membra, quæ ex frigore & dolore constricta tenentur. Vinum & oleum si calidum ex unguento ponatur, oportet diu perficare, quousque totum corpus illud perbibat: similius & ijs quæ in humoris dolore tenentur. Vinum recens, calidum minus est vetusto & ventrem procurat. Vinum album, diureticum est, et toti corpori aptum. Vinum nigrum et dulce, sanguinem nutrit: & oculis contrarium est: & capit is scotosin. i. vertiginem, & corpori grauitudinem, & stomacho turbationem, et somnos graues infert. Vinum maxime si cum modica aqua bibatur, saluti corporis prodest, eo quod nutrit, et custodire potest sanitatem. Primo quod album est magnum remedium corpori facit. Vnde et de ipsa aqua ratio est reddenda. Omnis virtus aquæ frigida est, & dulcis, & humidæ: et febribus acutis aliquoties facit. Vulneribus cancroſis si sola adhibeat, perničiem infert: quia omne vulnus in corpore dulce esse videtur, et tunc gaudet cancer, et creſcit, dum sibi consentiens et amplius nutriendis incrementum acceperit: nam cum melle et aqua iuncta, aut ex lixiuia, cancer semper lauari præcipitur, aut cum uino et melle simul. Vinum autem aceto factum, incipit frigidum esse, et stypticum, et non nutrit, sed magis compescit. Fiunt namq; de uino diuersis modis proportiones corporibus aptæ. Vnde mel et uinum solum ventre procurat, et calefacit, piper vero adiunctu. i. cōditu plus calefacit et siccatur, similiter et animam deducit, et corroborat stomachum, maxime si crocus modice admiscetur, et infundit, et uentre procura. Sambucatum similiter, et mastichatum uentrem procurat, et cholera rubram temperat.

Rofatum

SIMPL. MEDIC.

97

A Rosatum infrigidat, & urinam & uentrem procurat. Absinthinum, ventrem à cholera emundat, Violaceum, urinam prouocat, plus stomachum corroborat, & lumbricos excludit.

DE XYLOBALSAMO

X Ylobalsamum ramuli sunt arboris, quæ balsamus dicitur, tenues, exalbidi, suauiter olentes gustu & viribus acres, & celfactorij, & relaxantes.

De Xylocinnamo.

Xylocinnatum est assimile aspectu cinnami, sed crassius, & longius, quodam modo lignosum sed viribus & odore infirmius, & ad eadem sumitur, & eadem præstat.

DE HYOSCIAMO

H Yosciamus est quem aliqui altercum dicunt, herba omnibus nota: quæ species habet tres: **B** est enim, quæ semen & florem album habet, quæ utrumque nigrum: quæ que uehementius velut purpureum maxime, quod eligimus: quod quidem folijs, & cauliculis non multum uires habet refrigerantes stringentes, & marcorem facientes. Quapropter succus ex folijs & cauliculis dum adhuc sunt virides exprimitur, & siccatur: & similiter ut op'um in antidotis & collyrijs mittitur: & eodem modo omnem dolorem compescit. Aliqui vero eum interficere dicunt fibibatur, & esse venenosum.

De Hyssopo.

Hyssopus est' quasi sordes & succus lanarum succidarum: qui hac ratione colligitur: Lanas succidas sordidissimas, & iam mox detolas, mittimus in uas, quod habeat calidam aquam: & aquam succendimus ut aliquantulum ferueat: deinde refrigeramus, & quod supernat in modum pinguis, abradimus manu, & in vase stanneo abstergimus: & sic ipsum uas aqua pluiali implus, & opertum tenui linteo in Sole ponimus, & rursus delimpidamus: & tunc hyssopū reponimus. Vires enim habet cum aliqua acrimonia molientes, & relaxantes. Sed adulteratur ex pinguedine & ceroto molli: sed statim deprehēditur, eo quod syncerus hyssopus reseruat succidum lanæ, & si manibus fricitur, in similitudinem cerussæ efficitur.

De Hyssopo herba.

C Hyssopum herba est; est uero erraticum & hortulanū: uerum omne hyssopum facile notū est: Et habet uires acres, & calefactorias: unde tussientibus, & suspiriosis, prodest: & lubricos expellit.

De Hypocistide.

Hypocistis herba est, quæ nascitur subrufa. Huius succus exprimitur, & reponitur, non dissimilis acaciæ, sed mollior tactu, & effectu uiscidior, stringit enim uehementissime: vnde uentris profluuum, & sanguinis abundantiam reprimit, & sine mora præbet effectum.

De Hyperico.

Hypericum herba est, quæ ramulos habet plures, tenues, & oblongos, colore subrufo: folia similia rutæ: florem tenuem, & aureo colore, vel est similis ujolare: semen nigrum, in forma hordei. Vires habet acriter stringentes, potatumque ischiadicos emendat, & urinam prouocat, uentrem stringit, & pro fomento positum, combusta sanat.

De Hyacintho.

Hyacinthus thrysolum habet lœuem, florem purpureum, folia & radices quasi bulbi. Tota herba viribus & affectu styptica est ualde.

E P I L O G V S

D

H Ace sunt frater charissime Paterniane, quæ memorię nostrę subuenire potuerunt: & quæ partim ipſi probauimus, & quæ experti sumus, & apud antiquos & receptissimos auctores medicinæ inuenimus. Nunc pro tua examinatissima diligentia curabis omnia examinare, & etiam singulas res cum scriptura comparare, ideo ut si quis post auctorum lectiones ad hanc fuerit conuersus scriputuram, in nullo possit, reprobis inueniri.



GALENO ASRIPTVS LIBER DE VIRTUTE CENTAUREAE

CENSURA.

Liber qui licet Galeni non sit, pleraque tamen, quæ in eo continentur,
ratione non carent.

De intentione eius in hoc libro.

CAP. 1.



Go vidi frater mi Papia, sicut Themistius famosus magister narrabat de arnoglossa, quod re uera in credibilia existimantur esse quæcunq; de centaurea volo narrare, ita multas, & difficiles passiones curat. Sed si, nō credideris mihi, & probare volueris, quam virtutem habeat, non decredes, sed miraberis de eius succo, sicut de nullo alio pharmacorum: nihil enim est propè dixerim inuenire cuiusdētius, & ad multa utilius centaurea. Fortassis aut̄ non erit iniustum, illis qui liberaliter eius experientiam ostenderunt, præbere grates. Sic enim à certa notitia uteris hoc pharaco, cogitās quòd non sunt solummodo pronuntiationes ea, quæ dicuntur, cū sint iam ad actum producta. Apollonius igitur senex unus virorum, qui valde erant approbati in Roma, cuius magister fuit expertus medicus, utebatur hoc pharaco in multis aduersitatibus: & per Deum miratus sum de ipso in circumambulatione; plurimum enim propter hoc circumambulabam cum ipso. Cumque quendam mortuum à carne rabido curaret præsente me, & deridente, & dicente, nunc non habes uti centaurea, conuersus ad famulum ait, da mihi pyxidem: cūque dedisset ei, videns eum de pyxide accipientem de pharaco, primo quidem putabam & ipsum deridere: erat enim maxime simplex homo: postquam autem vidi curam facare de ipsa, multum miratus fui de succo: & exinde diligens inquisitor factus sum de ipsa, ut dicta antiquorum percurrerem: & eorum, qui secundum nos, plurimos medicorum interrogarem de ipsa, ut nihil tibi deficeret eorum, quæ à nobis cognita sunt. Hæc quidem in tantum dicta sunt.

De speciebus Centaureæ, & notificatione earum.

CAP. 2.

Centaureæ autem sunt species duæ: & secundum ueritatem ita' est, ut Crateuas dicit in tertio libro eorum, quæ eradicantur. Una quarum folia habet sicut lapathium hortulanū, minora tamē; in circuitu autem sunt scissa, sicut terra: caulem autem habet sicut trium palmorum: opū uero habet rubrum; in summitate vero eius caput laminiginosum cancro marino simile: radicem autem habet solidam, & crassam: & est in gustu dulcis, & subacris: nascitur uero in locis altis, & aliquando in planicie, & in locis, quæ aspiciuntur à Sole, hæc quidem centaurea solida dicitur. Altera uero subtilis centaū ea dicitur: nominatur autem ab aliquibus limnesia. Magna igitur cētaurea fructuosa est, & in pratis nascens. Parua uero est unius palmi, ramos habens paruos, & flores paruos, radicem uero omnino subtilissimam, & debilem, & in gustu est amara sicut absinthium: nascitur autem maxime in locis stagnosis, & paludosis.

De modo succationis seu extractionis, & conseruationis, succi Centaureæ.

CAP. 3.

Est autem sermo hic de vltima. Succatur aut̄ sicut & alia, quæ prædicta est, modo tali. Lebes pponitur magnus, sicut qñ fit hepsema, i. vinum coctū: & ponitur centaurea minor, ut plurimū tpe quo uigent oporæ: & aqua super infunditur tanta, quanta sufficit continere herbam, & tunc luppenitur ignis, & coquitur herba sufficienter. Demum postquam bene cocta fuerit, ut uirtus tota sit emissā in aquā, auferetur cētaurea, & exprimitur, & mēsuratur decoctio: & tertia pars hepsema tis, i. uini cocti, superinfunditur ei, & coquitur quoisque habeat spissitudinem mellis. Ego autem, sicut

DE VIRT. CENTAVREAE.

98

A sicut prædictus senex, coxi eam in lebete, & auferens, & exprimens incidi eam: & iterum coxi in aqua: deinde exprimens, & colans mensuram: & iuxta vini dulcis decocti optimi tertiam partem, & coxi quousque habuit consistentiam: & feci valde fortiorē huiusmodi confectionem: & ille senex laudauit. Fit autem, & absq; aqua huiusmodi herba incisa, & expressa. Et fit etiam de flore eius succus, inciso eo, & expresso, & confert in ophthalmis. Oportet vero attendere in decoctione, ne induretur: post hoc autem dimittit infrigidari: & repone in vase, & obtura diligenter.

De natura succi Centaurea, & eius conservazione, & utilitate.

CAP. 4.

Est at huius succus, ut sensibiliter est dicere, stipticus, & siccatius, & calefaciens, cum virtute immane operans: q; non est possibile exponere verbo, neq; ad excogitationem venire, ita est utilis ad multa.

Ad Passiones capititis.

Confert enim dolori capititis, qui fit propter multam adustionem Solis, vel vini meri potationem, q; permiscetur cum aceto, & vngitur. Confert et ad sudores capititis, permistus cum uino, & vinctus abrafo capite. Iuuat etiam ulcuscula, quæ fiunt in capite spissa, & parua, & rubicunda paruis papillis similia, & phygetha spissa, & parua, & rubicunda, permistus cum aqua, & vinctus abrafo capite. Confert etiam ad fuisse cum aceto, abrafo, & prælauato capite cum aqua falsa.

B

Ad Passiones oculorum.

Confert etiam ad cancros oculorum asperatos, & ad pruritum oculorum, & cicatrices albas, & caligines, & sycoses, & communiter ad omnes antiquas dispositiones oculorum. Mitigat etiam phlegmonas oculorum, & dolores, quando ungitur desuper: & rubicundos, & sanguinotos oculos sine phlegmone, si vngatur cum aqua: & similiter approximata cum aqua curat hordeolum.

Ad Passiones aurium.

Mitigat etiam aures phlegmone laborantes, & dolentes, si apponatur in quietate letis cum aqua rotata, vel uino. Sanat etiam ulceræ quæ sunt in auribus, cum uino. Et etiam confert auribus sanie manantibus, & humidis, & foetidis, si cum uino austero colluantur, & postea cum uino solo. Confert etiam ad sonitus aurium, permista cum aceto, & infusa, & ad difficultatem auditus cū succo raphanidis. Iuuat etiam ad pulices, & cimices, & cōsequēter ad omnia alia, quæ ingrediuntur ad porum auditus, cum aceto permista: proprie uero ad cimices cum oleo. Mitigat etiam phlegmonas, quæ fiunt in poro auditus in superficie, et rubores, et quassationes auriū, cū uino.

Ad Passiones narium.

C Confert etiam ad narium ulcerationes, & putredines, et foetores, cum aceto. Et fistit fluxum sanguinis narium cū aceto permista, et cum lixiuio posita. Iuuat etiam fracturas narium, ungenendo narem, quæ patitur, ab intra, & ad extra.

Ad Passiones oris, & partium eius.

Confert etiam ulcerationi oris, si ungatur cum aqua: et alcolis tam albis quam nigris, in pueris quidem cū aqua, in perfectis uero cū uino austero colluta. Confert autem putredinibus oris, & depascentijs malignis, si colluatur cum uino, et ungatur. Iuuat etiam os humidum, et fetidum si colluatur cum aceto. Prodest etiam scisluræ labiorū, et gingivis diu sanguinolentis, et tumidis, & phlegmone laborantibus & ulceratis, et corrodis: et etiam eis quæ pungunt in productione dent. uin, si colluatur cum uino, & ungatur. Confert etiam ad parulidas, et epulidas, quæ sunt tumores gingivaruin, et paristhmia phlegmone conflentia: et communiter ad palatum, et radicem linguae cum aqua generose. Iuuat etiam synanchicos, si ungatur cum aqua: et similiter confert ad eicharas paristhmiorum, aliquando quidem cum aqua, aliquando autem cum melle. Curat etiam cionida seu vuulam dislocatā, uel relaxatā, uel phlegmone affectam, cum aqua. Confert etiam post chirurgiam cionidi, si ungatur cum aqua hoc pharmacum.

Ad Liquitates oculorum.

D Tollit etiam hypopya, i. liquitates, quæ fiunt in oculis, et alias liquitates recentes oculorum, seu sanguinem mortuum, permista cum aqua, etuncta, fascia super apposita.

Ad Pudende.

Cōpetit etiam pudendū, et oschei ulceribus, uncta cū uino. Confert et rhagadijs, & thymis, & phlegmonem patientibus pudendorum, uncta cum aqua: et annadibus pudendum cum uino. Generose etiam operatur, et in depascentijs et nigriorib; is qui circa pudendum, et in extremitate uirgæ, quæ dicitur glans. Vius autem in his est liquens. Accipitur n. de succo tantu m, quantum est nux, et de uino cyathus unus uel duo, et ferueat si nul: et de hoc colluitur locus quolibet die: deinde superponitur ab extra hydro meli. Non oportet autem pudendum trahere de orsum, ut fluant liquores, sed apprehendatur cum ligaturis, sicuti multi medicorum apprehendunt, et ligant: ita enim ualde multis uidi curatos ab illo sene, et ego ipse curauit non paucos.

Ad Anum.

Mitigat etiam sufficienter, et phlegmonas ani cum uino: & ulcerationes eius cū aqua, et quassationes eius, uel depascentias, uel putredines, cum uino. Confert etiam exitui ani colluta cum aceto, demum uncta.

Spurij.

Nv i Ad

L I B E R

E

Ad vngues.

Confert etiam quassatis vnguis, & apostematis, superligata fascia.

Ad sudores, erysipelata, & exflorationes.

Totum autem corpus iuuat ad iudices, cum uino: & ad cryspelata cum uino, & ad exflorationes similiter.

Ad herpetem.

Sistit etiam herpetas depalcentes, seu ambulationes, cum aceto: eos autem qui non sunt depalcentes, cum aqua. Item etiam impetigines, cum aceto.

Ad combustionem ignis.

Confert etiam combustis ab igne, cum vino, absque superligatione, absterto prius loco cum spongia infusa in vino.

Ad ulcerachronica.

Confert etiam chronicis, & antiquis ulceribus, uncta cum vino: in corrosis uero, cum aceto: & in putridis similiter. Usus autem fuit Apollonius in gangrena cum aqua, & circuncharaxauit locum, ut ipse dixit: ego enim non vidi, sed credidi huic uiro: multum enim erat ueridicus.

Ad plagas.

Maximum autem est haec luccositas pharmacum ad omnes plagas. Plagaru autem aliæ sunt superficiales, & aliæ profundæ. At superficialium aliæ quidē sunt in diuisione sola, aliæ in quassatione, aliæ in aposyrmate: aliæ vero usque quo emittitur os. Ad haec autem oīa excellens pharmacum est centaurea: quia vero diuersus est usus eius, redeo ad eum. In omnibus igitur superficialibus, vngitur cum aqua: vel ponitur in corio, & superapponitur loco, & ligatur cum fascia. In profundis vero, cum ellychnio cum melle, & superappositione fasciæ: qui modus etiam confert qn fuerit scissio usq; ad ossa. Vidi ergo tertiam partem cutis capitis aposyrma pati, & curari illo modo per dies septem, & aliquando nouem, & aliquā undecim. Habet autem proprietatem hoc pharmacum non colligendi humiditates. Iuuat etiam per modum collyrij in plagiis, in quibus de nudatum est os, & non est magna diuisio. Colligens, n. tu labia uulneris, immittit pharmacum, & consolidationem ducet: & si futuram feceris, fasciam de panno, vel coriopone in septem, vel nouē, uel quatuordecim diebus, & fermentes cum spongia. In sagittis autem, & aculeis, & calamis, oportet immittere hoc pharmacū superapposita fascia. In percussione b. uero gladij, sicut in duel lantibus, ponatur in fascia, de corio, fermentato loco prius cu spōgia infusa in oxalme, id est aqua salsa, & aceto: et tunc utendo centaurea, cum melle, dimittendo usque ad quatuor dies. Iuuat at, G & in chirurgia, quando consolidare uoluerimus posita in fascia, sicut in colobomatibus, & atheromatibus, & fauis, & adipiminibus, & scrophulis, uel aliquo tali: confert et, & acrochordonibus, & similib, unctis p fasciā. Consolidat et plenas plagas cū melle mixta. Ego at usus fui in cura duelionū hoc pharmaco, proiecti fascias, & ligaturas, & utēs hoc pharmaco solo usq; ad cōsolidationem.

Ad apostemata incisa.

Summe etiam confert in apostematibus incisis paruis, & multis diuisionibus, propter decorem, aut magnitudinem, uel loci ineptitudinem. Quando igitur uteatur in apostematibus, ut dictum est, multis, aut paruis incisionibus, tribus aut quatuor diebus exungentes cum aqua salsa, & aceto, diligenter iniungimus centauream cum melle.

Ad feras venenosas.

Confert etiam, & in feras venenosis interficiētibus, & non interficiētibus. In apium quidem & incisiuorum morsibus, uncta cū vino: In reliquorum uero, sicut & hydri, et ceraſte, & aspidis, & araneæ, et scorponis, & turturis marinæ, et mygales, & hammoditæ, & amphisbænæ, & basilisci, & dryini aquatilis, & prasi, & lecolopendræ, et aſcalabotæ, et canis omnis, & proprie rabiōsi, et lepardi, et crocodili, et similiū, usus quidem est diuersus. Statim H enim quod plaga facta est, uel mordificatio, scarificare oportet eum qui in circuitu est locum: & in ipso loco qui patitur facere unam diuisionem profundam, et sic mulgere, et educere humorē: deinde in plaga superponere collyrium, et desuper fasciam de corio: soluere per dies octo, aut quatuordecim ad plurimum, & uino abstergere infuso in spongia. Aquam uero non oportet adducere, et maxime in morsis à cane: quinimmo abſtinere oportet a balneo usque ad annum ex omni aqua. Vlcus autem in morsis à cane rabido custodimus inconsolidatum tempore multo, sicut multi medicorum faciunt, secundum ueritatem tamen permitendum est consolidari, sicut et alia ulcera in propriis temporibus. Ita enim, et Apollonius curauit quendam genere Gallicum, morsum a cane rabido: & ego curauit quendam iuuenem, dans ei ab bibendum pharmacum istud, et aliquando ex superabundanti cum oxymelite. In omnibus autem, quæ edemate intumescunt, per excellentiam confert, siungatur cum ouo: mitigare, n. & replere natum est in omnibus extrinsecis. Tusses etiam mitigare uidi datum in fabræ maginitudine cum aqua, et stomachicis similiter cum aqua. Purgat etiam choleram cum melicrato: et soluit crassos, et uiscosos humores, in quantitate auellanæ cum aqua. Iuuat etiā asthmaticos,

&

A & orthopnoicos, in quantitate auellanę datum cum oxymelite. Confert etiam adruptiones, & vulsiones: Et similiter curat spleniticos, in quantitate fabę ægyptiacę datum cum aqua. Iuuat etiam empycicos, in eadem magnitudine datum cum aqua: & hydropicos in eadem similiter. Confert etiam dysentericis, in quibus requiritur stypticatio, & retentio. Confert etiam in dysuria, in magnitudine fabę ægyptiacę bibita cum aqua: & in ischiadicis in quantitate auellanę datum cum melicrato. Operatur etiam in hydropicis, si inungatur cum vino: & bibatur cum aqua, vel hydromelite in quantitate modica. Iuuat etiam matricem, & orificium eius, quando phlegma laborat, si inungatur cum vino: & similiter ulcerā eius: Si autem nigra fiant, & putrefiant, vel sint depascentia, oportet ut vino, & alumine colluantur. Mundificat autem, & matricem immunam, in quantitate vnius auellanę cum aqua. Bonum etiam est in collutionibus mulierum quide communiter, proprie uero matricis. Et hæc de centaurea quidem in tantum dicta sufficiant.



GALENO ASRIPTVS LIBER DE CATHARTICIS.

CENSURA.

C

Liber corruptus, & adhibitis ueris libris cum iudicio legendus.



Voniam cognouimus, qualiter Hippocrates de augmēto humorū locutus est, nunc demum introduco medicum, qui de virtute catharticorū locutus est ut prædictos humores possit examineare, & expellere, quæ nocua sunt corpori: primum considerando quomodo Erasistratus Homeri versus cantabat: & Hippocrates libros, amore medicinæ per diuersas ciuitates, prouincias, & singulas regiones proficisciens, experimēto cognoscitur collegisse, & artificiose uitam, & theorematā consummasse: & quomodo ordinando nobis medicinam derelictam, uoluisset perquirere, ut posteris traderet. His omisis oportet nos commoderari ordinem disciplinæ, ut hi qui post nos huiusmodi artis fuerint rectores, correctius teneat ea, quæ ab eodem videntur esse composita. Fuit igitur sollicitudo non tantum mihi, sed etiam multis desiderantibus gloriam, ut de catharticis scriptis aliqua traderent, & propter senectutis obliuionem thesaurizarent sequentibus: purgationumq; genera, & uirtutes, & usus eorum, diligentie sollicitudine traderent. Dicendum est ergo in primis de cathartici virtute, & officio eius. Ait Hippocrates, "Graciles, & facile uomentes sursum purgare conuenit, vitantes hyemem, difficile autem, & medie crassos deorsum, & statem vitantes. Melancholicum ergo humorum deorsum purgare ea dē ratione contraria apponentes: transitoriam vitam opponentes mihi, quia multum laborauit ad explicandum artem medicinæ, sed de catharticis tacuit, & nihil inde exposuit: nam si salutare esse consiperet, utique de his nequaquam reticeret: quod ille se fecisse commemorat, sed eius bibliotecam Romæ artifice cognovimus, & librum ipsum ibi crematum non dubitamus. Pro qua re liber de catharticis ab eo scriptus non inuenitur, quem uobis scriptum tradere conamur.

In Ap. 1 cō. 4.
extra ordinem Aph. 6.
27.2

De generibus catharticorum.

Catharticorum uero genera tria esse scriperunt physici. Primum trahendi, secundum euandi, tertium purgandi: habet facultatem. Et ex his tribus definitionibus, una quidem est a loco, altera a quantitate, tercia a qualitate. A loco quidem declaratur locus ab eo, quod trahitur: quantitate, ex eo quod euacuatur: qualitate, ab eo quod purgat. Hoc igitur modo disposito, quærendum est de significatione trahentis. Habet namq; genus tractionis, sicut a physicis dicitur, contemplatiū esse suam similitudinem, cui cōparari potest, sicut & euacuans, & purgās. Trahens uero simile est magneti lapidi ferrum trahenti ad se: & sicut ceruus serpentē de cauernis naribus educit. Similiter purgatio a simili fit, & a contrario. A simili, quād lacticinia mucos aquosos, & tenuē phlegma purgāt. A contrario, quando colocynthis, & elleborus phlegma purgat. Virtus Spurijs.

L I B E R

nanq; quæ ad se trahit, dicitur græce helotice: quæ autem educit, epispastice uocatur. Attrahens E adiutorium sit, qñ sanguis de naribus fluit, & qñ uentosæ hypochondrijs imponuntur. Nūc qđē iam diximus omnem detractionē, medicinæ esse calidæ, & humidæ, dicentes qđ dulcia sola, omnia secundū qualitatē suæ dulcedinis tāto plus calore participant, quāto dulciora fuerint: & quāto minus dulcia: tanto frigidiora. Et ideo phlegma aquosum, & magis tenuē educit detractio.

De Aloë.

Aloe igitur in se habet aliquid cathartici, sed humorū non est purgatoriū, sed stercus, & chole- rā purgat. Quare falluntur qui dicunt aloen non esse amaram, & stypticæ virtutis. Aptæ est ego stomacho, & cholera de uentre, & intestinis educit, & nō de alio. Hęc ergo irritationē uentris, & depositionem per naturalē meatum facit. Bene ergo antiqui ad similitudinem, cholericī de ventre, vel intestinis, humores esse purgandos dixerunt, & eos stercora esse definierunt.

De colocynthide, scammonia, epithymo, & elleborō.

Colocynthis vero in tertio gradu est calida, & sicca. Scammonia aut in primo gradu ponitur. Nihil ergo erit admirandum: si aloë frigide, & calide temperantie sit, & condensatorię, & extenuatiorię. Veniamus igitur ad epithymum, & elleborum. Ergo cathartica sunt, & melancholicum purgat humorē, nā calidę, & siccę sunt temperantiae. Intelligere iam debes, quod duplex est siccii F tas in eis, & una pars ignea: & extenuatoria sunt natura, frangendi nanq; & incidendi pinguem habet facultatē. Etenim elleborus, & epithymum tenui, & calida natura consistunt, & frigidam, & terrestrem habet subtiliam, id est humorem purgant melancholicum, & à contrario medicinę.

De catharticis purgantibus superiorē uentrem.

Quērendū est, q̄ qualitates medicaminū superiorē purgent uentrem, & quę inferiorem. Nam quæcumq; medicaminū calidæ, & siccæ, & ignitæ substantiæ, vel spiritus compositę sunt, hęc p̄ vomitu purgant ventrē: ex quibus primū est elleborus albus. Et q̄cunq; terrestrī substātia participant, inferiorē purgat uentrē, vt sunt lepis, colocynthis, & elleborus niger. Et quæcumq; admīsta, i.aere spirituali, & terrestri grauitate, hęc superiorē purgant ventrem, & inferiorē. Et quod colocynthis caput purget, experimento testamur: quia lenis est, & lanuginosa, & tumentia: & ideo purgat superiora: & si datur drach.j. cum mūlsa, ex capite purgat phlegma & eadē rōne cetera cathartica perpēduntur; quę à multis per lōgū tēpus inuēta sunt sapiētibus.

Nūc aut, quia de catharticis, & purgatorijs disputare statuimus, in primis quę purgat cholera rubrā querendū est. Ergo purgat cholera scammonia, agaricū, aloë, succus herbae heliotropij. Phlegma educit coccus Cnidius, lathyris, euphorbiū, colocynthis, elleborus albus. Nigrā ue- G ro cholera purgat epithymū, polypodiū, niger elleborus, & pralij succus. Sanguinē educit porri succus, malva agrestis, herba mercurialis, lisiphagus. Et hoc ad exēplū propositum, ut quis amator honorū operū, qui ad hęc arcana desiderauit accedere, ex his q̄ proposita sunt cetera doceat cognoscere. Mihil autē tps est ad alias passiones transire, id est locales: & per singula loca cathartici operationes exponere. Oculis nanq; adhibenda sunt purgatoria medicamina, & auribus, & natib⁹. Cathartica aut̄ lateri, thoraci, vētri superiori, & intestinis superiorib⁹. hepati & simae eius parti, & spleni. Ceterū oculi purgantur per lachrymas, per nares, per mucos: Os, per phlegma, & saliuā: Mammillæ, per lac: Thorax, per tussim, & sputum: De stomacho uero educuntur cibus, & phlegma, & oēs humores, & cibi indigesti, & librici rotundi: Ex hepate, & simo eius, humores per uentrē educendi sunt: ex gibbo at, p̄ vrinas. De splene vero, humor melācholicus, & san- guinis ſeculētus: De renibus, sanguinis ſuperfluitas, & lapidū imminens periculū: Ex matrice, san- guinis ichores: De vesica, vrina: Ex maioribus intestinis, ſicybala, & lumbrici lati: De extremo in- testino, aſcarides, De cete, corporis pediculi, & lendeſ, & ſudores. Sed & sanguinis fluxū ex ma- trice factū ventosa in mammillis poſita restringit, & phlebotomia in contraria parte facta. Et sa- pius irrationabiles impetus sanguinis, ligatis coxis retinemus, & qui fiunt ex naribus. Purgare aut̄ volētibus, per phlebotomiā adhibēdum est adiutoriū: & considerandū est quanta sit materia in

*A. tractio purgandis. Sed hęc purgatio catharticorum purgationi compaginatur, & cōpatitur quid modi ni.

ce, hęcū herculeus lapis ferrum ad se trahit, & electrum fricatu paleas, & ceruus spiritu ſuo ſerpētē de cauernis, & ſerpens ſpiritu ſuo mures ad se trahit. Sed reuerta nur ad propositum, ostenda- mus non ſolū cōpatiētes rōnes extrahere, ſed ipſa utiq; medicamenta de capite, & thorace, & pulmone, & hepatē, & ſtomacho, & renibus, & uerifica, & arteria, et neruis, quę optimā ſunt, extra- hunt. Et ſiquis approximauerit naturę cogitando, nidebit nō ſolū propriā in humoribus habere virtutē proposita medicamenta, ſed in partibus mēbrorū corporis p̄dictū ministeriū medicamē torū facere uirtutes. Quidā aut̄ nos culpates directo extē ſupercilio, directi ſunt ad fallaciā, vt di- cant c̄. chartica experimēta lōga eſſe ab experimēto. Etenim naturalē cognitionē admittentes facti ſunt h̄ereuci male intelligendo: & non diſcernētes uirtutē, & naturā ſplenis, et renū opera- tiones, conſitentur utiq; dicētes, qđ ſit talis materia medicaminū, quę has poffit h̄ere uirtutes. Si aut̄ uerū eſſe, ſicut uerū cōstat eſſe, ut aliqua expediētia credat eſſe localia medicamenta, i. hepatis paſſiones festinanter adhibēda ſunt adiutoria, et natib⁹ ſimiliter, et in collo, et in intestino, et uerifi- ca,

Aca, & splene quod ad hoc fuerit utile: neq; medicamen ad patientes locos adhiberi potest, sed æqualiter singula suum præbere beneficium. Ex quibus manifestum est, quæ sunt medicamenta ad humores, vel ad corporis membra expedientia. Nam si non est admirandum, q; alia sunt coprotica, id est tantum stercora mouētia: alia hydragoga, i. humores liquidos, & tenues, & aquos eduentia, spissos humores non deponentia: alia uero choleram rubrā: alia autem nigrā: alia phlegma: alia sanguinem sunt deponētia: Et cum alia caput purgent, alia thoracem, alia pulmonem, alia hepar, alias splenem: quædam etiam in uentre purgent humores, quædam renes, quædam vesicam, quædam matrices, quædam intestina tenuia, & arterias, & nervos, & musculos: & quæ horum omnia sunt purgatoria, diuersas habent uirtutes: Disce si potes species eorum, quæ experta sunt ad purgandum superiorem ventrem, & eorum quæ ad inferiorem.

De simplicibus medicinis.

Volo igitur dicere de simplicibus medicamentis, quæ Cræci hapla vocant. Ergo colocynthis caput purgat, & phlegma. Scammonia antew, corpus superius, & inferius, & caput, & phlegma cū cholera: quia natura eius calida, & secca tenuē habet substantiam, generans tractoriā uirtutē. Siquis igitur simplicia medicamenta scire desiderat, requirat, & inueniet uirtutem suā in primo gradu esse calidam, & acutissimam ad purgandum. Lathyris ē cōtra purgatoria est phlegmatici humoris: semen eius moderate in gustu est dulce: & dictum est dulcia mediocriter esse frigida. Oculorum cenotica, quæ ex oculis lachrymas educunt. Oleum amygdalinum, nucinum, & laurinum, & anethinum, opobalsamum, centaurea, fucus ruta, succus chelidonizæ, cæpæ, castoriū, calcanthum, stypteria, sinapis, ammoniacum, mel, crocus, & alia plurima, sicut in dynamidijs diximus, oportet prius per catharticum corpus purgare. Surum cenotica. Aures purgat mel, vinum, oleum nucinum, et amygdalinū, cæpæ succus cum adipe plurimo, aphonitrū cū melle, & aceto, et hydromeli, et acetum, nitrum mistum cum uino, oleū roseum, succus betæ Narium cenotica. Purgat enim nares succus betæ, cæpæ, claterium, piper nigrum, sinapi, pyrethrum, hyslopus, thymus, elleborus albus, struthium, euphorbium, cardamomum. Purgat caput per os staphis agria, piper, sinapi, pyrethrum, hyslopus, thymus, et alia plurima, quæ in dynamidijs scripta sunt, et gargarismata. Lac in mammillis reuocat prisana, semen foeniculi.

De purgantibus pulmonem, & thoracem.

Pulmonis, & thoraci cenotica. Purgat pulmonem, et præcordia, daucus, papaver nigrum, semeli, thymus, anisum, pip, costus, sulfur, scilla, amygdalæ, iris, mel, orobus, prasiū, capitopori, et alia plurima, quæ in dynamidijs possunt reperiri. Erit autem confessio ad purgandum experta. Styracis, terebinthinæ, sandarachæ, mastichæ, medullæ ceruinæ an drach. i. iuuat stomachicos, pleureticos, phthisicos, et omnem tuſsem. Superioris uentris cenotica. Vomitum facit cedri cortex cū oxyelite, sinapi cū mulsa, elleborus albus, ireos puluis cum mulsa. Intestinorum tenuium cenotica. Purgat nanq; in intestinis crudos humores, et indigestiles cibos, et lumbricos rotundos excludit, semē tithymali: et opos eius cum caricis, aut cum dactylis comedens: iris, herba mercurialis, thymi decoctio, aloe, absinthium, abrotanum, et alia quæ in aliis commemorauimus. Hepatis simorum cenotica. Purgat ea polypodium, lathyris, canubea cum absinthio, et lupinorum apoze mate. Hepatis gibborum cenotica. Purgat nardus celtica, squinanthum, agaricum, gētiana, absinthium, peucedanū, opobalsamum, myrtus. Splenis cenotica. Purgat splenem elleborus niger, epiphthymum, polypodium, agaricum, capparis cortex, colopendria. Renum cenotica. Purgat renes apii semen, foeniculi semen, daucus, asarum, squināthū, sanguis hircinus, graminis decoctio. Matricis cenotica. Sanguinem educit pessarium cinnamomi, sabina, calamus aromaticus, absinthii decoctio, artemisia, dictamnum, elleborus niger, sicut in dynamidijs continetur.

De prouocantibus menstrua.

Der impositiones prouocant menstrua calamus aromaticus, castorium, lupinorum decoctio. Ruta, piper, melathium, balsamum, pæonia, artemisia, dictamnum, lapathij radicū decoctio. Vesice cenotica. Euacuant, et purgat uescicam aserū, apozema acori, amygdalæ amarae, absinthiū ponticum, semen balsami, bryonia, pæonia, semen liquoritiae, pulegium, dictamnum, draconis radices. Renum & vesicalidis cenotica. Lapides frangit cardamomum, oleum amygdalinum, bdellium, semen foeniculi, amygdalæ amarae, lapatiū radicum decoctio, lini semen, saxifraga, elecampana, succinum, sanguis hircoru, semen oleris atri. Sybarorum cenotica. Scybala euacuant mel, sal, foeniculi decoctio, maluæ decoctio. Ventris cenotica. Aloen et ialem cum melle coquas, et subiace. *Alind mirabile medicamen.** Myrra, ceparū succi, an drach. j. mellis drach. ii. in truliones coquas, et subiicies, ut pastillos. Sudoris cenotica. Sudore educunt uinū cū oleo irino, et oleum charmelinum, et anethinum, et sicionum, et alia. Per os data haec prouocat sudorem, staphis agria pulegium, sisymbrium, artemisia, costus, libanotides, casia, cinnamomū, agaricū. Quæ per suffumigationem sudorem mouēt, sunt castoriū cū pulegio, semen balsami, bdellium. Quæ pruriunt mouent. Sunt porrum, allium, caulis, asparagus, paitinaca, ruta, cardamomum, raphanus, omnia falsamenta. Et hec de simplicibus, quæ per longa tempora colligere potui habeas expertas.

*Spurij.*N^o 4 GALENO

* Al. myrra

GALENO ASRIPTVS LIBER
DE GYNECEIS. IDEST
DE PASSIONIBVS MULIERVM
Nicolao Rhegio Calabro interprete.

CENSURA.

Ieiuna proflus, & angusta tractatio.

DE passionibus mulierum, & matricum vtile praeuidi vobis scribere. Superuenientium, n. diuersarum, & plurimarum passionum in matrice, aliquæ periculose, & insanabiles fiunt: ob quam rem turpitudinem non præferendam censeo, quoniam abscondere periculosum est. Fit igitur in ore matricis dolor, & symptoma forte: & si cito non occurrit, vulnera in ipsa fiunt. Et quandoque ad hypochordia supposita suffocationem facit: & ad cor dolor superuenit fortissimus: & nominata consequitur amara saliuia, velut si aceto, & aqua os adimpleatur: & tibiæ frigidæ fiunt: & caput, & lingua formicitant: & vox deficit. *Cura.* Sub matrice ponenda est lana inuoluta balsamo aut oleo amaracino, aut alio qualicunque bene redolenti. Naribus vero offer asphaltum molle: & vomica cum capillis nigrientibus, aut pennis coruinis in acetum immisis pro vomica, offer naribus sternumenta: & soluto ore, & lingua ad loquendum, bibendum est castorium cum uino, & digitum tinctum in oleo naribus offer. Lana autem supposita sit donec sanetur: quia si tolletur, reuertetur passio. Si autem descensio in vesica dolores magnificet, & fiat formicatio tibiarum, & vena concludatur dum vis sana re, huic offer bene olentem myrrham, & omne suauissimi odoris, q[uod] inuenieris; & ad matrices vero appone inolentes suffumigationes, usque dum restituatur. *Fumigatio.* Ad matricum suffocationes, si vox deficiat, & ad periculum mortis deuenerit, vt per os potiones recipere non possit, suffumigatione succurrat. Rutam viridem frica & confert. Item sulfur cum aceto naribus impone. Item asphaltum in carbones pone, & nares suffumiga. *Potio ad idem.* Succus vrtice colatus datus in vino, aut melicrato, mox iuuat. Item in periculo castorium in vino bibat. Aut castorium, & anisum in oxyelite: *Sternutatio ad idem.* Elleborum album, asphaltum, castorium tere, & offer naribus. *Pessarium ad idem.* Ruta cum melle bono linias os matricis. *Ad idem* Lenticulas infunde in vino, & postea tere, & vellere calefacto collige, & appone: mirificum est. *Item que in pectine habent dolores quasi vespam incidentem.* Apium tere cū castorio, & adipe anseris, & pessarium impone. *Item ad eas quibus facta est aphonia de suffocatione matricis.* Picem in lanam mollem inuolie, & pessarium impone, *Ad dolorem matricis propter abstinentiam viri,* ut cōtingit saepe viduis, & virginibus, & quarum viri diuisus absunt. Fit aut illis dolor, nausea, saliuia, tibiæ frigent, & quæ in matricum suffocatione cōtingit patiuntur (ad ei^{us} curā adhibēda sunt quæ in genetia Cleopatræ leguntur capitulo x.) itē febris acuta, eleuatio uētris, & duritia, dolor renum, & stomachi, anaptæ, nausea phlegmatica, aut quasi acetosa, aut cholérica, urinæ detētio, strictio vētris, fastidium, sitis, aspera lingua & nigra quasi atramēto tincta, dolor ceruicis, & in genis, tēpora H saliunt, & oculi, dolēt extremitates digitorum, & ungułæ: & si in natura deponunt digitū, sentiunt magnū calorē, & siccitatē, & duritiam, & strictum os matricū. Axungiam porci uirginis cū melle aduna, & post balneum suppone: hoc etiam ad oēm passionem matricis prodest. *Item ad illas que tumorem habent, nec faciunt aliquid sanguinis.* Adipem anseris misce in lana, & suppone. *Itē ad eas, quæ ante, & retro patiuntur in coxa, & per totum uentrem, neque surgere, neque dormire posse* sunt. Butyrum medullæ ceruinæ misce, et utere. *Ad dolorem matricis.* Ceræ citrinæ, ceruinæ medulle, terebynthinę, adipis anatis, opij obolos jj. cum oleo cyprino utere in pessario: facit ad ignē sacrum, & febrē, in fistulis apostasiis, atq; caliginē, & punctionem, & ulcerā, & alia multa. *Item ad pectinis dolorem, dorſi, & ventris, & frontis, & quandiu stare non potest.* Adipem anserinū, & myrrā cum mero uino teres, & in linteo pones. *Ad eas, quæ dolorem matricis patiuntur.* Si cum viro dormiūt, si hēc passio perseverat, colicæ fiunt. Vniuersaliter aut hē latas venas habēt, penitus libidinosæ, natura tumescit plus intus quā foris, patēt palpebræ oculorum qñ cōcumbunt: curabis sic: Lac mulieris quæ masculum lactat, & cerulam misce, & calefac, et pone pessarium in ore matricis. Item galbano cum rosis simul vtere. Item oui affi inure modicū, & roſ. impone pessario. *Ad inflationem, & apostemata matricis.* Butyrum cum opio & roſis aduna, & in melle pessario appone. Suffumiga sic: ceram, terebynthinam, uclagapenum carbonibus appone, superposito

DE PASSIONIBVS MULIERVM.

101

Aposito em moto. *Si lumborum dolor, & circa matrices prurigo, in natura, & in ventre humidior, tunc nanque iam patet se rheumaticam factam. Cura.* Ircos radicem siccum mali granati misce: & eccligma facies postquam vrinam fecerit. *Ad cancrum matricis, cuius haec sunt signa, dolor in ventre, & sexu ut putet se spinam, vel lignum in corpore habere: aliquando effusio sanguinis cum vrina. Betam sylhaticam, & alumen scissum, & nitrum in ligno tere, & cataplasma impone. Item succum solatri cum adipe anserino in pessario. Item raphanum tempera cum eo, & vtere. Ad ulceram matricis. Ceram, myrrham, & adipem porcinum, cum melle in lana suppone. Item ouit testam assam, fistulam cum rosis misce, & impone. Ad matricem frigidam.* Si frigida fuerit dolet & sanguinem profert, frigidus sudor superuenit. *Cura.* Terebinthinæ, mellis, adipis anserini, ana: misce & vtere. Item artemisiam, adipem anserinum oleo rosarum misce, & impone. *Signa venositatis matricis.* Renum amotis, & intestinorum, conductit ei uentrem, & clausa dolorem concitat. *Cura.* Myrrham in nigro uino bibat, scilicet temperate. Item medullam ceruinam tere, & misce rosis ad crassitudinem mellis, & fac pessarium. *Matricis hydrope signa.* Nares mucosæ, oculi nigri, torpet per loca calida. *Cura.* Cymimum, vnam passam, sal modicum pinse, & misce, & pessarium appone. Item rubi radicem coque, & bibat iejuna. *Ad matricem clausam.* Bdellium tempera, & appone, ac suffumiga. *Si matrix exiuerit, & tardauerit, & foris vulnerata fuerit.* Terebinthinæ, medullæ vitulinæ, opij, croci, rosa rum, cicutæ pessarium impone. *Ad hemorrhoidas in ore matricis.* Coronam spinæ tere, & supera sparge. *Ad rheumatismum album vel aquosum, vel rubrum, vel sanguineum, aut nigrum, sine dolore, aut cum dolore.* Sanabis sic: Papauer cum vino nigro bibant: testam oui contere, & appone in capite funium cera cum libano, & impone. Item acaciam tere cum aceto, & appone in lana. *Signa matricis plena humoribus.* Ulceribus nimis impletur: extrema oculorum sunt sanguinea, febres aſfiduae, & acutæ. *Cura.* Cyperum, & rutam cum uino albo temperata ieiuna bibat ad cotylam unā, & non plus. *Ad effusionem sanguinis matricis.* Grana vuæ siccæ tere, & cum uino da: aut folia uiridis maluæ. *Si ex partu contingit sanguinis fluxus.* Corion basilicon incende, & tere, & cum aceto inuoltie, & impone in pessarium. Item lapathij succo intinctum pessarium appone. *Si ex partu, natura plaga fuerit.* Testiculos tauri etiam solue cum aqua frigida, & cum rosis liquefactis lineo in panno cum modico croci impone. *Si uero consuetudine super menstrua venerit.* Cyneres vitis teras, & in linteo imponas: uel calcem teras, et linters liter apponas. *Potio ad idem.* Radicem myricæ, et corticem tere, et cum vino bibat. *Si matrix ex parte ulcerata fuerit.* Helenium butyro veteri misce, et fac pessarium, et suppone. *Ad consuetudinem provocandum.* Piperis grana commisce staphidi agricæ, da post balneum cum vino, et cito subueniet. Item centauream tere cum folijs in aqua, & fac pilulas, et impone ori matricis. Item rubiam, nigellam, et myrrham, ana, cum vino bibat. *Ad Rhagadias in ore matricis.* Coronam spinæ, gallas omphacinas tere, et ungu adipe anserino, vt adhæreat puluis, et super sparge: facit et ad condylomata. *Ad eas quæ non prægnantur.* Castori, piperis, grana xii, vino communi simul temperata cum pulegio bibit. *Ut non conceperit.* Nitrum in ore matricis in modum ciceris post concubitum mittat. *Ut cognoscatur si sua culpa, aut viri est, quod non concipiatur.* Vasa fictilia duo signa, intus posito hordeo, et ibi fac eam et eum vrinare, et ponere in loco frigido per xii dies, cuius ordeum ingerinaverit, eius culpa est. *Ut cognoscatur an prægnans masculum vel fœminam in utero habeat, & cognoscatur, si sua culpa aut culpa viri non concipiatur.* Apium cum radice sua capiti eius appone, ipsa ignorante: et si primo nominauerit dum loquetur masculum, masculum: si fœminam, fœminam pariet. *Ut fœmina concipiatur.* Vuluam leporis sicciam tere, et ambo bibant, et edant. *Ut cognoscatur si conceperit.* Si collum calidum habet, dorsum frigidum, concepit: si vero æquale corpus, non. *Ad eam quæ prius secunda fuerit, postea sterilis facta est.* **D**Folia mali granati siccata tere, et cum melle fac pessarium digitorum quatuor: et post purgationem impone diebus tribus, non tollatur. Ec vnam passam cum granulis suis tere, et fac pessarium, vt dictum est: et quando coagulata stillauerit, cognoscatur virum. *Ad violatam ut non cognoscatur.* Alumen scissum, gallas omphacinas cum vino a mino tere, et fac encachisma. Item cum succo pastinace collige, et fac magnitudinem orobi, et apponatur per vnam horam ante, quam coeat. *Ad tumorem uberum.* Betam oleo coque, donec soluatur, et sic tere, et simul ceram solue, et cataplasmam impone. *Item ad ubera ulcerata.* Portulacam tere cum oleo role, et linteolo impone. *Ad duritatem, uberi inflationem, & ulceram, & crassitatem, & omnem passionem.* Caulem uitridem tere, et cataplasmam fac. Succum autem eius spissum line. *Item ad ulceram, & cancrum, & Diatasin.* Folia hederae coque fortiter, et cataplasmam, et ex apozemate fomenta. *Ad lac augendum.* Lumbricorum viuorum 3.i.tere, et cum melle bibat, vt non cognoscatur. Item lac vaccinum aqua calida salsa vel marina fomenta, et postea cum vino calido bibat.

GALENO

GALENO ASRIPTVS LIBER SECRETORVM AD MONTEVM

C E N S V R A

Secreta hæc ut Galeni non sunt, ita non omnino inutiliter legi possunt.



Ogasti me, amice Montee, vt describerem tibi librum in medicatione ægritudinum secundum experimentum medicinale, & considerationes rationales ex eis, quæ expertus sum multis sapiētum & bonorum in cultu legis. Feci igitur illum, & posui ipsum ex secretis, quæ non est necesse propalare unicuiq; hominum, timēdo ne fiant pigri, confidendo in ipso, & dimittant, quod necessarium est in scientia radicū & ordine capitulorum, super quam est fabricatio artis. Et ego quidem scripsi tibi in illo secundum mensuram uirtutis, & fideliter. Dico igitur quod substantia subiecta generationi & corruptioni mutatur in qualitatibus suis, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas: quæ adiuicem agunt & patiuntur: & eorum equa liter, complexionis existit bonitas. Quod est, quia complexio est factorum substantiæ cuiuscunque membrorum animalis propria. Complexio igitur est substantia corporis, & natura eius. Et postea sunt res sequentes complexionem necessario, & sunt odores, & sapores, & colores, & dulcitez, & mollez, & lenitas. Natura uero de tribus dicitur rebus: quarū una est complexio, secunda est uirtus rectrix, tertia est cōpositio. Et quamuis ars, quæ sollicita est de corpore, sit una, sicut uerificatum est iam in libris alijs, tamen partes eius sublimes sunt duæ: quarum una est regimen sanorum, & altera est curatio ægrorum. Et sunt ambæ in operationibus suis diuersæ, quia ambarum prima intendit ad conferuandū corpus & dispositionē in qua est: & secunda intendit ad permutandum ipsum ab eo secundum quod est. Et quoniā sanitas antiquior est ægritudine, & sublimitate & tépore, tunc necesse est nobis ut acquiramus in primis, qualiter conseruemus sanitatem: & post illud, qualiter sanemus ægritudines sanatione bona. Via autē communis ad inueniendum eas ex rebus duabus est, vt sciamus dispositionem, quā nominauimus sanitatem, quæ dispositio sit: quia nō possumus seruare ipsam quando existit, nec reducere ipsam, quando corruptitur nisi sciuerimus quid sit. Nos uero iam processimus, & ostendimus, q; sanitas similiū partii est æqualitas: & q; sanitas membrorum compositiū completur positione membrorum similiū partium, & eorum numero. Illud uero quod surgit per conseruationem horum membrorum, est post conseruationē sanitatis: sicut si corpora nostra nunq; finirentur, nisi per dolorē cōmunicantem eis, non esset nobis ars necessaria, qua sciremus lāsiones eorum omnes. Genera autem ægritudinum corporum nostrorum, & corruptiones eorum, sunt duo, quæ eis sunt necessaria, quæ sunt ex operatione caloris innati: & sunt eis corporibus a principio esse corporum radices. Et ex eis sunt, quæ non sunt necessarie, & nos non sumus eas mouētes, quæ quidem contraria sunt corpora nostra non minus illis necessarijs. Et ego quidem sum distinguens vnumquodque duorum generū & se. Dico igitur, q; principium nostri esse est ex sanguine & spermate: ueruntamē sanguis est materia properans in receptione eius quod descendit. Et nos quidem intelligimus per materiam hylen, sequentem formam in oī parte: sperma autē stat loco Factoris. Et unū quocq; istorum duorum est compositum ex elementis, ex quibus compositum est alterum (& nos quidem demonstrauimus ita in libro, quem edidimus de elemētis secundum sententiam Hippocratis) verunamen in mensura'missionis specierum diuerſificatur, quia plus est in spermate. Et iā nos quidem demonstrauimus secundū quod diximus, & testificati sumus illud in libro de morib; et accidentib;. & mihi quidem uidetur, vt vadā ad fundamētū sermonis, in arte medicationis per experimentum, & considerationē, & copulationem & abbreviationem sermonis, & apportionationem locutionis. Frater Mōtee, iste magis iuuatiuus liber est, quem cōposui in medicina: oēm nā que descriptionē eius expertus sum multoties in complexionibus cōparibus. Descriptiones autem quas diximus in almēmiri, idest pharmacorū, & est liber qui nominatur de medicinis, compositis, non sunt nisi cōpositiones quorūdā quos dixi, sicut Archigenis, & Arche lai, & Seueri, & aliorū: quib; si utereſ aliquis fin quod dixerunt, non fieret iuuamentum per eas, immo generarent ægritudines. Verum ego rectificauī eas, & exercitauī super errorem, qui est in eis. Prima ergo descriptionum eius, quas ego cōposui, est descriptio medicinæ huiusmodi.

Ad Stupo-

A*Ad stuporem, & frigus, & paralyсин.*

Vir quidam sexagenarius fuit super quem uincebant humiditates superfluae, & uentositates phlegmaticae, & erat mollis corporis, & ipse quidem cōquerebatur de stupore in corpore suo, & frigore addito, & inceptione paralyseos. Cōposui ergo hanc confectionē, quae est medicina mul torum iuuamentorum. Et ego quidem iuuamenta ipsius dicam, post artem eius. *Confectionis permīstio.* Rec. euphorbij, croci, casiae lig. cinnamomi, apij, acaciae, costi amari, spicq, gumi arabici, seminis vrticæ, granorum alkerua, bdelij, olibani, sumach, ellebori, sulfuris citrini, styracis calamitæ, piperis albi, oīum ana. 3. vi. rosarū siccarii, pyrethri, arthanitæ, setefusæ, seminis apij, oīum'ān. 3. iv. seminis albedarogiez. i. ammeos, leminis taraxacō, amborū an. 3. medullæ cartami, zingibris, amborū an. 3. iv. cere & cribella: deinde infunde in uino antiquo tr. b. diebus, donec fiant sicut mel: deinde fundatur super ea mel crassum despumatū: deinde misceatur, & fundatur super ea ex oleo balsami mensura uncię vnius: deinde ponatur su p ignē leuē, & bullia t ebullitionibus duab. leuibus, & fundatur in vase vitro: & dimitatur sex mensib. & quāto plus antiquatur, tanto est me lius ei. Vsus est ea vir, & conualuit vsq; ad quartā hebdomadā. Et dosis quidem eius est ex aureo

B vsq; ad 3. iv. Quod si ille qui utitur ea, fuerit adolescens, sumat ex ea. 3. i. & s. Hæc āt medicina cōfert morsui facto à cane rabioso iuuamētū manifestū statim: & dolori qui fit in acumine verticis antiquo, & cui radunt pili capitis, deinde accipit de hac medicina pondus aur. vnius, & soluitur cū acetō uini, & linitur cum eo caput. Et ad dolorē dētiū fricatur cū ea. Et ad dolorē auris soluitur oleo balsami, & colat, deinde destillatur in aurem. Et ad anginam datur in potu cū aqua, in qua cocta sunt sebesten, & anethū, & deglutitur post ipsam butyrum tepidum. Et similiter ad asthma & splenē. 3. i. & s. cū acetō, in quo decoctæ sunt radices capparis, & tamarisci. Et ad renes, & ad do lores eorū cū aqua, in qua decocta est calamintha fluuialis. Et ad serpentes in vētre. 3. i. & s. cum aqua, in qua decocti sunt cortices granati dulcis. Et ad hæmorrhoidas aur. i. cū vino antiquo. Et ad dolorē hepatis, & stomachi, & ad hydrope itaq; qñ est cōplexio decluis ad frigus. Ad ultimū vero serua à me secretum magnū in oī medicatione tua. Cae igitur multiplicationē calefactionis, & inclina ad frigidationē per cōparationem, et non absolute: et incipe in propinquitate complexionis hominis: et hic quidem est locus cōsiderationis. Serua igitur hūc modū curonis, et intellige ipsum. Et fac medicinā, immittēs spēs boni odoris aromaticas: est. n. elestuarium magnū: et nō errabis, si Deus uoluerit. Et fuge a stupefactiōe oculū, nisi raro, et apud necessitatē: nā faciet festinare ad eū qui uti ipso debilitatē tunice cornea. Et hoc iterū consideran. lū eit, intellige ergo ipsum.

Ad Phrenitim, & tuſsim ſicciam, & febrem conclusam.

Medicina aut̄ Austrī, qui est ex illis de Luca: qm̄ cōquetus est mihi de phrenitide, et apostemate in cerebro suo ita, q̄ permiscebat: et fuerūt cū eo calor, et tussis ſicca, et dolor capitis intole rabilis, et febris conclusa. Et iam medicati fuerunt ei quidam medicorum, et errauerūt super eum. Incepi ei vt hīm̄oi medicina, et sanatus est usq; ad hebdomadā vñā. *Medicina permīſtio.* Rec. psyllij infusi in aqua cucumeris indi: deinde extrahat, et coletur cum cribro, et coaguletur cū rob. vñē leui igne: et sumatur tragacanthæ albæ, gumi arabici, medullæ se. citruli, et medullæ cucumberis & medullæ se. cydonij: medullæ se. cucurbitæ, medullæ amyli, sandali, seminis portulacæ, sem. malua uisci, oīum ana partē. i. terantur contritione bona: deinde misceantur coagulato. i. rob. Et admīnistrantur de eo omni mane 3. iv. et apud somnum ſimiliter. Et cibus eius sit aqua hordei, in qua decocti ſint cancri fluuiales, et ſebeſten. Hoc enim medicamen est, cui non eft par.

Ad dolorem capitis, & lachrymas oculorum, & ad insomniatatem.

Et conquestus eft mihi adolescens uicenarius, cuius cōplexio erat calida, et cuius color erat fuscus, et erat multæ quietis, et tranquillitatis, et erat uincens ſemper cōplexione in regionis eius caliditas de dolore capitis ſuperfluo in quietante, lachrymis in oculis suis, et dolore in eis, et non dormiebat. Cōposui ergo ei hoc caput purgiū, conualuit ergo ex vice vñā. *Modus confectionis.* Rec. croci dan Kij, ladani. 3. s. condisi. 3. i. lache Kirat i. caphoræ Kiratā mediā, lubue, ambuē, ana 3. iii, opij, 3. ij. terantur, et aggregateur cū melle medicinæ ſiccae, et ſoluantur humide cū ſambuci, terantur, et aggregateur cū melle deſpumato. Qñ igitur necessitas eis eft, ſumatur, ſicut milium, et ſoluatur in lat. in illicis, et ſiat cum eo caput purgiū. Vir autē cuius corpus eft forte, ſumat pōdus ſex granorum: huiusmodi. n. medicina eft ultima. Primum autē quod oportet p̄mittere in curatione ægritudinū, qñ uides repletionē, et tempus nō longinquū phlebotomiae, eft ut præmittas phlebotomiam in cephalica, si ægritudo eft in superioribus corporis: et in basili ca, si ægritudo eft in inferioribus corporis. Nonter autē ſermo in hoc iam p̄missas eft in multis noſtrorum librorum. Qui aut̄ vult eſſe prudens in arte iſta, legat libros meos, et nūc utatur iſtis medicinis, quas ego compoſui, et expertus ſum, p̄ ſt quām cognouerit cōplexiones utentium eis.

Ad dolores oculorum & ophthalmiam.

Quia dolores, qui accident oculo, ſunt multi, et diuerſi, et ex eis eft dolor, qui uocat ophthalmia, multoties accedit oculis in multis dispositionib. uidetur mihi vt p̄mittā cām eius ſuper reliquos dolores oculi. Quia cui dā uiro qui noiat Fisalus, aduenit dolor inquietas, et ophthalmia calida

L I B E R

calida per causam: & erat quadragenarius: & erat quietus, crassi corporis. Lenius ego ei naturam E cum infusione myrobalanorum: & firmabo vel ostendam eā in hoc libro. Deinde praecepi ei, vt aperiret cephalicam. Et composui ei hoc sief: & nominaui ipsum iuuatiū, quia iuuatus est per ipsum ipsa uice Prima. *Modus Sief.* Rec. cerusa de plūbo, amyli, amborum ana partes ij. & s. sacocol īæ, croci, opij omnium ana quartā partem illius: teratur cerusa, & criblelletur, cum orali: & addatur super iplam de aqua dulci, quantum necesse est: & teratur in mortario diebus x in hora quie ta a vento, & in loco in quo non sit puluis: deinde infundatur gumi post illud in aqua dulci in vase mundo. Quando ergo soluitur, & fit sicut aqua, coletur cum pāno lini super medicinā in marmore: deinde teratur cum ea. Quando ergo facta est medicina sicut pasta, projectantur super ipsam reliqui pulueres, & terantur cum ea, donec inspissentur: deinde fac ex ea sief, & exiccentur in vmbra in loco tecto: deinde projectantur super ipsam pannus sabini, aut pannus subtilis, descendēs ipsa a puluere postea reponantur, & medicetur cum eis. Et sumatur ex eis unum, & soluat in aqua rosa, & lacte mulieris: & sumatur in uenera, & distilletur in oculum. Hoc autē sief est conueniens, vel conferens apostemaribus, & inflationi, & vuæ, & ulceri nigro, & uescis accidentibus in oculo, & pluribus ægritudinibus eius.

Ad Albuginem oculi.

Alcohol autem, quo usus est Ebinus monachus ad albuginem, quæ erat in oculis suis: & omnes medici conuererant, quod sanaretur: & posui ipsum ei, & conualuit usq; ad triginta dies. *Modus alcohol.* Rec. Spumę maris, quę natat super aquam, stercoris lacertæ, sacchari, massacumīæ, baurach, omnium partes æquales: terantur, & criblellentur: & sumatur ex memirem media unica, teratur, & decoquatur cum libra aquæ, donec consumatur medietas: & coletur, & imbibatur cum hac aqua in marmore: deinde continuetur cum contritione in Sole diebus aliquot: donec consumatur aqua: deinde fiat puluis. Hoc enim est ultimum, & secretum magnum.

Ad conservandam sanitatem oculi alcohol.

Alcohol autem, quod conseruat sanitatem oculi, Montee amice, ego usus sum ad sanitatem amicorum meorum: & nulli, qui eo usus est, accidit nocumentum in oculis suis dum remāsit. Et ipsum quidem conueniens est omnibus hominibus propter subtilitatem suam. *Modus alcohol.* Rec. alchoroniae, & est thuria Inda, antimonij, hæmatitis, rubiem, & est sepija abluta, & fit marina nec aduratur, tutiæ, q̄ris combusti, corticū & ris, aloes, folij, croci, omnium ana partē unā: piperis, macropiperis, salis ammoniaci, oīum ana partē mediā: margaritarū minutarū, myrobal. Kebulorum, spumæ maris, cadmiæ aureæ, sacchari, mulci, camphoræ, oīum ana quartā partē, terantur & criblellentur, & fricetur in marmore diebus aliquot donec fiat sicut atomi: Hoc n. est ultimū.

Ad Impetiginem & pruritum.

Medicina, cuius descriptionē incepi pro Sertato, pro qua ipse proiecit medicinas multas auras de ea usquequo accepit illam: & rectificauit ipsam, & curauit cū ea multos homines ab impetagine, quę in capite, & cruribus, & baras, & pruritu, & casu capillorum, tabal, & alopecia, & lendibus, & pediculis, & scabie ulcerosa: et est certa. *Modus unguenti.* Recipe gallarū 3. iiij. granorum armenij baurach aureum. i. sulfuris citrini aureos ij, arsenici rubri, aristolo. amborum ana aur. s. salis ammoniaci, frustri testudinis, simi ueteris, amygd. amararū ex corticarū, colocynthidis, q̄ris vsti, uenarum citrinarum, merdalengi, radicis capparis, foliorum fici siccę, radicum canæ, siccārū & ziniar, aluminis, iameni, sief memithe, myrrhæ, aloes, olibani, oīum ana 3. s. Kitrā, foliorū oliuæ, fellis uaccini, oīum ana aur. i. terantur, et criblellentur, et conficiantur cum aceto vini, donec permisceatur: deinde leniatur cū eo: Est enim bonū ad tineā, et ass. fati, et ad ægritudines antiquas.

Ad uermem auris.

Ingenium, in extractione uermis de aure, quod ego feci multoties. Distilletur in aurem quod distillat caro uaccina, s. quando assatur cum aqua almarmacur: deinde preparetur cannula cum mensura quę ingrediatur in aurem: et sugatur cannula a superiori parte eius uelementi suetione, egreditur enim uermes, si Deus uoluerit.

Ad extractionem aque carentis in aurem.

Pro extractione aquæ carentis in aurē sumatur uiga iunci triangulata, et est plana q̄ oritur super flumina et inuoluatur eius extremitas cū coto, et liniatur cū oleo, deinde intromittatur extremitas eius secunda in aurē cū mensura, q̄ possibilis est, et incendatur extremitas in qua est coto cū igne. Quāto igitur plus cōburitur, aqua cadet de aure: et itera illud, donec egrediat aqua tota.

Ad extractionem spine de gutture.

Ingeniū in extractione spine, qn̄ adh̄eret in gutture aut trāversat. Elixetur frustū carnis uaccinæ, et liget cū chorda, et deglutiatur, deinde extrahatur extractione subtili, egreditur. n. spina.

Ad dolorem auris.

Ad dolorē at in aure factū res magis iuuativa est, ut sumantur uermes inuerti sub urceis aquę, & decoquantur cū oleo ro. et mādragora, et destilletur in aurē post q̄ tepet. Quod autem dicitur amice de ægritudinibus aurium, iam ostendi illud in libro De ingenio sanitatis, et in alijs librīs.

Ablu-

A

Ablutio capit is cerebrum confortans.

Dico igit, q̄ q̄nq; accidentur narib. ægritudines, q̄ prohibent ab olfactu, & inspiratione. Dico ergo, q̄ prohibens ab illo, non est ex ægritudine neruorum: qm̄ duas extremitates anterioris cerebri q̄ sunt similes duob. capitib. mammillarum, & sunt ille, quas diximus in eo quod p̄terij de sermone uero, q̄ sunt lenes, & ipsæ nō numerantur in numero neruorum: cōplēt inspirōnē, & expirationem, sine medicatione neruorum: & ad ipsas ascēdit odor ex foramine, qd̄ est in cartilagine intra coronā. Cuius medicinæ descriptionē scripsi Costæ monacho, & fecit ipsam: & similiter scripsi descriptionē eius Chilichedo, & Festito, & excusauit eos ab oī cura. Et abscondit nocturna attracta ad caput, & confortat cerebrū, & cauterizat ipsum, et expellit nocturnū ab ipso, et separat inter ipsū & vapores, & humiditates, ex quib., pueniūt coryze, & delet sođā. *Modus ablutionis confortūs cerebrum.* Rec. salis gēmæ, salnitri cōbusti, spuma maris, baurachi albi, oīum aī partē unā: ellebori albi partē mediā: cōdisi, staphidis agri, sinapis: fēcis uini i. tartari cōbusti, oīum aī partē vñā: sulfuris, ros. gallarum, sumach, alchānæ, squināthi, prasij, gūmi arabici, olibani, gatiophyllorū, xyloaloes, lycij, arsenici, aluminis, folij, spicæ, nucis muscate, oīum aī partes. s. terātur, & cribellētur, & soluat in aqua saponis cōis part. iv. cū aceto uini antiq, & cōficiantur cū eo medicinæ, & p̄cūtiatur in mortario: & sit acetū bulliēs, qñ soluis ipsū cū sapone: & fiant trochisci, sitq; unus trochiscus t. 3. v. & exiccatetur in umbra. Qñ igit necessarij sunt, teratur unus trochiscus, & soluat cū aqua t. Al. drach. ii. calida, & abluatur caput cum eo, & caueatur ne cadat aliquid ex eo in oculum: & sic natura lenis.

Ad fluxum sanguinis narium.

Et conquestus est mihi uir ex illis bonis de Roma: in primis qñ hospitatus fui in ea, & erat quadagenarius, & erat delitosus, teneri corporis, complexioq; eius declivis ad caliditatem, & humitatem (& hæc est complexio Romæ) q̄ ipse fluxum sanguinis narium patiebatur superfluum. Et medicati fuerunt ei multi medicorum, & non contulerat eorum medicina. Cōpolui ergo ei hæc medicinam, cuius descriptionem acceperam a patre meo, & iuuui eum statim. Et ego quidem permuttereram me a domo eius, et ipse permutterauit me ad eam: & haec fuit prima domus in qua quieui. *Modus medicinæ ad fluxum sanguinis narium.* Rec. chartæ Indæ i. de papyro, cucurbitæ siccæ combustæ, attamenti uiridis cōbusti, olibani, opij, aluminis uiti, oīum ana. 3. i. terantur, & puluerizentur, & cribellentur super ellychnium, quod submersum sit in aceto, & supponatur in nares ex eo de foris. Et ponatur super tempora, & frontem lutum armenum tritum, confessum cum aceto: & ligentur stricte manus, & pedes, & duo adiutoria cum ligamentis, & testiculis ēt: & sugatur cōtur cū ventosis supra hepæ sine incisione, & super splenem: et cephalica phlebotometur ex parte sanguinis: & embrocantur pedes cum aqua calida, ut attraheatur sanguis ad inferiora: & dormiat supra dorsum suum: & fundatur super faciem eius aqua frigida cum aceto, hoc enim est secrum magnum, serua igitur ipsum. Hæc quidem medicina abscondit sanguinem à quocunque membro, & si submergantur in ea pili leporis carminati, erit mirabilis.

Ad mollificationem lingue.

Et conquestus est mihi uir senex mollis corporis de mollificatione in lingua sua, & fuit de quādam villa ex villis Romanis. Composui igitur ei hanc medicinam, & sanatus est usque ad paucos dies, qui fuerunt minus tribus septimanis. *Modus pilularum ab accidentia phlegmatica.* Rec. albōtiz, opopanax, alitit dulcis, nucis muscate, omnium ana partem vnam, terantur, donec fiat sicut pasta, & fiant sicut cicer pilulae. Et ponatur sub lingua una post unam, & sugatur, & assiduetur garrafus cum sinapi, & balneatio cum aqua non dulci. Et sanatus est.

*Ad naueam, et malitiam digestionis, et combustionem in stomacho
et retentionem urinæ.*

Et conquestus est mihi uir quadagenarius, cuius complexio erat declivis ad caliditatem et sic citatem (fuit in Alexandria regione) de nausea & malitia digestionis, & cōbustionis in stomacho & retentione urinæ. Composui igitur hanc medicinam, & sanatus est ea statim. *Modus syrapi de fructibus.* Recipe succi basilici, succi granati dulcis, et succi granati acetosi, aquæ tamarindorum, aquæ casiarum, aquæ citrulorum, aquæ melonum aquæ cydoniorum, omnium ana lib. i. rob. vñæ uete dulcis, & est carenū, lib. iv. decoquantur, donec fiat ei spissitudo, eius malitiam securans, i. ne putrefiat. Et sumatur de ea omni die cochlearium vnum cum aqua frigida.

Ad debilitatem stomachi, & uomitum, et solutionum uentris.

Rob de fructibus cōferens debilitati stomachi, & uomitus, & solutioni uentris superfluæ, & angustiæ, & adustioni quæ sit in stomacho. Composui quidem hanc medicinam Russo propinquā temporis, qui fuit Persa. *Cuius permisiō.* Recipe granati acetosi, cydoniorum, amborum ana xx. numero, pirorum, iuiubarum, amborum ana c numero: sumach aur. xl. granorum myrti, cētaureæ terantur omnia, & ponantur in vase bireno s. lebete, & fundantur super illud aquæ xx. chist: & de coquatur decoctione bona et exprimatur fæx, & projiciatur, & sumantur lib. tres mellis, & ponatur ipsum cum illa aqua et accendatur sub ea ignis. donec fiat sicut mel spissum et coletur, et repotatur. Cuius dosis sit cochlearium unum cum aqua frigida.

Ad

L I B E R

Ad febrem adustam & siti, & adustionem in stomacho.

E

Et conquestus est mihi uicenarius adolescens de febre adusta, & siti, & de adustione in stomacho. Composui ergo ei hos trochiscos. *Modus trochisi febris adusta.* Recipe semenis citrulorum excorticati, se. portulacæ, liquiritiae decorticatae, oīum an. 3.viii. tragacanthæ. 3.iii. terantur, & moliantur, & conficiatur cū mucilagine psyllii: & siat inde trochisci, sitq; omnis trochiscus. 3.i.

Ad febrem tertianam trochisci.

Trochisci boni (quos ego sum expertus, & quos composui uiro ex bonis, qui habebat febrē tertianam & medietatem quotidiana, & iuuatus est ex eis cito iuuamento ueloci) ad febrem tertianam, & febrē incensiuam, & febres permistas calidæ causæ: & sunt nobilis quantitatis: serua ergo eos. *Modus trochis corum febri tertiana.* Rec. roscarum. 3.xx, spodii. 3.v. amyli. 3.iii. tragacanthæ. 3.ii. croci danich. ii. terantur, & cibellentur, & conficiantur cum aqua, & fiant inde trochisci: sitque omnis trochiscus. 3.i. Et sumatur in potu cum aqua, & syrupo acetoso.

Ad stricturam anhelitus, & dolorem stomachi, & dolorem duorum laterum, & malitiā digestionis, & eructationem acetosam, & dolorem hepatis, & splenis.

Et conquestus est mihi Herodes religiosus de illis de Roma de strictura anhelitus, & dolore stomachi sui, & dolore duorum laterum, & malitia digestionis, & corruptione hystimbræ, & eru-
F
etatione acetosa, & dolore hepatis sui, & splenis, & dilatatione anhelitus magna, & fuit infrigidatus ætatis quadragenarius. Composui ergo ei hāc medicinā, & iuuatus est ea multum usq; ad hebdomadam. *Modus syrapi iuuaturi.* Recipe scilla lib. ii. se. feniculi, petros. anisi, pyrethri, hyslopia, se. ocimi gariophylati, costi, alari, oīum an. ii. se. apii, piperis, cymini carmenj, oīum ana vn. ii. dauci, ammeos, libystici, cardamomi, oīum an. un. iii. ocimi hortulani, satureli. i. aceti acetosi, ch. st. i. mell. ch. st. i. rob. ch. st. i. tere medicinas, & infunde eas ī aceto trib⁹ dieb⁹: deinde coq; ipm, donec consumatur medietas acetij: deinde proiice sup ipsum uinū, & coq; ipm, donec consumatur quantitas medietatis uini: deinde remoue ipm, & cola ex ipso medicinas, & dimitte ipm, donec intrigidetur bñ: deinde infunde sup ipm mel despumatū, & accende ignē sub iplo, donec fiat sicut mel lūtile, & repone ipm. Sitq; potio eius cochlear unū cum aqua frigida. Et si uolueris ipm solutiū, tūc bibatur ex eo cochlear unū cū aqua tepida, & duobus danich scāmonii, est. n. mirabile.

Ad frigus stomachi, & corruptionem eius.

Et conquestus est mihi vir, qui erat in atate, & cōplexione, sicut ille q; precessit ante hunc. Cō-
posui ergo ei hanc medicinā ad frigus stomachi eius, & ad corruptionem eius, & ad malitiā hy-
stimbræ er⁹, & febrē quartanā, quę erat à putrefactione phlegmatis, pp debilitatē, quę euenerat in G
corpore eius, & ī manibus eius, & ipsius renibus. *Decoction ad febrē quartanā.* Recipe uini antiq; bo-
ni odoris albi lib. iii. mellis lib. i. zingiberis. 3.v. heyl, cardamomi, oīum ana danich. ii. & s. croci. 3.
ij. musci, piperis, macropiperis, omniū ana danich. i. & s. terātur, & cibellētur, & puluerizētur sup
syrupum: & dimitte eum in Sole diebus multis. Deinde vtere ex ipso cochleari i. cū aqua frigida.

Ad corpus infringidatum, & humectatum, & alia multa.

Et conquestus est mihi uir infringidati, & humectati corporis: mutati coloris ex fluxu sanguini superfluo, qui accidit ei pp syncopen, & frigus in hepatē suo, & suo corde: & debilitate in suo stomacho, & corruptione in uenis suis, & solutione ventris superflua, & uomitu multo. Compo-
sui igitur, ei hanc medicinam sublimem. *Modus concoctionis.* Recipe costi, folii, calami aromatici,
gariophyllum electorum, omnium ana vnc. ii. casie ligneæ, alis romani, amborum ana. vnc. i:

* Al. piperis gallie, acacie, foliorum ro. spodi, faufel, † thuris masculi, oīum ana vnc. s. terātur, & cibellen-
tūs: & conficiantur cum rob cydoniorum, & reponatur. Et sumatur, ex ea ad magnitudinem nu-
cis, quando necesse fuerit: est enim ultima primaria valde.

Ad tristitiam, & cogitationem, & debilitatem, & angustiam.

H

Et conquestus est mihi vir adolescens ex filiis regum (& erat teneri corporis, & delitosus) de
debilitate nimia, et subtilitate eius, et angustia, et tristitia, et cogitatione: et erat continens nos-
ter autumnalis corruptus, alteratus: et locus in quo conuenerat, erat horizon ciuitatis Lucę, su-
per cuius aerem vincebat caliditas et humiditas. Composui ergo hanc medicinā, et exiuit ab ætri-
tudine sua velociter. *Modus confectionis magna.* Recipe se. ocimi, buglossæ sicce, foliorum propriæ
mentæ sicce, lapidis lazuli adusti abluti, margaritarum paruarum tritaram, Karabi marini ablu-
ti, coralli albi, lapidis armeni, setæ combustæ, omnium ana. 3.x. galliæ, spicæ indæ, myroba. epi-
thymi Cretensis, cinnamomi, thuris, mastiches, zedoariæ, doronici, been albi, et rubri, folii, carda-
momi, gariophyl. electorum, vsneq; castorii, liquir. excorticatae, croci, se. lactucae, se. hyoscyami,
ozanorsii, squianthi, mandragora, xyloaloës bona, pæonia, rauedsceni, se. armel, nucis mu-
scatae, darsessaham, carnub, selinia felelias i. agni casti, se. coriandri, ana. 3.v. limatura argenti. 3.
iii. limatura aurii. 3.s. camphoræ. 3.i. roscarum, spodii, amboru ana. 3.vii, musci aur. i: terantur oīa
et cibellentur, et leniantur cum vnc. i. olei ros. et quarta vnc. balsami: et adiungatur ei tantum
sacchari triti, et cibellati, quantum sunt omnes medicinæ: et conficiatur totum cum mirra, et re-
ponatur sex mensibus in primis. Et sumatur ex eo omni die sicut abundachari assidue.

Ad

SECRETORVM

104

A

Ad Tussim, & ad asthma.

Et conquestus est mihi uir quinquagenarius (cuius complexio erat equalis, declivis ad caliditatem, & humiditatem crassi corporis, & erat regio eius multorum uentorum meridianorum) de tussi, & anhelitu latitudinis, & asthmate antiquo. Cōposui ergo ei hāc medicinā, & iuuatus est ea in hebdoma de una. *Modus medicinae.* Rec. hyssopū siccī, ocimi, capilli, ueneris, prasij, liquir. decorticatae, omnium ana. 3. vi. funde desuper mensuram sacrajati unius de aqua, & coque ipsam donec pueniat ad meditationem: deinde cola, & infunde super ipsam cochlear mellis: deinde da ei in potu.

Ad Sputum sanguinis, & solutionem uentris.

Et conquestus est mihi Iefas, qui erat ex Armenis, de sputo sanguinis, & uentris solutione: & erat adoleicens trigenarius, extenuati corporis, & calidi: & eius regio calida ualde. Composui ergo ei hāc medicinam. *Trochisci nobiles.* Rec. carabi marini adusti, acaciæ abluta, gumi arabici, spodij, rosarum, therathit, omnium ana. 3. x. opij drach. i. mastiche drach. iiij. coralli drachmas iv. teratur, & cribellentur, & conficiantur cum mucilaginib. granorum cydoniorum, & fiat trochiscus, sitque oīs trochiscus eius drach. i. Cuius dosis, sit trochiscus unus cum aqua frigida apud somnum. Et si di miseris hos trochiscos, donec aggregentur partes eorum diebus aliquot, erunt cōpletiores ad operacionem suam.

Ad Retentionem menstruorum, & multa alia.

Et cōquesta est mihi mulier cuiusdam amicorum meorum, q̄ erat ex fapiētibus mulieribus: & perpererat, & retenta erant ei mētrua, & minoratū fuerat lac eius: & acciderat ei sputū sanguinis, & sanie, & tussis, & a helitus dilatatio. Composui ergo ei hāc medicinā, & iuuuit eā. *Modus electuarij.* Rec. succi prasij vn. vi. boni uini unciam vnam, mellis vnciam vnam: piperis albi, thuris, myrræ, omnium ana drachmā unam: coniungatur aqua prasij, & uinum in olla, & coquantur donec consumantur duę partes tertiae, & tunc projiciatur su p ipsum mel: & accēdatur sub ea ignis donec coaguletur, & fiat sicut mel: terantur ergo medicinæ, & puluerizentur super ipsum, deinde miscentur super ipsum, quando igitur permiscentur, tunc repone ipsum in uitreato. Et lambat eo infirmus cochlearium. i. ieunus. Iuuata est ergo hac medicina in spatio breui.

Ad Sputum sanguinis, & solutionem uentris, & sanguinis.

C Emplastrum quod ego compolui: & ponitur super pectus, & abscondit fluxū sanguinis: & super ipsum stomachum ex solutione uentris, & super caput ex fluxu sanguinis narium. *Cuins per mistio.* Recipe myrræ, thuris, aloes omnium ana. 3. iv. balaustrorum, sanguinis draconis, acaciæ, sief meinthe, feluzaharagi, & loco eius chochol caubem. omnium an. 3. viij. opij, radicis spicæ, hyoscyami, omnii ana 3. iiij. aluminis abluti, lacunæ figillæ, atramenti, omni ana. 3. ij. sumach, gallarum, granatorum summitatū s. balaustrorum, omnium ana. 3. vi. tere illud, & cribella ipsum cum cribello subtili, & confice ipsum cū uino passularū bono, aut cū acetō uini permisto, donec fiat sicut mel spissum. Deinde line super pectus ex sputo sanguinis, & super caput ex fluxu sanguinis narium, & super omnē locum ex quo egreditur sanguis, & line ipsum super stomachū ex solutione uentris. Et hoc ultimum est in eo, quod diximus, serua ergo ipsum.

Ad uentosum atem uentris, & apostemate in hepate, & hydriopenem.

Et conquesta est mihi mulier de uentositate in uentre suo, & apostemate in hepate suo ī superioribus eius, & inceptione hydropis, & erat mulier tricenaria, aut quasi tantum, & erat causa eius retentionis menstruorum, & erat uincens continens non aer calidus, et humidus. Cōposui ergo ei hanc medicinā, & iuuata est ea usq; ad xxx. dies. *Confessio, quæ prouocat menstrua, & expellit uentositatem.* Recipe eupatorijs, spicæ, corticum casiae ligneæ, croci, seminis apij montani, & domestici, liquir. Iquinanthi, carpopalsami, rubiæ, omnium an. 3. iv. reuetensi. 3. iiij. mastiches, laccæ, quæ non est operata, spodij, rosarum rubrarū, aristol. omnium an. aur. i. terantur omnia, & cribellentur: & conficiantur cum melle despumato. De quo sumatur omni die pondus. 3. ii.

D

Ad Icteritiam nigram.

Et conquesta est mihi mulier religiosa, quam extenuauerat religiositas, & abstinentia, de icteritia nigra multum apparente: & erat corporis macri, quæ iam transierat. Lannos, & erat eius regio Romana, & erat tēpus autūni, in diebus in quibus ego fui ibi. Composui ergo ei hanc medicinam: & accēpit ex ea aur. i. & exiuit ex ægritudine sua exitu bono. *Medicina ad extrahendum melancholiā.* Recipe aloes pondus. 3. viij. masti. 3. viij. agarici, polypodij, cartami, epithymi, oīum ana pondis drach. ij. folij, casiae ligneæ, spicæ, omnium ana drach. ij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. Sitq; dosis eius aureus i. cum uino, si non fuerit febris.

Ad Icteritiam citrinam.

Et conquestus est mihi uir tr. cenarius, qui erat monachus bonus, multæ lectionis in libris: & erat calcactus de icteritia citrina multum apparente. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea uelociter. *Medicina ad extrahendum cholera.* Recipe amygdalarū amararū, amygdalarum dulcium, spodij, folij, rotarum, absinthij, mastiches, spicæ, anisi, omnium ana. 3. iiij. seminis scariole drach. x. coriandi sylvestris drac. ix. aloes drach. vi. terantur, & cribellentur, et conficiantur cum uino. Et sit dosis omni die drach. ii. pondus.

Ad

L I B E R

*Ad Duritium splenis, & apostema in hepate, & aquam citrinam, & dolorem
Stomachi, & renum, & tussim cum icteritia.*

E

Bpositione eius: Quoniam cinnamomum contra operatur putrefactioni: illi autem est bonis odor
quare confert membris interiorib. et subtiliat. Et spica nardi habet bonum odorem, et stypticita-
tem: et operatio eius est quasi propinquæ operationi cinnamomi, sed cinnamomum est subtilius.
Lignum aloes cum eo quod ualeat ad hoc, ad quod ualeat cinnamomum, est utilissimum ad frigi-
ditudinem stomachi purgans id quod est in humiditatib. per mirabilem eius proprietatem. Et masticæ
dol. sedat in stomacho, et digerit humiditatem. anisum prouocat urinam, et aperit oppil. est. n. ual
de subtile: et liquefacit superfluitates: et facit dol. quiescere. Spatana, aperit oppilations, et ualeat
spleni utilitate magna. Gariophylli desiccant humiditates extraneas, et confortant membra inte-
riora. et dabat ad potandum aquam, in qua decocta fuerat radix iridis, patientib. oppilationē cras-
sam, ea prima hora curabantur. et ego dico q̄ decoctio absinthij, et centaureæ minoris faciūt hæc,
sed radix iridis fortius operatur. **A**lia medicina, quam accepi ab aduena Aegyptiaco. quacurabat op-
pilationes antiquas, & febres, & asthma antiquum, & non est ei similis. Et iste aduena accepit ab u-
no medicorum altariu: m. Cuius hac est confectio. Rec. rad. iridis, aristolo. longæ, et ro. succi marrubij,
ana. 3. iiiij. succi gafit, myrræ, chamæpityos, et camphore, ana dra. i. spicæ nardi, spatanæ ana. 3. ij:
granorum balsami, ligni aloes ana dra. i. et s. puluerizentur, et confiantur cum syrupo mel. Qui
Cfit secundum hunc modum. Rec. garioph. cinnam. cardamo. myrræ, ana. 3. j. et s. liga has medici-
nas in panno raro, et pone in j. lib. aquæ die, et nocte: deinde cola, et colatura admisce lib. i. mellis
boni: et coque super prunas sine fumo, et flamma, et coque, donec fiat syrpus: postea confice cū
oleo alias medicinas, et serua. et da ex eo in egreditudinibus quas diximus, in modum auellanæ, uel
castaneæ. Hoc electu arium est de melioribus medicinis quas vidimus. et vidi hunc medicum cura-
re multas egreditudines per medicinas simplices. et ex eis quas dabat est. 3. i. aristolo. ro. asthmatico.
et dabat decoctione in epite. epileptico ex melancholia: et accipiebat. 3. j. ex eo, et ponebat in aqua
calida per noctem: nane colabat, et apponebat a sexta parte 3. scammoniæ, usque ad octauā par-
tem 3: nos aliquando addidimus agarici. 3. j. et dabat ad bibendum decoctionem aga. contra dolo-
rem capitis. et dabat ammoniacum contra dolorem iuncturarum ex humore crassilo: et s̄epe cura-
bat taliter. ego autem semper soleo dare de succo marrubij, et st̄cados, mistis cum aqua, in qua
decoctum fuerit marrubium uitide, et chamædris, et dabam asthmatico: et ex eo sanauī multos.

DAliud medicamen, quod accepi ab aduena, cui non est simile: ualeat epilepticis, & anhelosis, & tussien-
tibus, & est expertissimum ad epilepsiam. Rec. hyssopi sicci, ireos, myrræ, piperis nigri & lō. carda.
sed in loco eius ponitur nastur. et carui, ana. 3. ij: spicæ nardi, costi, ammeos, ana dra. j, confice cum
aqua, in qua decoctum sit squinanthum: et si uolueris q̄ purget cum melle confice: et da ex eo tñ
a. 3. ij. usque ad iij. et ultimum ad hoc. Et dicamus decoctiones quas probauimus, & lucrati sumus ab
iste medico. Decoctionis squinanthi, et granorum balsami, quando biberit ex ea epilepticus, et qui ha-
bet hu. crassos, quotidie, confert ei. Aqua m, in qua decocta est assa; qñ biberit tristans, curabitur.
Decoctionis agarici; quam si quis biberit, qui habet dolorem antiquum capitis, sanabitur. Decoctionis
carui, & seminis apij, prouocat vrinā, & menstrua fortiter, & subtilia humores crassos. Decoctionis
centaureæ curat ilchiadem. Decoctionis corticis fistici confortat stomachum, & mundificat canna-
les pulmonis, & hepatis. Decoctionis asari prouocat vrinā & menstrua fortiter: Decoctionis masticæ
confortat stomachum debilem valde. Itas ergo decoctiones acceperimus ab aduena Aegyptio ex
pertas: & probauimus eas, & inuenimus esse veras. Medicamen, quod accepi a quodā sene, curat sple-
nem durum. Et se possum fuerit super scrofulas, dissoluit: & est sublime valde. Rec. ammoniaci. 3. qua-
tuor, dissoluatur in succo chamæmeli, aut in succo anethi, aut in decoctione floris chamæmeli: &
misce cū eodem rad. capparis: conficiatur, & da ad bibendum. 3. ij. cū decoctione carui. Medicamen
expertum quod habui: & accepi à quodam niro experimentatore, ualens ad splenem. Rec. scolopédriæ,
granorum

L I B E R

granorum balsami, granorum tamarisci, rubiae, ana. 3.ii: confice cum melle: & dentur ex eo. 3.iii: E
 & postea bibat acetum in quo cocta fuit spatana. i. acorus, ita qd de spatana. 3.ii. mittantur in octo.
 3. aceti: & coque vsque ad iiiii. 3. Medicamen quod accepi ab eo et, & valet stomacho frigido, prouocat
 vrinā, aperit oppilationes, & est minus forte. Rec. cinnamomi. 3.i, folii, corticis fistici, cardamomi, ab
 sinthii, agarici, squinanthi, granorum balsami, ana. 3.ii: succi stochados, seminis foeniculi, anisi, asa
 ri, ana. 3.iii: myrrhae, arist. rotundae, rad. iridis, mastiches, ana. 3.i. confice cu melle bono: & sume
 dr. ii. cum aqua, in qua decoctum sit asarū, & semen foeniculi. Aliud medicamen, quod recepi ab Agar
 geo, confortat membra frigida, & valet spasm, & mortificationi membrorum, & generaliter omnibus
 passionib. cerebri frigidis & neuorum. Rec. agarici, ammoniaci, succi stochados, piperis trium gene
 rum, squinathi, carui ana. 3.ii: castorii, asari, scillæ assatæ, ana. 3.i: rad. iridis, & mastiches, & seminis
 apii, ana. 3.s: spatanae, scorodi, zingiberis. ana. 3.i: confice cum melle bono: & sumat ex eo. 3.ii. cit
 aqua calida. Et iste Agargeus fuit de sapientib. qui fuerint tpe suo. Et erat qui habebat unam medici
 na, qd nemine docere volebat. Dabat n. eam habentib. fortem dolorem, & statim prouocabat vrinam, &
 ventositatē expellat, ita, qd mox auferebatur dolor. Cuius confectio hæc est. Rec. iridis, chamædrios, se
 minis foeniculi, anisi, apii, alari, ana. 3.ii: cinnamomi, zingiberis, carui, foliorum chamæmeli, ana. 3
 i: succi stochados, gentianæ, marrubii, ana. 3.ii: puluerizentur, & confiantur cu decoctione asari, F

* At. dorm. squinanthi, seminis foeniculi: fac pilulas. 3.i: & da cum aqua in qua decoquitur flos chamæmeli. Hæc
 est medicina est fortis valde, & non est ei similis in prouocando vrinā & subtiliendo humores: & a
 perit oppilationes, & stomachum frigidum temperat, & confortat. Aliud medicamen quod accepit
 ab eo, & valet ad febres compositas, & digerit humores crudos. Rec. seminis apii, seminis foeniculi, rad.
 iridis, aristolochia longæ, & rotundæ, fol. chamæpityos, meu, phu, ana: confice cu oxymelite scil
 le; & sumat ex eo cum aqua calida, in qua decoquitur semen apii. Aliud ad febres cōpositas, & chro
 nicas expertū, & iam probauit multoties. Rec. aslae foetidæ bonæ, piperis nigri, & longi, & seminis apii,
 anisi, foeniculi; puluerizentur, & confiantur cum vino antiquo; & da de eo cum aqua decoctionis
 foeniculi. Aliud expertum prouocans vrinam. Rec. asari, seminis foeniculi, rubiae, costi, ana. 3.i. satu
 reiæ, hyssopi fisci, ana. 3.ii, puluerizentur, & formentur pilulae; & detur ex eis. 3.i. cum aqua deco
 ctionis foeniculi, & anisi. Aliud ad puncturas scorpionis. Rec. aslae foetidæ, scorodi, cetaureæ mino
 ris, ana. 3.ii; seminis ruta, castorii, ana. 3.iii, puluerizentur, & confiantur vino antiquo. Experimē
 tum probatum, quod laxat humores viscosos, & est optimum contra ischiadæ, & est de experimentis
 Irini Romani. Rec. satureiæ, mastiches, rad. ireos, succi stochados, zurungæ, ina. 3.i, agarici, turbiti,
 ana. 3.iii, confiantur cum succo foeniculi; fac pilulas & da em virtutem patientis. Aliud constipas G
 naturam Arostrocanet, valens ad fluxum ventris, quando fit ex debilitate virtutis retentivæ. Confor
 mat intestina, & membra interiora. Rec. ro. pul. granorum myrræ, sumach, luti armenici, ana; confi
 cantur cu succo plantaginis, et fac pilulas. 3.ii. & da cu aqua decoctionis granoru myrræ. Aliud
 ualens ad fluxum ex debilitate hepatis: & est expertum. Recipe ligni al. ro. spicæ nardi, cinnamo
 mi, berberis, ana. 3.ii. laccæ, rhubarbi gariophyl. ana. 3.s. confiantur cu aqua decoctionis rofa
 rum: & da. 3.ii. Aliud, & est ad fluxum prouenantem ex causa frigiditatis membrorum. Et iste modus
 fluxus quando accedit, nix separatur: & ista medicina est nimis utilis ad hoc. Rec. cinnamomi, ligni
 al. gariophyllorū, anisi, carui, chamædryos, aristolochiæ rotundæ, spatanae, ana. 3.i: puluerizetur,
 & confiantur en aqua decoctionis ligni al. Medicamē atud, quod accepi ab Acastror, qui fuit socius
 Astrocani: & uocabat ipsum, electuarium ligni al. & non est ei simile: & iam probauit id sape. Et nales
 ad debilitatem membroru interiore, & ad fluxu hepatis, & aperit canales, & subtilias humores, &
 confortat hepar valde. Rec. rhubarbi, laccæ, spicæ nardi, asari, chamæpityos, galagæ, garioph. ani
 si, ana. 3.iii. ro. maioranæ, mastiches, granoru balsami, phu, meu, ana. 3.i. squinanthi. 3.i. & s. ligni
 aloes, chamædryos, succi stochados, ana 3.i. cōfiantur cu aqua decoctionis ligni aloes & spicæ
 nardi: postea misce mel qd sufficit, & malaxa, & sume ex eo. 3. ii. uel iii. cu aqua decoctionis ligni H
 aloes & spicæ nardi. Et hæc medicina est de nobilioribus medicinis ad ea quæ diximus, quoniam
 prouocat urinā, & confortat mēbrū, & aperit canales, & valet ad lapidē. Et iste Acastror dabat ad
 potandum decoctionē chamæmeli ei, qui patiebarur dolorē forte ex frigida causa: & ponebat pa
 tientē in balneo eiusdē herbæ. Et dabat decoctionē vtriusque arist. asthmaticis, & ad prouocatio
 nē menstruorū. Et dabat saccharum ros. habentib. flammam in stomacho. Medicina breues, quibus
 vtebatur Casion, qui erat ex Armenia anteriori: & fuerunt expertæ, & bona inueniæ sunt. Medica
 men ualens ad mortsum scorpionis. Rec. aslae foetidæ, galbani: confiantur cum decoctione scorodi,
 & aristolochiæ: & accipe ex eo auellanā, cum aqua calida. Medicamē ualēs asthmaticis. Rec. marru
 bij, arist. ana. v:ii, laccæ 3.iii: confiantur cum melle; & da 3.iii. Aliud subtilias humores & valet cō
 tra purrefactionē. Rec. spicæ nardi, cinnamomi, garioph. arist. longæ, confiantur cum uino odo
 riferò, aut cum aqua decoctionis arist. rotundæ, & gasfit. Aliud valēs ad hepar, & canales eins: & ex
 tenuat pinguis boies. Rec. aristolochiæ ro. laccæ, rhubarbi, spicæ nardi, ana. 3. iii. confiantur cu
 melle; & da. 3.iii. Medicamē prouocans vrinā fortiter, & est valde bonum cōtra febres phlegmaticas, &
 melancholicas. Rec. casix, laccæ, anisi, apii ana: confiantur cum melle: & da. 3.iii. cum aqua calida,

in qua

A in qua coctum fuerit anisum. Medicamen dissoluens naturam cito, & dissoluens uentositates. Rec. mastiches, anisi, zingiberis, ana. 3.i. turbith drac. iii; puluerizentur, & conficiantur cum melle bono, & da 3.ii. Aliud huiusmodi expertum. Recipe turbith, agarici, ana 3.i. mastiches, anisi, an 3.i. & s: conficiatur cum melle: & da 3.ii. Aliud purgans cholerae: & datur in qualibet hora, & dissoluit cito. Accipe scammoniae 3.ij. mitte in coctano, & affa sub cinere calido: postea extrahe, & mitte: cū scammonia in cydonio drac. i. mastiches: postea pinse, & fac trochiscos à drac. i, usq; ad iii. & da i. Istae ergo sunt medicinæ confectæ: & sunt ualde bona, & expertæ.

De medicinis Catilinae.

C Atlinæ medicinæ, qui fuit medicus Lithois Regis. Medicamen expertum uales hydroper, dissoluens uentositates crassas, & cōfortas stomachū debilē: & est sicut bezahar ad has agritudines quas diximus. Rec. anisi, iridis, laccæ, spicæ nardi, ligni al. gariophyl. agarici, ana. 3.ij. carui, hermel, sceniculi, ana 3.ij. aristolochiae lögæ & rotundæ, cētaureæ minoris, fatureæ, ammeos, myrrhæ, origani, ana 3.iii. mastiches rosarum, ana drac. viij. thu barbari, gentianæ ana drachm. v. squinathi, tmyrrhæ sicce, ana drac. vj. Conficiantur cū melle bono: & sume drac. ii. usq; ad iii, cū aqua decoctionis carui & aristol. Et hæc medicina est nobilis ad ea quæ diximus, & eius cōpositio hoc ostendit. *Electuarium expertum ualens febribus antiquis, & uentositatibus crassis: et purgat urinam.* Recipe floris chamæmeli, anisi, laccæ, aristolochiae rotundæ, ana drac. iv. mastiches drachmā, rosarum drac. i, rubiæ drac. i. conficiantur cum melle: & utere. Aliud. Recipe floris chamæmeli, anisi, rubiæ, sceniculi, asari, ana conficiatur cum melle: & sume ex ea drac. ij. cū aqua decoctionis anisi. Aliud prouocans urinam. Recipe asari, rubiæ, seminis cucumeris & cymini, seminis apij, ana: conficiantur cū syrupo facto ex marrubio & melle. Medicamen expertum ualde hydroper: dissoluit enim inflationem. Rec. iridis, aristolochiae, agarici, ana: conficiantur cum syrupo facto ex asaro, carpo-balsamo, & melle: & sumat drac. ij. cū decoctione sceniculi. Aliud prouocans urinam. Recipe amygdalarum dulciū, seminis cucumeris, asari, aristolochiae lögæ, ana drac. i. conficiantur cū aqua decoctionis rubiæ: & detur cū aqua decoctionis sceniculi & apij. Aliud ad Hydroperem, & asthma. Recipe iridis, succi marrubij, aristolochiae longæ & rotundæ, laccæ, ana: conficiantur cum decoctione iridis: & detur cū aqua calida decoctionis gentianæ. Aliud prouocans urinam. Accipe saliuncæ seminis cucumeris, laccæ rubræ, ana, confice eū melle, & dentur ex eo drac. ii. Aliud confortans Hepar conformatio magna: & valet complexio frigide & humida, & est mirabile. Recipe thu barbari, laccæ, gariophyllum, ligni aloes, rostrij, rubiæ, an, conficiatur cum aqua decoctionis corticis fistici & gafit; & detur drachmæ duæ ex eo cū aqua decoctionis aristolochiae cosarum, & gafit. Aliud expertum ad splenem. Rec. scolopendriæ ammoniaci, radicis capparis, ana, confice cum melle & aceto, & dentur ex eo 3.ii. cū decoctione aristolochiae rotundæ. Aliud valens contralapides. Recipe sanguinis hirci siccæ, lapidis iudaici, saliuncæ, lapidis qui inuenitur in cysti fellis uaccæ, asari, amygdalarum amararū, seminis cucumeris, bdellii, costi, ana, conficiatur cū aqua & melle, in quib. sunt decocta rubia & costus, & detur drac. ii. cū aqua decoctionis asari, et floris chamæmeli. Aliud expertum contra lapidem renum. Rec. sanguinis hirci siccæ, lapidis citrini q. inuenitur in cysti fellis uaccæ, sceniculi, saliuncæ, amygdalarū amararū, ana, confice cū uino antiquo, uel aqua decoctionis radicū apii & sceniculi, format trochicos unius drachmæ, etda vnum cū syrupo de saliuncæ.

De medicinis Socionis.

Socionis medicinæ. Iste fuit maximus medicorum Græcorum, qui habebat experimenta plura in fine nobilitatis, quæ nos acquisiuimus à discipulis eius, scilicet, Teranoz & Hargemez & Harcoz. Medicamen magna nobilitatis & utilitatis, laxans & dissoluens crassas uentositates & non est ei simile: quod etiam iam probauimus. Accipe agarici drac. tres, ellebori nigri drachmas duas & semis, mastiches drac. decem, solii, ligni aloes, asari, radicis iridis, turbith, squinanthi, ana drac. ii. anisi, carui, sceniculi, ammoniaci, anæ drac. una, scillæ assatæ drac. quatuor, rostatum. 3.vi. Escammoniae drac. i. confice cum melle bono, & da de eo quasi auellanæ pondus. Decoctione purgans matricis mulierum, & dissoluens uentositates, & prouocans menstrua. Rec. florum ammeos, harmel, asari, florum chamæmeli, sceniculi, gentianæ, spicæ nardi, squinathi, chamædryos, origani, rubiæ, ana 3. decē: coquantur in tribus libris aquæ, donec remaneat libra una, deinde amouetur ab igne, & dissoluatur in eadem aqua calida drac. vna ammoniaci, & detur de eo, quoniā est mirabile. Decoctione ualens nimis in declinatione febris quotidiana. Rec. gentianæ, radicis apii, radicis sceniculi, rubiæ, agarici, turbith, asari, rostorum, spicæ nardi. ana drach. unam: ponantur in caldario cū tribus libris aquæ, & coquantur super ignē leuem sine fumo & flamma, donec remaneat libra una & soluatur in ea calida drachmæ. i. laccæ, & utatur. Aliud prouocans urinam cito. Recipe phl. rubiæ: terantur: et dentur ex eis 3. due & s. cū aqua decoctionis hyssopi & faturei calida. Aliud dissoluens omnes durities: curat & duritiem splenis, & scrofulas. Recipe. tragacanthæ, floris chamæmeli, & picis liquidæ, ammoniaci, medullæ cruris uituli, galbani, ana, conterantur, & dissoluatur ammoniacum in aceto antiquo, liquefiant medulla & pix, & conficiantur pulueres, & misceantur, et super locum ponantur. Aliud huiusmodi. Accipe foliorum cap-

L I B E R

paris, ammoniaci, galbani, capillorū ueneris, floris chamæmeli, medallæ cruris cœquini, ana: cōficiatur, & ponantur super locum durum. Aliud quod cito laxat et dissoluit inflationem, et prouocat urinam, et ualeat hydropicis. Recipe turbith, agarici, fæniculi, anisi, ana drac. i. scāmoniæ octauam partem drac. i. radicis iridis, laccæ, spinæ romanæ, rubiæ, phu, ana drac. i. semis: conficiantur cum syrupo facto cum melle, hyssopo, & origano, satureia: & utatur. Aliud ualde bonum. subtilians humores: bonum contra asthma, & laxat humorem uiscosum. Recipe aristolochiæ. rot. rhu barbari, suc ei marrubij, laccæ, turbith, ana 3. vnam, mastiche drachmas duas, agarici drachmam unam: conficiantur cum syrupo facto ex melle & marrubio: & utatur. Aliud ualde bonum, & dicitur electuarium iridis: & est multarum utilitatum & est valde mirabile contra hydropem, & contra debilitatem hepatis, & prouocat urinam & menstrua, & laxat humores diuersos. Rec. aristol. rotundæ, laccæ squinanthi, marrubij, ana drac. tres: ligni aloes, rosarū, ana drac. iv. agarici drac. viij. radicis iridis unc. i. conficiantur cum bono melle: & detur secundum uirtutem cū aqua decoctionis spataneæ & satureiæ. Aliud electuarium, et dicitur electuarium rhu barbari: & confortat hepar: & est nimis expertum, & nos iam probauimus ipsum sape. Recipe aristol. rotundæ, ligni aloes, laccæ, spicæ nardi, folij, rolarum, an drachmas decē: rhu barbari drac. xx. conficiantur cum syrupo facto ex melle: & detur ex eo quasi auellana cū aqua calida decoctionis folij & gariophyllorū: est n. optimū in confortatione hepatis, & omnium membrorum interiorum. Aliud electuarium aristolochiae ad remuendam typum in febribus chronicis. Recipe assæ fetidæ, zingiberis, folij, chamæmeli, piperis nigri, & longi, centaureæ, harmel, ana drac. i. arist. rotundæ, ad pondus omnium, conficiantur cum syrupo facto ex melle, et aristolochia: & utatur sū uirtutem patientis à 3. i. vsq; ad drachmas. ii. Aliud dissoluens uentositates. Recipe assæ fetidæ, rutæ, satureiæ, castorij, ana drac. ii. anisi, fæniculi, ana drac. i. conficiatur cum melle: et utatur cum uino puro. Aliud dissoluens ventositates, & prouertans urinam fortiter & menstrua. Accipe anisi, laccæ, arist. rotundæ, rubiæ, gentianæ, meu, phu: spicæ nardi, costi: conficiantur cū melle, et detur ex eo. 3. iiij. cū aqua calida decoctionis fæniculi.

De medicinis azariconis philosophi.

Azariconis medicinæ. Iste uir quamvis non habuerit nomen inter medicos, recepit tamē ab eo quatuor medicinas nimium expertas. Primum medicamen ualeat ad febres, chronicas, que sunt ex humore crasso, & aufert tēpum: & soluit uentositates: & laxat humorem uiscosum, & ualeat Paralysie. Recipe iridis drac. x. piperis nigri & lōgi & albi, assæ fetidæ, scorodi, castorij, folij, semenis rutæ, asari, ammoniaci, galbani, satureiæ, sanguinis anseris siccii, sagapeni, xylobalsami, carpolabami ana drac. s. spicæ nardi, croci, ana 3. iii. chamæpityos, chamædryos, ammeos, mētae, maiora ne, foliorū rubi agrestis, carui, gariophyllorū, ligni aloes, cinnamomi, anisi. ana 3. iiij. turbith, ad pondus omnium: agarici drac. x. terantur, et confice cum syrupo facto ex melle: et detur ex eo drac. i. et s. cū aqua calida decoctionis gentianæ et asari. Istud enim medicamen est ualde expertum contra infirmitates frigidas iuncturarū, et asthma, et dolores frigidos, et dissoluit uentositates, et tæpe probauimus ipsum. Medicamen confortans membra interiora: & est valde bonum ad fluxum chronicū. & confortat stomachū, & aufert uomitū. Rec. nucis cypressi, ligni aloes, tamarisci, an drac. iiij. rosarum, mastiche, laccæ, cinnamomi, ana. 3. ij. confice cum aqua decoctionis tubiæ et myrtæ: et da cum aqua decoctionis cypressi. Tertium medicamen ualeat ad lapidem renum & vesicæ: & aperit oppilations, & expellit faces per urinam: & est expertum. Rec. capil ueneris, cineris scorpionis gentianæ, uitri adusti, lapidis iudaici, semenis cucumeris et cucurbitæ, anisi, radicis liliæ celestis: puluerizentur, et conficiantur cū aqua decoctionis chamæmeli uel meliloti, et melle, et sumatur cum decoctione agarici. Quartum medicamen ualeat hydropicis, & frigiditati hepatis, et citrino colori. Recipe agarici, liliæ cælestis, laccæ, aristol. longæ et rotundæ, succi itæchados, succi marrubij, olibani, phu, cha mædryos, chamæpityos, cinnamomi, an drac. ij. folii, gariophyllorū, ana drac. v. rhu barbari, anisi, ana drach. iii. ligni aloes, ad pondus omnium. puluerizentur, et conficiantur cum melle: et dentur ex eo drachmæ. iii.

De medicinis Gereonis.

Gereonis medicinæ Græci. Ab isto uiro habuimus undecim medicinas expertas ad diuersas eritudines: quas nos probauimus, et inuenimus ipsas esse mirabiles. Primum medicamen ualeat ad infirmitatem stomathi frigidi, & confortat ipsum: et est nimis mirabile. Rec. trium piperū, spicæ nardi, zingiberis, ro. ana drachmas decem: ligni aloes ad pondus omnium: confice cū melle: et cum decoctione ammeos, et mentæ, et gariophyllorum. Secundum ualeat ad dolorem fortē & iam probauimus ipsum. Recipe floris chamæmeli, squinanthi, centaureæ, aristol. rotundæ: confice cum melle: & da drachmas quatuor cum aqua calida. Tertium huiusmodi est, sed precedens secundius est. Rec. croci, spicæ nardi, opij thebaici, ana drac. duas: chamæmeli drachmas duas, confice cum melle, & da drach. s. cum aqua calida. Quartum huiusmodi, et est mirabile. Recipe succi corona regiae, chamæmeli, quando fuerit uiridis, ana drac. quatuor. Et si ille herbe non fuerint inuertebrates, accipe earum decoctiones: & pone octauam partem drachmæ croci, squinanthi 3. iii. & bulliant usque ad medietatem, & da bibendum colaturam. Quintum ualeat ad dolorem ex oppilatione.

Appilatione. Recipe radicis lilij cœlestis, agarici: ana drac. iv. aristolochia lögæ & rot. chamæpytos, ana drach. v. coquuntur, & ponantur in lib. iij. aquæ, & bulliant super igne leuem, donec re maneat lib. i. & appone laccæ. 3. i. & s. & da ad bibendum tepidum. *Sextum dissoluit Ventositates,* & *valet Colice & ventositates.* Recipe cymini, fœniculi, carui, anisi, ana: terantur, & conficiantur cū syrupo facto ex melle & ammi & satureia & origano: & sumatur ex eo cū aqua d. decoctionis radicis apij, & cum. 3. i. agarici. *Septimum huiusmodi.* Recipe anisi, cumini, agarici, absinthij centaureæ: terantur: & dentur de illis 3. iij. quando ventositates fuerint multæ, & passio fortis. *Octauum Laxat humorem viscosum:* et est nimis bonū contra Epilepsiam & Paralysin: quo ego semperutor. Recipe agarici, absinthij, colocynthidis, ana. 3. i. anisi, ligni aloes, mastiches, ana. 3. ij. ipatanæ, ammoniaci, sagapeni, assæ foetidæ, radicum lilij cœlestis, ana. 3. i. & s. aggregentur, & cōficiantur cū aqua decoctionis anisi, aristolo. lögæ, & ro. & melle, & sumatur ex eo quasi auellana. *Nonum ualeat Trixibus et Timidis.* Recipe radicis aristol. rotundæ, gariophyllorum, ligni aloes, ana. 3. iij. cōficiantur cum melle & aqua maioranæ: & da de eo. 3. iij. *Decimum ualeat Lapi di renum & uesticie: dis soluit Ventositates, & Laxat diuersos humores:* & est Bezahar. Recipe turbith, agarici, utri vlti. zin beris, lapidis iudaici, sangumis hirci siccæ, anisi, fœniculi, trium piperum, chamædryos, chamæpytos, bdelij ana. 3. iv. confice cum bono uino decoctionis agarici & carui. *Vndecimum ualeat ad Asthma.* Rec. turbith, agarici aristol. ro. ana. 3. i. confice cum decoctione marrubij: & da cū decoctione asari. Istæ sunt medicinæ, quas probauimus s̄epe, & inuenimus eas optimas.

De Medicinis Betarnem.

Betarnem Siciliæ medicinas modo dicam, et sunt tres, quas probauimus s̄epe, et inuenimus eas esse ueras. *Primum ualeat contra medicinas mortiferas,* & est nimis experta. Rec. laureolæ, lutii sigillati, phu, meu, apij, cinnamomi, ana. 3. i. rutæ, xylobalsami, carpobalsami, ana. 3. ij. confice cum melle: & da 3. i. et s. debilibus, vel 3. iij. fortibus. *Secundum ualeat ad morsum Scorpionis:* & Calefacit corpus: & auferit tremorem in febribus. Recipe castorij 3. i. scorodi drac. ij. costi amari 3. i. & s. zingiberis 3. i. conficiantur cum melle: & detur 3. i. & s. cum uino. *Tertium prouocat vrinam & Menstrua.* Recipe pulegij, cymini, radicis lilij cœlestis, aristolochiae rotundæ: conficiantur cū melle: & dentur 3. iij. *Medicamen quod composuit Amaloz de M acrdonia: ualeat ad Febres phlegmaticas,* & dissoluit humores, liquefacit eos: & est bonum Duriti splenis. Recipe scolopendriæ, iquinanthi, chamæpytos, castorij, trium piperum, spicæ nardi, folij, alari, ana 3. i. turbith, radicis lilij cœlestis, carpobalsami, xylobalsami: puluerizentur, & conficiantur cum melle decoctionis alari squinanthe, opopanax: & det de eo quasi auellana. *Medicamen Squilitam, quod ualeat morsibus Scorpionis.* Recipe aristol. longæ, & rotundæ, ana aur. i. cymini 3. i. assæ foetidæ, carui, leminis rutæ, ana. 3. ij. castorij. 3. iv. confice cum melle: & da 3. iij. cum aqua calidi decoctionis ḡrianæ, uel aristolochia, vel cū bono uino. *Medicamen melius, quod ualeat ad Dolores fortes:* & iam probauimus, ipsum, & inuenimus melius quam theriacam. Rec. cymini, carui, assæ foetidæ, aristol. chamæmelis, coronæ regiae, absinthij, agarici, ana 3. x. trium piperum, opij, ana. 3. i. croci, carpobalsami, iquinanthi, cinnamomi, ana. 3. ij. asari, gentianæ, ana aur. i. pulueriza, et confice cū syrupo facto ex melle & squinantho & chamæmelo & corona regia & aniso: & da cum aqua decoctionis anisi.

De Medicinis Achæaos.

Achæaos experimentatore Athenaru, sumptæ medicinae. Ab isto nobilissimo medico acceptimur tres medicinas cōpositas, quibus semper uisumus, postquam nouimus eas: sunt n. micabiles. Et ab eo acquisiuimus triginta medicinas simplices expertas in diuersis ægritudinibus. *Primum Medicamen compostum ualeat ad Asthma antiquum,* & aperit Oppilationes. Rec. asari aureum unum: succi marrubij, hyssopi, styracis siccæ, castorij, ana. 3. s. trium piperum, anisi, ana aureos duos: conficiantur cum oxymelite scilitico: & detur ex eo a 3. iij. v lque ad iv. *Medicamen Secundum ualeat ad Fluxum antiquum, qui contingit ex frigiditate membrorum.* Recipe nucum cypressi, folij, ligni aloes, spicæ nardi, rosarum ana 3. ij. confice cū aqua decoctionis ligni aloes: & da de eo 3. iij. cum decoctione rosarum. *Medicamen Tertium confortans uirtutem Retentiuam.* Recipe gallarum, sumach, berberis, ana aureum unum: gun. tñi arabici vlti, ligni aloes ana 3. i. rhubarbi drac. ij. confice cum decoctione semenis lapathij acuti, & granorum myrti: & detur cum decoctione cypressi. Iste vir curabat ægritudines multas cū medicinis: ex quibus elegimus triginta medicinas ueraces. Primo dabat mastichen ad dolorem stomachi. Secundo dabat 3. ij. assæ foetidæ contra morsum scorpionis. Tertio d. bat drac. iii. aceti fortis calidi contra morsum vi peræ: & est fortis operationis. Quarto mittebat succum iari, * & intromittebat contra maculam oculorum: & s̄epe hoc faciebat. Quinto dabat ad purgandum pectus drac. iij. radicis lili cœlestis. Sexto dabat drac. i. asari, & curabat stranguriam. Septimo dabat chamæmelum puluerizatum, & malaxatum cum melle, ad dolorem ventris* & renum, propter frigidos humores existentes in illis instrumentis, et prouocabat vrinā, et curabantur. Octauo dabat drachmas duas laccæ contra oppilationes hepatis. Nono dabat drachmas iii. ammoniaci splenitico, et curabat eum oīno in paucis diebus. Decimo dabat lac leprosis, & curabat multos. Sed in hoc requiritur scientia in cognoscen-

* Al. aristolo chiz.

* Al. uestice.

L I B E R

cognoscendo causam lepræ in qua lac conueniat. Undecimo dabant rhubarbi ad debilitatem hepatitis, de frigida causa, & curabat oes omnino. Duodecimo dabant drachmas duas cubebarum ad aperiendū oppilationes, quae accidunt in membris interioribus. Tertiodecimo dabant drachmas tres maioranæ cum drachmis duabus rubiæ ad prouocandū mēstrua. Quartodecimo dabant drachmas duas asari ad prouocandū mēstrua. Quintodecimo dabant carui romanum contra ischiadæ cum calida, & curabantur. Sextodecimo dabant castorium contra lapidem renum. Decimoctauo dabant. 3.ij.zingiberis ad infirmitates frigidas, & calefaciebat: & est nimis forte. Decimono dabant drach.ij.aloes contra tristitiam, & ad confortandū os stomachi, & curabantur vſitando. Vigesimo dabant centauream minorem ad ischiadæ, & curabantur. Vigesimo primo dabant puluerem gariophyllorum contra debilitatē virtutis digestiæ. Vigesimo secundo dabant decoctionem casith contra debilitatē hepatitis, & oppilationes, & curabat omnes. Vigesimo tertio dabant oleum viride contra spasmum ex fccitate. Vigesimo quarto dabant decoctionē agarici contra ægritudines cerebri & heparis. Vigesimo quinto dabant alfenid id est penidiæ, contra infirmitates pectoris, & curabat asthma. Vigesimo sexto dabant decoctionem centaureæ & rutæ contra morsum rutelæ. Vigesimo septimo dabant decoctionē iuniperi ad prouocandum menstrua. Vigesimo octauo dabant decoctionē lquinanthi ad dolorem mulieris post partum. Vigesimono dabant decoctionē gentianæ ad frigiditatem membrorū, & ad fluxum prouenientem ex ea. Trigesimo dabant galbanum ad prouocandum urinam, & ad extrahendum embryum. Nos autē non scripsimus has medicinas, quamvis plures earum cognoscantur ab omnibus, nisi ut non negligantur ab eis: qm̄ si utatur de illis vt oportet, erunt mirabiles. Et quoties vſus ſui decoctione facta ex hyſſo po, & aſato, & duabus aristolochijs, curaui de epileptia: Et cū decoctione ſoliuſ hyſſopi, ex aſthmate. Sed oportet medicum tciare, quando oporteat dare has medicinas, & in quo tempore, in quibus complexionibus valeant: aliter non ualent.

De medicinis Andreezoſ.

Andreezoſ medicinæ ſunt hę. Iſte fuit philoſophus in tempore ſuo, & habebat multas medicinas compositas: ex quibus elegi quinq; expertas, & dimiſimus alias, quę cognoscūtur à pluribus. Primum medicamen valet *Hydropicis*, et frigiditati *Hepatis*: & prouocat urinam generaliter & fortiter: & dico q nullam medicina eft ei ſimilis in aperitione hepatis. Rec. radicis lilij cœleſtis, agarici, calami aromatici, laccæ, asari, roſarum, ſpicæ nardi, cinnamomi, ligni aloes, ana. 3.i.gafit iuſtici ana. 3.i.masticheſ, anisi, ana. 3.ij:puluerizentur, & miſceantur cum vino & melle: & dēturi. 3.iv.cū decoctione radicis lilij cœleſtis, & gafit. Secundum medicameni valet ad *Aſthma*, cuius cauſa eft humor crassus. Recipe gentianæ, hyſſopi, agarici, ana. 3.ii.confice cum melle. & da drac.v. Et nō eft ſimilis iſti medicinæ: laxat enim humorem crassum, & ſcindit humores crassos. Tertium valet ad *Dolorem membrorum interiorum*: & liberat à *Colica* paſſione qua sit ex crassis humoribus in intestinis. Recipe agarici. 3.viii.radicis lili cœleſtis, arīſt. rot. hyſſopi, masticheſ, ſquiananthi, carpobalfami, anisi, ana drac.i.turbith ad pondus omnium: confice cum decoctione agarici: & da drac.iii.cum calida. Quartum valet ad *extrahendum Embryum*: & eft valde forte. Recipe aristo.longæ & rotundæ, aſſe fætidæ, ana drach.v: ſpicæ nardi, agarici, ana drac.iii.myrræ dra. i.confice cum decoctione aristolochię rotundæ, & da drac.i. Quintum eft *laxat inum diuersorum humorum*. Recipe turbith, agarici, masticheſ, lili cœleſtis, ana. 3.i:ellebori nigr., masticheſ, ſcilleſ aſfatæ, ana drac.i:colocynthidis 3.ii.ſcammoniæ drac.s:confice, & da. 3.i.& non plus. *Electuarium* quod valet ad morsum *Scorpionis*. Recipe rutæ, ſulfuriſ viui non positi ad ignem, ana. aur. vi. caſto ri aur.., aſſe fætidæ aur. ſemis:pyrethri, ſtyracis liquidæ, ana aur.i:confice cum melle: & da 3.i.& ſ: cū vino puro. *Electuarium bonum* ad *Dolorem membrorum interiorum*: quod habui à quadam muliere, quę acquisiuerat illud à medicis altarium. Rec. croci aur. v. opii aur. ii. ſpicæ nardi aur. iv. ſpatanæ aur. ii. rad. lili cœleſtis aur. vi. floris chameſeli aur. ii. cōfificantur cū bono melle, et utatur de eo. Aliud optimum ex cōpoſitione *Gemes*, & eft nimis forte. Rec. cinnamomi aur. vi. croci aureos quatuor & ſemis, piperis albiflaur. iv. & ſemis, galbani aur. quatuor, coſti aur. ii. et ſ. cōfice cū mel le: et da drac.duas, vel tres in maiori fortitudine. *Electuarium Zacharonis de Babylonie contra uenſitatem, & paſſionem Colicam, & frangit Lapidem, & Laxat ventrē: & iā probauimus ipsum*. Et eft valde bonū, qn̄ dubitamus iu ageritudinibus, utrū ſit Lapis vel Colica, quia cōmune eft ambobus. Rec. turbith, ſpatanæ, an. aur. vi. cymini carui, aur. i. agarici, rad. lili cœleſtis, arīſtol. ana aur. vi. origani hyſſopi, ana aur. i. ſquinanthi, masticheſ, ana drac. t i. cōfice cū melle, et da quasi auellanā. *Theria-cavalens ad Dolore capitis chronicā, & Ventositates, & eft mirabilis*. Rec. ſucci ſtēchados, ſucci marubii, absinthii, masticheſ, rhubarbi, chameſelyos, chameſelyos, an. 3.viii. hyſſopi aur. i. agarici ad pōd' oīum, pulueriza, et cōfice cū melle. Et da de eo ad iſfirmitatē cerebri, cū aqua calida de coctionis ſtēchados: et ad aſthma, cū uiño bono: et ad prouocadū mēſtrua, cū ſucco iuniperi et ſenili: et ad dolorē forte, cū aqua decoctionis chameſeli: et ad oppilationē, cū decōne absinthii et ad epileptiā, cū decōne pyrethri: et ad ischiadē cū decoctione centaureæ minoris: et ad lapidē

Taliter viii.

cum

A cum de coctione radicis lili coelestis. *Electuarium laccæ, ualens cōtra Oppilationes chronicas & prouocans Menstrua.* & est bonum ualde. *Est etiam uile ad Asthma chronicū, & ad tuſsim chronicā.* Rec. laccæ aur. xx. piperis lōgi, & nigræ, cētaureæ minoris aristol. rotundæ, costi, galbani, ammoniaci, ana aur. x. marrubii, afari, ana aur. iii. folii, radicis lili coelestis, liquiritiæ, ana aur. vii. pulueriza, & cū bono melle: & da quasi auellanā cum aqua calida. *Electuarium Laccæ magnū, quod habuit us ab Aridone filio Meliz.* & est expertum, et est multæ utilitatis. *Valeat Asthamati, et Tussi,* & prouocat Vrinā. & sedat Dolorem fortē, liquefaciendo phlegma: & auferit Triſtitiam, & diſſoluit Ventositatē: & est mirabile ad tremorē cordis, & Melancholiam, & aquā oculorum, et contra morsum Canis rabidi, et contra puncturā Viperæ. Et generaliter dico, quod ualeat omnibus puncturis mortiferis. Rec. Arist. roſarū, radicis lili coelestis, ana aur. x. squināthi aur. ix. aſari aur. xv. pipe. nigræ, & albi, an. aur. vii. chaſmæ pityos, succi marrubii, succi ſtœchados, ana aur. viii. spicæ nardi, spicæ romanæ, mastiches, ammoniaci, galbani, ſcillæ affatæ, ana aur. x. roſarum, iuniperi, ana aur. ii. turbith, agarici, cyperi, ana aur. decem: folii, ligni aloes, rhu barbari, croci, olibani, cētaureæ min. ana aur. xx. laccæ, aur. i. cōſificiatur cū melle roſato: & detur ex eo secundū q̄ conuenit ægro. Et est hæc medicina nimis mirabilis ad dolorē fortē: & laxat humores sine labore: & confortat cor, hepar, & ſtomachum. *Electuarium*

B *Aſſiſtri, Caleſaciens corpus, ualens Oppilationibus hepatis, et ſplenis.* Recipe aristol. rotundæ aur. xx. marrubii, chamaedryos, gaſit, ana aur. v. aſſe ſetidæ, costi, trium piperū, ana aur. decem: mastiches aur. viii. pyrethri aur. quatuor: cōſifice & da cū vino. *Decoctio Squinanthi, Valēs ad Febres chronicas,* et aperit Oppilationes, et prouocat urinā, et ſoluit uentrem. Recipe squināthi drac. octo, marrubii drachmas duas: abſinthii, radicis lili coelestis, ana drachmas tres: aristolochiæ rotundæ aur. vi. agarici aur. iii. radicis ſceniculi, carui, ana aur. decem: costi aur. ii. mafiches aur. quatuor: ponatur ī caldario, & cū libris tribus aquæ decoquātur, donec remaneat tertia pars: & detur de eo drachmæ tres. Hæc decoctio eſt ualde mirabilis habētibus ægritudines phlegmaticas, & debilitatē interiorū membrorum ex cauſa frigida. *Decoctio Aſari confortans mēbra debilia ex frigore.* & auferens Dolores, et ſcindens humores crassos, et aperiens Oppilationes: et eſt expertissima. Rec. aſari aur. iii. anisi aur. viii. abſinthii, gētianæ, ana aur. iii. ſeminis ſceniculi, cētaureæ mino. ana. aur. ii. ponatur cum tribus libris aquæ, & bulliant donec remaneat tertia pars: & da de eo drachmas iii. *Decoctio Aristolochia ualēs ad Lapidem.* Recipe aristolochiæ aur. x. aſari aur. ii. marrubii aureū unum, radicis lili coelestis aur. quatuor: ſaliuncæ, ſeminis cucumeris, anisi, ana aur. vi. coquante cū duabus libris aquæ, donec remaneat tertia pars: & da de eo drac. quatuor. *Decoctio Agarici, ualens ad Epilepsiam, et purgans matrices, et prouocans urinā.* Recipe agarici. 3. x. turbith. 3. i. anisi drach. iii. armel drach. ii. radicis apii. 3. v. radicis lili coelestis drach. iii. maltiches drach. ii. radicis pœoniae drach. vii. coquātur cū tribus libris aquæ, donec remaneat medietas: Et dentur qualibet die tres drachmæ: utilis enim eſt ualde, & in epilepsia id expertum eſt. *Decoctio Aſſe ſetidæ, ualens ad Oppilationes aperiendas.* et eſt utilis ualde. Rec. aſſe ſetidæ, rad. lili coelestis, rad. apii, radicis ſceniculi, aristolochiæ rotundæ, ana. 3. x. coquantur cum libris quatuor aquæ ſufficienter: & dentur de eo drach. iii. *Decoctio Pœoniae, que aperit crassas Oppilationes, et eſt ualde experta.* Rec. pœoniae. 3. x. radicis pentaphylli, drac. v. aristolochiæ rotundæ drach. vi. coquantur cum libris tribus aquæ ſufficienter: & dentur drach. iii. *Decoctio perfecta Aristolochia et eſt mirabilis Hydropicis, et cito curans eos.* Recipe duarum aristolochiarum, centaureæ min. chamaedryos, ſquināthi, laccæ, ligni aloes, roſarum ana aur. x. spicæ nardi, phu, meu, apii, anisi, radicis lili coelestis, rad. apii, ſticti, cubebarū, hyſſopi, gariophyllum, marrubii, ſtœchados, cinnamomi, ana aur. viii. arameos, myrrhæ ana aureos v. costi aur. ii. coquātur in libris tribus aquæ ſufficienter: & dentur drachmæ quatuor cum 3. iii. iſtiſ electuarii. Recipe aristolochiæ rotundæ, granorum iuniperi, centaureæ, ana drac. ii. ligni aloes aur. i. spicæ nardi drac. i. marrubii drac. iii. conficiantur cum prædicta decoctione. *Decoctio Chamælii,*

D *pronocans Menſtrua, et auferens dolorem fortē.* Recipe chamæli aut. ix. aristolochiæ aur. iii. laccæ. 3. ii. spicæ nardi, cinnamomi, radicis lili coelestis, ligni aloes, ana drac. i. coronæ regiae drac. x. decoquantur cum libris decem aquæ in igne lento & lufficiēter, donec remaneat tertia pars: & dentur drachmæ quinque. *Decoctio Hyſſopi, contra paſſiones, Pectoris, et Tuſſes chronicas et agritudinē Asthma, et Anhelitū malum.* Rec. hyſſopi, agarici, rad. lili coelestis, liquiritiæ, ſquināthi, pœoniae, aſari, aristolochiæ rotundæ, ammoniaci, ſeminis ſceniculi, ſucci ſtœchados, succi marrubii, laccæ. ana aur. ii. decoquantur in libris tribus aquæ ſufficienter: & detur drachmæ quatuor in mane. *Electuarium optimum contra Aegritudines diuersas: et ualeat Scotomia et Vertigini: et ſcindit Phlegma uiscosum, et purgat ipſum: et auferit Dolorem frigidum.* Et eſt bonum cōtra Venena: et aperit Oppilationes: et prouocat Menſtrua, et urinam: et Caleſacit corpus: et ualeat ad Febrem chronicam. et purgat Matrices. Rec. agarici, aristol. rotundæ, ſucci marrubii, laccæ, ana. 3. v. aſſe ſetidæ, galbani, rhu barbari, spicæ nardi, phu, ſeminis ſceniculi, radicis apii, trium piperū, ana drachmas vi. ligni aloes drachmas quatuor, turbith aur. decem; confice cū ſyrupo facto ex melle. & a ſaro, & agarico, & spica nardi, & lacca. Et dentur drachmæ quatuor cum aqua calida. *Electuarium expertum contra Oppilationes matricis.* Rec. aristolochiæ, laccæ, radicis lili coelestis, ana: confice cum decoctione

L I B E R

etione gafit & dentur drachmæ quatuor cum aqua calida. *Electuarium curans Lapidem in Vesca.* E
 & est expertum. Recipe squinanthi, stéchados, ana drac. vnam : sanguinis hirci fisci drac. vi. lapi-
 dis iudaici drachmas duas, anisi. 3.iii. puluerizentur, & confice cum decoctione radicis apij.
Aliud ad lapidem. Recipe sanguinis hirci fisci, anisi, aristolochiae rotundæ, de lapide inuento in
 felle tauri, vitri combusti, saliuncæ, agarici, lapidis iudaici, amygdalarū amararū, ana : puluerizen-
 tur & confificantur cum inelle. Et dentur drac. iii. cum aqua decoctionis seminis apii. *Aliud mi-*
rabile contra uento sitatem fortem. Recipe anisi, cymini, satureiæ, carui, ana: cōfificantur cum melle:
 & dentur cū decoctione agarici, quæ sic fit. Recipe agarici, cyperi, folij, radicis squinanthi, aristolo-
 chiae longæ, & rotundæ, radicis apii. 3.vi. ponantur in caldario in libra vna aquæ super ignem
 leuem. Et dentur drac. iii. cum duabus drachmis medicinæ predictæ. *Medicamen bonum contra*
Asthma chronicum. Recipe laccæ aur. x. aristol. lögæ aur. vi. succi marrubii aur. vii. confificantur, &
 dentur quasi nux cum aqua calida. *Medicamen quod accepimus ab Acritone contra frigiditatem stomachi,*
 & contra humiditatē eius. Rec. ligni aloes, cinnamomi, thu barbari, spicæ nardi, mastiches,
 cardamoni: confice cum decoctione rosarum & nucum cypressi: & detur quasi nux. *Aliud va-*
lens ad Colicam ex ventositate & humore crasso. Recipe anisi, cinnamomi, absinthii, cymini, florum
 chamæmeli, ana. 3.x. agarici drac. xx. scammoniæ drac. i. mastiches drach. v. confificantur cum F
 decoctione carui: & dentur. 3.iii. cum aqua decoctionis gafit. *Aliud ad Dolorem capitis, & contra*
Cephalæam, quod est expertum. Reci. succi stéchados drac. viii. gafit, spatanæ, ligni aloes, ana. 3.iii.
 mastiches drac. vi. agarici ad pondus omniū: confificantur cum decoctione rosarum & masti-
 ches: & detur à drac. ii. usq; ad tres drachmas. *Aliud quod ualeat in principio desensionis aqua ad*
oculum, quo sepe curauit multos: & est expertum, & velocis curationis. Reci. spicæ nardi aur. x. cinna-
 momi aur. octo, agarici aur. ix. mastiches ad pondus omniū: confificantur cum bono melle: &
 sumantur de eo quotidie drachmæ duæ, est enim mirabilis operationis.

De Medicinis habitis à Zenone.

Zenonis de Athenis medicinæ. Iste fuit unus de magnis medicis. Ego aut̄ nō uidi ipsum, q̄
 nō fui temporaneus eius: sed magister meus uidit ipsum. Et ille habebat experimēta bona:
 ex quibus discipulus eius dedit nobis uiginti experimēta experta. Et nos pbauiimus ea ſepe, & in-
 uenimus ipsa optima. *Primū medicamē, quod dicitur Electuarium spica nardi, confortat Hepar debile &*
Cor, & ualeat contra Vomitū chronicū. Reci. spicæ nardi aureos cētū, spicæ romanæ aureos decē, ab-
 sinthii aureos octo, cinnamomi aureos quindecim, laccæ mūdate aureos nouem, gariophyllorum
 aureos quinque, gafit aur. xvi. marrubii aureos duodecim: aristolochiae rotundæ, thu barbari, ana G
 aur. xvi. cōfifice cū melle: & da aureos duos cū aqua calida. *Medicamē Secundū, quod dicitur Electua-*
riū Centaureæ, ualeat ad Podagrā, & ad omnes passiones Iuncturaru, cui nō eſt ſimile in hoc. Nā pnuocat
 urinā, laxat crassos humores & diuersos, & ſed ut dolores & aperit Oppilations: & eſt optimū ad Lapi-
 dē. & liquefacit phlegma: & mūdificat ſupflua à Pulmone & pectore. *Hoc medicamen dedit Zotion de*
 * *Al. gētianæ scriptis Zenonis, q̄ copofuerat id p versus.* Rec. cētaureæ min. aureos cētū zirūgē * aur. d. cē: anisi, fe-
 niculi, apii, ana aur. vi. olibili, gariophylloru ana. 3.unam: agarici, radicis lilii cœlestis, ana aureum
 unū: cubebæ, galbani, ammoniaci, castorii, triū piperū, spicæ romanæ, ana aur. xx. spicæ nardi tur-
 bith, ana aur. trīginta: aloes ſuccotrinæ aur. xvii. carpobalsami, xylobalsami, ſcillæ affatæ, ana au.
 xvi. mastiches, croci, ana aur. x. ſcamoniæ aur. viii. puluerizentur, & cōfificantur cum melle: & ſub-
 mittantur in hordeo per ſex menses: & detur ex eo drachmæ quatuor. Et hoc medicamen eſt de
 maximis medicinis, quas habebat ille medicus. *Medicamen Tertium, quod dicitur Electuarium Co-*
locynthidis, quod Laxat humores agnosos, & phlegma, & melancholiā; & cum hoc prouocat urinam.
 Et vere dico quod non eſt ei ſimile ad acuendum viſum, quia eſt in hoc mirabile. Rec. colocynthidis,
 ſcillæ affatæ, aſari, triū piperū, an aur. vi. spicæ romanæ, anisi, apii, ſeniculi, carpobalsami, gafit, cro- H
 ci, ana aur. duos: spicæ nardi, chamēdryos, chamēpityos, arist. rotūdē, gentianæ, ana. aur. vii. pulue-
 rizentur, & cōfificantur cū melle: & ſubmittantur in hordeo per ſex menses: & detur à drachmis
 duabus usque ad tres. *Medicamen Quartum, quod dicitur Electuarium Squinanti, ualeat ad dolores*
 fortes, & prouocat urinam, & aperit Oppilations, confortat Hepar conforatione maxima, & frangit
 Lapidem, & ualeat ad Febres chronicas. Rec. ſquināthi, aur. ccc. aristol. rotun. aur. ſex, ligni aloes au-
 reos tredecim, gafit aur. xiii. croci, spicæ nardi, carpobal. opii, ana aureū unum: mastiches aur. iii.
 triū piperum, folii, chamēpityos, ana aur. ſeptem: confificantur cū bono uino: & detur de eo quafi
 auellana cum eo quod conuenit tali ægritudini. *Medicamen Quintum, quod dicitur Electuarium*
Capillorum ueneris, ad purgandum quod eſt in Pectore ex humore crasso: & eſt nimis expertū. Recipe
 capillorū ueneris aur. uiginti quinque: radicis lilii cœlestis, liqritia, pœoniæ, carpobalsami, matru-
 bi, floris chamæmeli, aristol. rotundæ, * ana aureos quindecim, pulueriza, & cōfifice cum ſyrupo
 facto cum melle & capillis ueneris: & dentur drachmæ quatuor cum decoctione chamæmeli.
Medicamen Sextum, quod dicitur Electuarium Folij, ualeat ad Aegritudines fortes, qua accidentunt mu-
lieribus in matricibus earum: & prouocat Menſtrua, & ualeat ad Dolorem matricis, & calefacit Renes.
 Recipe folii indi, aureos uiginti: cinnamomi, spicæ nardi, spicæ romanæ, rubiæ, caſtorii, triū
 piperum,

A piperum, gariophyllorum, ligni aloes ana drac. xx. rhubarbari, mastiches, thymi, ana aur. xvij. confice cum melle, & detur quasi auellana. Medicamen septimum, quod dicitur Electuarium Aristo lochia, valet contra dolorē matricis, valde prouocat menstrua, & confortat stomachū debilem, & interdicit fluxum chronicum, & est mirabilis operationis, & non est ei simile: & sāpe probauimus ipsum, & iste^{*} Zotion utebatur ipsum. Rec. aristol. lōgæ, & rot. ana aur. viginti: radicis lilij cœlestis, laccæ, squi nanthi, marrubij, ana dr. ix. rhubarbari dr. xxv. spicæ nardi, ligni aloes, ana aur. xx. puluerizētur, & confiantur cū melle, & dentur drac. iiii. cum aqua calida: & ad fluxū intercipiendum cum decoctione xyloaloes: & ad menstrua prouocanda, cum decoctione aristol. * rotundæ: & ad dolorē matricis, cum decoctione chamæmeli, & asari. Medicamen octauū quod dicitur Electuarium olibani, quod est valde utile contra humiditatem stomachi, & liquefacit phlegma: & conuenit senibus, quia confortat calorem naturalem in corporibus eorum. Rec. ol. bani aur. x. machistes aur. iiii. squināthi, aristol. ana aur. ij. ligni aloes, laccæ, ana aur. j. radicis lilij cœlestis 3. i. rosarum, rhubarbari, ana aur. v. anisi aur. vj. puluerizentur, & cum melle confiantur: & detur ex eo quasi auellana. Medicamen nonum. quod dicitur Electuarium gafit, valet ad hepar, quia confortat ipsum, & aperit oppilationes eius: & valet hydropicis, & contra corruptionem complexionis. Rec. gafit aur. xx. laccæ aur. x. B ligni aloes aur. vj. gariophyllorū aur. ij. cinnamomi aur. xxij. Iquinanthi, cubebæ, rhubarbari, ana aur. xvij. rosarum aur. xvij. aloes nō abluti aur. ij. agarici aur. iiij. mastiches aur. x. puluerizētur, & cōfice cū syrupo facto ex melle, & agarico: & est medicamen valde nobile. Medicamen decimum, quod dicitur Electuarium Rhubarbari unaxime valet fluxibilitati stomachi, & confortat hepar, & valet hydropicis: & non est neque fuit aliqua simile in hoc: & Zenon nemini volebat dare. Cuius compositione nō lateat medicos, quoniam eius compositionem acquisiuit eius compositor cum magna sollicitudine. Rec. rhubarbari aur. centū, laccæ aur. xx. ligni aloes aur. xxxvj. cinnamomi aur. xj. aristol. longæ & rot. aur. triginta, fistuli aur. quinquaginta, squinanthi aur. lxxv. maioranç, anisi, luti sigillati, ana aur. xx. agarici, folij, ana aur. vj. gafit aur. triginta, spicæ nardi aur. xvij. trium piperum, zingiberis, ana aur. decē. stœchados, origani, ana aur. ix. radicis lilij cœlestis, radicis endiuiaæ, ana aur. vj. hysopifisci, mastiches, croci, ana aur. vj. carpobalsami, xylobalsami, ana aur. x vj. puluerizentur, & confiantur cum melle: & detur à^{*} drach. tribus usq; ad quatuor. Medicamen undecimum, quod dicitur Electuarium Capparis, valet ad aluritem splenis, & aperit oppilationem eius, & est optimæ operæ tres. Rec. capparis aur. xx. opopanaxis, scolopendriæ, marrubij, ana aur. v. gafit aur. xvij. ammoniaci aur. decē. sagapeni aur. octo: puluerizentur, & confiantur cū bono acetō: & da drach. duas cum decoctione carui, & capparis, & gafit. Medicamen duodecimum, quod dicitur Electuarium scolopendriæ, valet ad duritiem splenis, & est expertum. Rec. capparis dr. xx. marrubij dr. quinque, scolopendriæ aur. xvij. confice cum aceto, & fac troches: & da dr. duas cum decoctione tamarsici & gafit. Medicamen decimum tertium, quod dicitur Electuarium turbit, valet ad febres chronicas, & laxat humores viscosos, & calefacit renes, & est optimum ad passionem colicam ex ventositate, & prouocat urinā: & est mirabile. Rec. turbith aur. quinquaginta: agarici aur. xvi. croci, mastiches, ana aur. vi. squinanthi, aristol. rot. stœchados, ana aur. viii. cōfice cū melle: & detur à drach. duabus usque ad tres. Medicamen decimum quartum, quod dicitur Electuarium ellebori, valet contra vertiginem, Rec. ellebori nigri aur. xx. ligjini aloes aur. i. & s. croci aur. i. anisi aur. ii. mastiches aur. iii. maioranæ aur. i. agarici aur. vi. radici lili cœlestis, stœchados, ana aur. viii. turbith albi & gummosi aur. iii. confice cū melle, & da dr. iii. Medicamen decimum quintum, quod dicitur Electuarium Agarici, valet contra Cephalæam veterem, stomachum confortat & hepar. Rec. agarici aur. xvi. pœoniae, centaureæ min. ana aur. v. laccæ, ligni aloes, ana aur. viii. gafit, anisi, chamædryos: chamæphytos, squināthi, floris chamæmeli, mastiches, ana aur. vii. rhubarbari, spicæ nardi, an. aur. ii. turbith. aur. iii. cōfice cū melle, & da dr. i. & s. usq; ad dr. ii. cū aqua calida. Medicamen decimum sextum, quod dicitur Electuarium Scilla, valet ad artus, & ad oppilationes, & ventositates: sed non debet dari habētibus vulnus in membris interioribus. Rec. scilla assatae aur. vi. + stœchados aur. iii. agarici dr. + xvi. mastiches 3. ii. gafit, costi, triū piperū, ana aur. x. rad. lilii cœlestis aur. v. capillorū ueneis aur. iii. flo rischimæmeli aur. iii. confice cū decoctione agarici & melle: & da 3. ii. cum aqua calida. Medicamen decimum septimum, quod dicitur Electuarium gummi, & valet contra passiones frigidas, & ventositates crassas, & ad dolorē iuncturarum, & Ischiadem. Rec. ammoniaci, sagapeni, opopanaxis, an. aur. x. sarcocollæ aur. ii. mastiches aur. iii. anisi, cymini, assæ fetidæ, ana aur. iii. euphorbi + 3. ii. articulo. lōgæ & rot. rad. lilii cœlestis, ana aur. iii. pone gumi in succo fenniculi, vel in decoctione eius: & reliqua teratur, & confiantur cū melle: & da à 3. ii. usq; ad tres cū aliquo qđ conueniat passioni. Medicamen decimum octauū, quod dicitur Electuarium Luti: & est utile contra venenū. Rec. luti sigillati, anisi, salis indi, agar. ana 3. ii. rhubarbari, auellanarū, radicū pœoniae, an. aur. iii. pulueriza, & cōfice cū melle: & detur quasi auellana. Medicamen decimum nonum, quod dicitur Electuarium Asæ fetida, valet contra morbum scorponis, & contra febres chronicas, & liquefacit phlegma viscosum, & dis soluit ventositates. Rec. assæ fetidæ, costi amari, & dulcis, an. aur. v. arist. rot. zingiberis, atari, an. aur. ii. castorii, cinnamomi, aloes, ana 3. iii. rad. lilii cœlestis, sarcocollæ ana 3. i. & s. arist. gentianæ,

* Aliter Ze.
no.

* Al. longæ.

113

+ Al. dr. duas
bus vsq; ad
rationis. Rec. capparis aur. xx. opopanaxis, scolopendriæ, marrubij, ana aur. v. gafit aur. xvij. am-

moniaci aur. decē. sagapeni aur. octo: puluerizentur, & confiantur cū bono acetō: & da drach.

duas cum decoctione carui, & capparis, & gafit. Medicamen duodecimum, quod dicitur Electuarium

scolopendriæ, valet ad duritiem splenis, & est expertum. Rec. capparis dr. xx. marrubij dr. quinque,

scolopendriæ aur. xvij. confice cum aceto, & fac troches: & da dr.

duas cum decoctione tamarsici & gafit. Medicamen decimum tertium, quod dicitur Electuarium turbit, valet ad febres chronicas, & laxat humores viscosos, & calefacit renes, & est optimum ad passionem colicam ex ventositate,

& prouocat urinā: & est mirabile. Rec. turbith aur. quinquaginta: agarici aur. xvi. croci, mastiches,

ana aur. vi. squinanthi, aristol. rot. stœchados, ana aur. viii. cōfice cū melle: & detur à drach.

duabus usque ad tres. Medicamen decimum quartum, quod dicitur Electuarium ellebori, valet contra ver

tiginem, Rec. ellebori nigri aur. xx. ligjini aloes aur. i. & s. croci aur. i. anisi aur. ii. mastiches aur. iii.

majoranæ aur. i. agarici aur. vi. radici lili cœlestis, stœchados, ana aur. viii. turbith albi & gummosi

aur. iii. confice cū melle, & da dr. iii. Medicamen decimum quintum, quod dicitur Electuarium Aga-

rici, valet contra Cephalæam veterem, stomachum confortat & hepar. Rec. agarici aur. xvi. pœoniae,

centaureæ min. ana aur. v. laccæ, ligni aloes, ana aur. viii. gafit, anisi, chamædryos: chamæphytos,

squināthi, floris chamæmeli, mastiches, ana aur. vii. rhubarbari, spicæ nardi, an. aur. ii. turbith. aur.

iii. cōfice cū melle, & da dr. i. & s. usq; ad dr. ii. cū aqua calida. Medicamen decimum sextum, quod di-

citur Electuarium Scilla, valet ad artus, & ad oppilationes, & ventositates: sed non debet dari habē-

tibus vulnus in membris interioribus. Rec. scilla assatae aur. vi. + stœchados aur. iii. agarici dr. + xvi.

mastiches 3. ii. gafit, costi, triū piperū, ana aur. x. rad. lilii cœlestis aur. v. capillorū ueneis aur. iii. flo

rischimæmeli aur. iii. confice cū decoctione agarici & melle: & da 3. ii. cum aqua calida. Medicamen

decimum septimum, quod dicitur Electuarium gummi, & valet contra passiones frigidas, & ven-

tositates crassas, & ad dolorē iuncturarum, & Ischiadem. Rec. ammoniaci, sagapeni, opopanaxis, an.

aur. x. sarcocollæ aur. ii. mastiches aur. iii. anisi, cymini, assæ fetidæ, ana aur. iii. euphorbi + 3. ii. articulo.

lōgæ & rot. rad. lilii cœlestis, ana aur. iii. pone gumi in succo fenniculi, vel in decoctione eius: &

reliqua teratur, & confiantur cū melle: & da à 3. ii. usq; ad tres cū aliquo qđ conueniat passioni.

Medicamen decimum octauū, quod dicitur Electuarium Luti: & est utile contra venenū. Rec. luti sigillati,

anisi, salis indi, agar. ana 3. ii. rhubarbari, auellanarū, radicū pœoniae, an. aur. iii. pulueriza,

& cōfice cū melle: & detur quasi auellana. Medicamen decimum nonum, quod dicitur Electuarium Asæ

fetida, valet contra morbum scorponis, & contra febres chronicas, & liquefacit phlegma viscosum, & dis

solutus ventositates. Rec. assæ fetidæ, costi amari, & dulcis, an. aur. v. arist. rot. zingiberis, atari, an. aur.

ii. castorii, cinnamomi, aloes, ana 3. iii. rad. lilii cœlestis, sarcocollæ ana 3. i. & s. arist. gentianæ,

* Al. aur. j.

LIB. DE MED. EXPERTIS

Aliter.xij.

Eana drach.vj.pulueriza,& confice cum bono uino,& melle rubro:& dentur drachmæ tres. **F**amen uigesimum, quod dicitur electuarium rosarum, valet in fine quotidiana, & Hydropicis, & dissoluit uenostates. Recipe rosarum drac.lx.radicis lilij coelettis drach.i.& s. agarici aur.i.j.marrubij.drac.iv.laccæ,rhu barbari,ligni aloes,cinnamomi,anisi,sem.fœniculi,cyminii,absinthij,mastiche,ana.drach.vi.spicæ nardi,aristol.rot.ana aur.j.confice cum melle:& da drac.ij.Istæ ergo sunt medicinæ Zenonis, & iam probauimus ipsas. Nunc uolumus scribere medicinas quas multoties experti sumus, & deinde abscondetur tractatus. **G**edicamen subilians humores, & preparat ad exitum, in principijs ægritudinum frigidarum ante acceptiōem laxatini. Recipe absinthij,anisi, seminis,fœniculi,aristol,rotundæ,squinanthi,carpobalsami,folijs,cypri,agarici,radicis lilij cœlestis,ana pulueriza,& confice cum melle:& detur quantum auellana. **H**electuarium, quod dicitur enadens, valet ad dolores chronicos, & confessim. Rec.spicæ nardi aur.xvi.myrrhæ,opii,laccæ,opo panacis,castorij,olibani,ana aur.*leptem:galbani aur.vj.mastiche aur.v.folij aur.vi,piperis lōgi ij.croci aur.x.squinanthi aur.ix.ammeos,cinnamomi,ana aur.iiij.scorodi aur.ij.bdelij aur.i.radicis lilij cœlestis,agarici,ana aur.xvj.pulueriza,& confice cum melle. Istud electuarium expertum est multoties, & confessim auertit dolorem: Sed non debes dare plus, quam drachmas duas. Medicamen Amoronis Regis, valet contra podagram, & dolores innaturarum ex phlegmate uiscoso, F quo destruitur motus, & ualeat ad repletionem & ad debilitatem neruorum & est optimum mulieribus in quibus abundant superfluitates phlegmaticæ & est ualeat contra Lapidem: Et generaliter dico quod compositio huius electuarij est per adiuuamen diuinum: quod infinitis uiciis probauit, & à me non separari nec in ciuitatibus, nec in uillis. Recipe radicis lilij cœlestis aur.xx.galbani aur.vi.& danich.ij.ammoniaci aur.x.& drach.ij.ellebori nigri aur.vi.aristol.longæ,aur.v.rosarum aur.xx.turbith aur.vi.liquiritiæ aur.x.stechados aur.vij.satureiæ,centauræ min.ana aur.viiiij.& s.squinanthi aur.vij.croci aur.i.meu.aur.vi.phu.aur.ij.gafit aur.i.eupatorij aur.xvi.zirungæ aur.xx.& drach.vij.xylobalsami,carpobalsami,ana aur.vij.olibani aur.ij.chamœphytos aur.xvi.chamœdryos aur.ij.mastiche aur.vi.anisi,afari,granoru juniperi,ana aur.v.spatanæ,hylopi,ana aur.v.harmel,cymini agrestis,maioranæ,scillæ assatæ,ana aur.vij.sagapeni ammoniaci,aloes succotrinæ,ana aur.v.costi,gentianæ,ana aur.ij.origani aur.vij.nasturtij,casami aromatici,ana aur.iv.confice cum melle:& submittatur in hordeo per sex menses, & detur quasi auellana cum aqua calida decoctionis satureiæ & duarum aristolochiarum. Medicamen Afrita Romani, ualeat ad Lapidem uesica, & pronocat urinam. Recipe amygdalarum dulcium,seminis cucurbitæ, & cucumeris,lapidis iudaicæ,agarici,floris chamaemeli,gentianæ,ana drach.iv.aristo.capillorum ueneris, sa liunce,sanguinis hirci sicci,utri combasti,lapidis,qui inuenitur in felle uaccæ,anisi,radicis apij,bdelij,myrrhæ,ana aur.v.pulueriza,& confice cum melle:& dentur drachmæ quatuor cum aqua decoctionis radicum apij, & fœniculi. Dixit Galenus, iam dicimus in hoc libro nolito, quem uocamus librum experimentacionis medicinarum, quas probauimus, & accepimus à sapientioribus hominibus, & habentibus solitudinem erga artes: & nos i ccirco compoſimus hunc sermonem ut semper medicus habeat considerationem ad ipsum. Scias autem q̄ medici altarium curabant per cibos sacrificiorum: unde nobiliores probantur aliis medicis. Optime enim debemus laudare uitum, qui illa facit per cibum, & plus, quam illum qui curat per medicinam: quia corpora, quæ curantur perehbitio nem dixerit, reducuntur melius ad temperantiam, quam q̄ curauntur per medicinam. Et medicus pro uitili sua debet considerare, ut cibus, & materię, quę debent propinari, sint proprię naturę patientis, uel accipientis: Et sint boni saporis, ut eger delebetur in ipsis, & diligit. Et non debet uti eadem medicina diu, ne fiat ei quasi natura lis. Et caue ne prebeas medicinas mali saporis, quoniam medicina, quam infirmus habet in odio, plus nocet, quam prospicit. Vnde & medici dignum duxerunt cum medicinis miscere res dulces, & res saporitas, sicut nos fecimus in rob nucum, quod accepimus ad anginam. Et similiter ingeniati fuerunt in medicinis laxatiis ponere aliqua: quę stomachum confortant. Et debes cauere in curatione malitię cōplexionis, sine materia ab euacuatione, & è conuerso. Et debes laxare naturam à leuioribus cōsuetis generaliter, sicut diximus in libro interiorum. Sed semper quando uolueris euacuare, primo subtilia, post euacua patrum, deinde mediocriter, deinde fortius. Et caueas a medicinis nō expertis, sed utaris expertis, & usitatis a bonis physicis, & expertis. Et scias, quod omnes istę medicinæ sunt bona in locis suis, scilicet ubi conueniunt: & sunt uenena in suis contrarijs. Nos autem iam diximus in hoc tractatu de istis medicinis plures expertas, & si postea acquisiuerimus alias, scribemus eas in fine huius tractatus.

DE MELANCHOLIA EX GALENO RVFO ET POSSIDONIO

Caput Nonum Libri sexti Aetij.

Iulio Martiano Rota interprete,

Sicut in apparentibus corporis membris interdū eadem omnibus temperatur a cōspicitur, uelut in deprauato corporis habitu, uocataq; elephantiasi, & aqua inter cutem: interdum unum aliquod membrū, uel biliosum vel melā cholicum, uel pituitosum humorem suscipiens, ipsum suā tñ temperaturā immutat: ita contingit, & cerebrum lādi, quandoq; totius ratione, quia sanguis, qui in omnibus uenis continetur, melācholicus effectus est: qñq; partis, quia reliquo sanguine illæso permanēte, is qui cerebro continetur, solus immutatur: hocque duobus modis, aut quia talis in cerebrū aliud fluat, aut quia melancholicus in cerebro reddatur: redditur aut ab eius caliditate, uel flauam bilē, uel crassum & nigrum sanguinē, adurente. Ferè semper àt partes, q; in p̄cordijs sunt, ita prius affectæ cerebrū tacito quodam consensu in eundē affectū trahunt, atq; ita despere hominē faciunt, uel atra bile cerebrū occupāte, uel melancholico uapore in idem ascendentē: quēadmodū fieri consuevit in eo morbo, quem flatuosum, & hypochondriacū nominamus. Neq; n. propositæ tractioni quicquā obstat, aliunde atq; ex alio mēbro, huiusc affectus initū originēq; esse, cū facile ostiolū uentriculi quiduis patiens in similē affectum cerebrum ducat, nimirum ob cōuenientiā quā cum eo hēt pp̄duos nervos, qui desuper à cerebro ad ipsum maximi descēdunt. In eosdem affectus cor quoque idē trahit propinquitatis ratione: itē & septū transuersum, cui adnatum est. Conuenit quoq; uentriculi ostiū cū spinali medulla, qua parte ipsi adhāret, & collī uertebris adnexū est. Principiū àt hmōi melancholiae, vt plurimum ex cruditate consurgit: nā flatus plurimi consequuntur, & quocunq; cibo assumpto, & sublimes, & ferè semper in p̄cordijs obuersantes: ructus insuper acidi, fētidū, ac veluti pisces olētes subsequuntur, q; quis eiusmodi nihil comederit: alius ut plurimū ipsis est siccus: somnus exiguus, atq; diuulsus, & p̄ somnū uisa perturbantia, enormiaq; saltus toto corpore alij atq; alij: capitis uertigines, & in autib. uētorū sonitus: putatq; se ali caput repletū aggrauatūque h̄c: cōtra alij vacuū & leue: quidā ne caput qdē prorsus sibi esse, cui Philotimus ad alia remedia, plumbeā galeā imposuit, qua oppressus caput sibi adesse intelligeret. Euadūt pleriq; melancholi ci in tenerē proniores, obliuioſi, timidi, misericordes, ad fletū p̄opti, solitudinū amantes. Demones ab iniūcīs ueneficis immissoſi sibi qdā ſuſpicant. Alij noxiū quippiā ſe deuorasse credunt: q; opinionē id ipsis cōfirmat, q; mox abominabilia, & monſtruosa uomūt. Videſt àt alijs alia: prorsus que morb. hic varius est, & inexplicabilis. Velut ecce, vt de timore loquar, qui iā amicissimos formidat, alius oēs ēt alios hoīes metuit: hic in lucē prodire timet, ille tenebroſum aerē ſectat, alius cūdē refugit: ferè uēs tñ in obſcuris locis uerſari gaudent, ſepulchrab; & ſolitudinib. Nonnulli ēt vinū, oleū, aq; quoq; & oīa liquida metuūt, ut qui à cane radido demorsi ſunt. Atq; ut paucis, me expediā, melācholiae, & insaniæ multas spēs hēnt, ſiquis uniuersas earū imaginationes cōſiderat, velit: verū ex eis oīb. duæ cōes ſunt, timor & mœſtitia: mæſti nanq; ſunt oēs p̄ter yōnē, nec ſi p̄cōteris cām, ob q; tristes ſint, reddere valent; metuūt. n. nō pauci mortē, & qdā alia, q; metu digna nō ſunt, q; quis nōnulli mortē ēt uehemēter appetat. Cæterū cū rōnalis animi ſedē atra bilis occupauerit, mirādū non eſt: ſi metus, ſi tristitia, ſi mortis expectatio obnascatur: cum ex ijs, que extra corpus nostrū poſita ſunt, nihil adeo nobis formidolosum ſit, ut tenebrae: quam obrem, cū veluti obſcuritas quædam rationalis animæ ſedem occupauerit, neceſſe eſt ſemper hominem terrori, eo quod terroris cauſam ſecuīn quoconque deferat: nam ut in tenebris pueri timent, & ex adultis non conſueti, ſic & atræ bilis color, tanquam nox quædam rationalis animæ ſedem obumbrans metus procreat. Oēs itaque cauſas accidentium q; cuique contingunt explicare ne- mo pōt, cum pleraq; dubitationes haud parnas contineāt, ut cur aliqui qdām fugiunt tāq; moleſta, cā tñ moleſta non ſint, & quædā q; bōna non ſunt tanquā bona ſectantur: itē, cur alijs domeſticos timet, alius oēs hoīes, atq; id genus alia. Medico tñ plurimum accidentium cauſas exponere difficile non eſt, velut is qui ſe figulinū uas arbitrabat, ob ſiccitatē arbitrabat: frigidus. n. & ſicc' eſt melācholicus humor, qua de cā & alius cutē ſuā pelle ſiccā opinabatur. Nā qui caput ſe non h̄c putabat, fortassis ob lauitatē capitū id arbitrabat: lauitatē àt capitū, flatus qui attollebatur, efficiēbat. Sed cur melācholici plurimos cibos appetunt? an quia frigidū os uētriculi h̄nt? Cur uinū

Spurj.

P 2 corum

DE MELANCHOLIA

eorū aliqui plurimū hauriunt? an quia calefieri frigidus humor desiderat? Cur seiplos perimūt? E an quia putant se à maiorib. malis explicare? nisi talis opinio pridem ipsis indita sit, ut mortē sibi inferre pulchrum existiment, qua in opinione pleriq; barbari perstant. Cur át assidue cruditate laborát? an quia turbulentū plenūq; excrementis corpus hñt? atq; ideo eorū ventriculus male tē peratus semper ob humorem melancholicū friger. Cur ipsis ferè semper aluus stricta est? an quia flatus ipsis circa p̄cordia uagatur, nec deorsum admodū inclinat, atq; idcirco eorū aluos astrictas esse oportet? interdum tñ ex longa detētione multa repente, & colliquata remittunt. Connivēt aut. oculisq; prominentibus, & labris crassis sunt, ut plurimū, ob spirituū crassitiē. Fusi sunt, qñ humor ad cutim effundi. Pilosi euadūt istorum plurimi, quia multis, & crassis exrementis abundant. Lingua uelocem ferè semper habent, sed & balbe, & exili uoce loquuntur ob linguz incontinentiam: nā uehementes linguae motiones à spiritu crasso siant, omne át q; uehementer mouetur, celeriter quoq; motū suum absoluunt. Sed finē faciamus, nam hisce excitatus poterit quisquis voluerit aliorum quoq; accidentiū cās indagare. Nigret át humor iste qñq; calefactus plusq; deceat, qñq; frigefactus magis q; conueniat. Quod n. carbones accensi patiuntur (nā lucidissimi cū sint, extincta flama nigri sunt) id hilaris sanguinis color patitur, frigiditate sublatus: cuius rei exē plum habere possumus in quibusdam membris, quæ frigore liuida primū, tum nigra sunt. Ni- F mia quoque caliditas cum exiccat, & consumat humorē, quo naturalis calor nutritur, humores nigrefacit, non aliter atq; Sol fructus, & hominum corpora.

Hactenus, q; medicū scire oportet prius, q; curationē aggrediatur, diximus: Nunc quē noscere debeat is, q; hoc morbo laboratibus succurrere velit, subiugemus. Nō minimū aut interest scire, vnde morbus originē ducat. Nā cū uniuersum corpus, totum sanguinē melancholicū hñt, principium curationis a missione sanguinis auspicandū est: cum át solum cerebrū, sanguinis missione æger non eget, mō sanguine non abūdet, & præseruandi cā sanguinē detrahere nolimus. Ex his át cognoscēs, vtrū totum corpus melancholicū sanguinē contineat, an in cerebro tñ is sanguis acruatus sit. Nam qui nigri, & hirsuti sunt, uenasiq; latiores habent, facile melancholicū humorē gignunt. Interdū tñ & hoīes rubicundi repente in melancholicam temperaturam deueniunt. Et ab ijs, qui fuluo colore sunt, præsertim si vigilijs, laboribus plurimis, sollicitudinibus, uitio tenui, melancholicis cibarijs, se diu exposuerint: insuper si sequena aliqua in sede suppresserit aut aliqua alia consueta sanguinis euacuatio, velut in mulieribus menstrua. Non parū quoq; ad hoc facit anni tps, aeris cōstitutio, regionis situs, ægrotantis aetas, & eiusdē ars. Hæc oīa, vbi p̄spe xeris quoties in oīb. uenis corporis aguinē melācholicū cōtineri dubitabis, firmissimā dignotio G nē cōficies, si cubiti venā secueris: mediā uero secare melius est: q; statim supprimes, si sanguis, q; effluit melācholic' eē nō videat: sin erit, tñ detrahēs, quātū laboratis habitū expostulare cēsueris

Tertia melancholiæ species, quam principiū à ventriculo habere dicebamus, quamque hypochondriacam, hoc est p̄cordia infestantem, appellabamus, ex antedictis plerumque dignoscitur: Primo nanque superius dicta accidentia circa ventriculū incipiunt, inflationes dico, gurgulatōnes, ructus acidos & uirulentos, astrictam aluum, atq; id quod cegerendo vel euomendo excernitur supernatans: tum ipsi ægrotantes in præcordijs turbari oīa & commisceri sentiunt. Quemad modum igitur plerūq; uapore quodam fuliginoso sumofove, aut crasso sursum ad oculos eleuato cæcutire sibi nonnulli uident, ut qui suffusionem patiuntur: ita & nunc in cerebrum ascendeante melācholico vapore tanquā fuligine quadā aut sumo, melācholici casus menti obuerfantur. Quoties igitur melācholicæ dementiē propria signa magna nō apparebunt, & citra uētriculum, aut nihil turbulentum affuerit, aut parum admodū, existimādum erit cerebrum primo affectum esse, quēadmodum dictū est. Quæ igitur cerebro primū affecto melācholia consistit, assiduis balneis, uitio boni succi & humido, nec flatuoso, procurāda est, omisso quoquis alio potēti remedio, qñ noxius humor diurnitate t̄pis nondū euacuationis rebellis erit: tunc. n. uarias, H & ualentes magis conuenit adhibere medicinas. Oportet aut̄ incipiente morbo mederi, nam inueteratum & auctum medentis manus respuit. RVFI. Cōia autem remedia siue cerebrum, siue præcordia primum patientur, sunt quē aluū subducunt. Sed in primis studium adhibere oportet, ut concoctio probe fiat, postmodum purgare epithymo & aloe: siquidē ex his uel exigū quidam singulis diebus sumptum plurimū iuuat, & leniter aluum subducit. POSSIDONII. In quibus sanguis abundare uidebitur a principio statim uenam cubiti incidere conuenit, præsertim in quibus consueta aliqua sanguinis euacuatio retenta est, in mulieribus autem quibus menstrua defecerunt, tali uenā aperire confert. Quisq; uero pro habitus sui ratione inaniendus est. In quibus autem mali succi potius abundant, ubi prius ægrotantē recte cibaueris, utere Rufi hiera uel Archigenis aut Iusti. Quod si & sanguis & praui succi abundauerint, primum uenam incide: tum purgationem exhibe: postea diebus aliquot interiectis, clysteribus aluum subducas, primo cremore surfurum, spuma nitri, & melle: deinde siliculæ radicem contusam uel epithymum surfuribus incoques: ab hoc clysteri diebus tribus interpositis hieram dabis amaram, quē aloen recipit, & præ cæteris omnibus epithymū habet. Conficies autem ipsam, sicut Themison docet: imponesque

A ponesq; aloes drach. centum: mastiches, croci spicæ nardi, cinnamomeique, & casiae duplū: alari ue
ro, & carpobalsami, singulorum unc. j. addesq; epithymi duas vncias. Ex aqua mulsa hanc dabis
quantū magnum cochlear capit bis, aut ter, ex modicis interuallis. Hinc vbi laborantem rursus vi
ētu conuenienti recreaueris, hierā Rifi denuo exhibebis, aut Archigenis, aut Iusti. Quantitas au-
tē qua exhiberi debet, sunt drach. ii. ex aqua mulsa, & salis cochlearium paruum. Melius est autem
aluum inanire iis, quæ leniter vnius diei spatio subducunt. Nigram autē bilem ducunt amaracus,
& quam cunilam vocant, inspersæ mulsa, & ebibitē duum drachmarum pondere. Confert etiam
sero laetis aluum inanire, sed non id quod è caseo fluit dandum' est: melius est enim, quod feruefa-
cto lacte sciungitur ab alio. Sit autem potus lac equinum, si minus, bubulum: imponaturq; nouę
ollæ, agiteturq; ramo ficus: ac dum effervescit, ter aut quater aqua mulsa irroretur: postea colatū
exhibeat, melle primum admisto: tum vbi venter fluere cœperit, non amplius addito melle:
sumatur autem ad cotyle mensuram, nec minus quinq; cotylis. Post omnes autem alui subductio-
nes, maluæ semen valde lœuigatum ex aquæ cyathis tribus dandū est duarū draehmarū pondere:
summopere nanq; ad rem facit: quamobrem eo frequenter utendum est. Optimum est etiā pule-
gii decoctum crebro bibere, tam ante, quam post purgantia medicamenta. Idem & centaurii m-

B noris decoctum potest. Nam absinthii decoctum, & frequenter, & subinde prebebis, cum & alio,
& ventriculo æque prospicit, ac præter hoc multam in uentre uentositatem gigni prohibeat, nec in
totum siccari aluum permittat: lotum insuper prouocat, & cōcoctionē impensis adiuuat, adeo
ut hoc solo quosdam viderim ipse liberatos: Exhibenda sunt etiam quæ vrinam mouent, anisum,
daucus, petroselinum, nardus, & asarum, atq; præ oībus his hippomarathri semen, & radix: quan-
quam chamæpityn, & trixaginem sumere promptius sit: quodcunq; uero ex istis, aut ex aqua eli-
xum dabis, aut comminutum poculis aridum insperges. Bonę sunt etiam inanitiones, quæ per su-
dorem fiunt, siue laboribus, siue balneis procurentur, siue inunctionibus in Sole factis, veluti ex
oleo chamæclino, nitro oleo admisto. Quibus peractis, vbi ægrotantis habitus melior esse vi-
debitur, ad hieram denuo redi. Curam quoq; præcordiorum habere conuenit cū eum qui curare
quempiā incipiat, tum eum qui in curatione multum processerit. Fomenta itaq; cōueniunt, quæ
ex oleo fiunt, in quo rutę, anethi, serpilli, absinthii, artemisia, pulegii, viticisq; semen, & lauri bac-
cæ, aut folia tenera bullierint: hoc enim & dolores mitigat, & inflationes minuit. In uentositati-
bus autem quæ uentriculū mordet, cuminū & pulegiū aceto incoquenda sunt, & spongiis admo-
uenda: aceto quandoq; alumen inspergimus. Cataplasma oleo constent, in quo decoctū sit, uel

C anisum, uel apium, uel cuminū, uel cyperū comminutum, irimque, & libanotidem adiicies, confe-
runt autē, vt plurimū, tā ante, quā post cibū facta. Cataplasmate autē ablato præcordia cōtegenda
sunt, uel lana quā latissima, vel agnina pelle leuissima, & pura, ubi prius nardino pigmēto locum
inuixeris. Inunctionibns cucurbitulas adiicies, aduersus inflationes quidē leues: adueritus inflamma-
tiones autē, & tumores duros, scarificatas: quibus ablatis cypriño ceroto uteris, & polyarchio, &
eo qui ex styrace cōstat, & alio præcipue qui ē seminibus cōficitur, atq; alijs id genus. Procedente
uero curatione proderit admodū uti rubificāte, quod è sicubus, & sinapi cōponitur: concoctionē.
n. reuocat, uētriculoq; robur addit: & si quis dolor in præcordijs remāserit, ipsum aufert. Vtemur,
& acriter abstergētibus præcordia, medicamētisq; picē recipiētibus, hoc est pice sicca per se ipsam
liquefacta, uel cū modico oleo: calida uero cuti imponitur tā ante, quā in dorso, quoad spōte deci-
dat: quare & cū ea lauetur, & si quid parū à cute recedat, auferendū est torfice. Summe autē inuan-
tur qui siccū bouis sterlus aceto mulso cōmīstum sibi indiderint: bulbique cū nitro, uel alumine
lœuigati magnopere prosunt: hæcq; bubulo stercori cōmīsta utilia sunt, maxime cū mordicatio-
nis sensus in ore uētriculi ipsis aderit: nā quibus corpus frequēter cōuelliuit, expedit bibere casto-
riū, & eodē in oleo: sicyoneo dissoluto corpus inungere. Conuenit etiā ipsos ante cibū ambulare,

D & exerceri quantū uires tolerāt: nam balnea bene cōcoquenti non admodum sunt necessaria, nisi
lassitudinē quāpiam sedare uelis: quicūq; uero uentriculū habet ad concoquendū non idoneum,
huic frequenter balneis uti prodest, uel ieuno, uel peracta iam concoctione. Post balnea dabi-
mus cibaria concoctu facilia, non inflantia, bonam aluum facientia: diligenterq; obseruabimus,
quomodo à singulis ægrotus afficiatur: neque enim omnes eodem modo, iisdem cibis afficiun-
tur. Verum qui fere omnibus cibi cōueniunt, sunt panis recte confectus in furno coctus. aues quæ
nec pingues sint, nec edaces, & in montibus degant: oua gallinacea leuiter cocta. Pisces saxati-
les, quiq; carnes teneras habeant: echini uero marini plurimum excellunt cum gratia, tum uti-
litate: reliienda sunt, quæcunq; in cōeno, & paludibus uiuunt. Carnes hœdinæ conueniunt, &
lactentiū animalium: horūn præcipue partes sunt, quæ multam carnem non habent, elixæ: inti-
les quoque nō sunt uuluæ, sumē, & pedes porcini. Ex oleribus quo ad cōem uictum prosunt dul-
cia: nam quæ acris sunt, ut medicinę exhibeantur, uelut palustris asparagi, petroselinū, & similia,
Quantitas omniū quæ assūmuntur moderata sit: Vinum autē album, tenuē, nec ualde antiquum.
Non oportet autem inter cibum repente multum bibere, neque plurimum sit id quod bibit, ne ci-
bus in uētriculo fluitet. Placet etiam, ut præter hæc omnia, aceti acidissimi cochlear unū post cœ-

DE MELAN. EX GA. RV. ET POS.

nam sorbeat, cum dormitū uadit, & eo inter comedēdū obsonia intingat. Præstat autē aceto scillæ E parū, & rutæ aristolochiae tenuis admiscere. POSSI. ONII. Ad inflationes Oxyporium tale conuenit, Legustici: seminū apī, zingiberis, thymi, singulorū uncia: mellis despumati quantū sufficit: dato cochlearis dimidiū, tā mane, q̄ vespere. Quod si mellis dulcedinē auerserit, aliud qđ concotionē iuuat ita cōficies: Scillæ tostæ un. i. salis ammoniaci vn. v. semi. apī, fæniculi, thymi, petro-selini, anisi, sisonis, zingiberis, singul. 3. iv. panis siccii, & puri un. v. piperis unc. i. & s. ex hoc dato ad comedendum quantum cochlear capit, cum cibo, quo pacto uult ægrotus. Dandum est in super per quædam interualla, quantum cochlear continet theriacæ p̄sertim hyeme, & ueris initio. RVFI. Vomāt ex longiorib. interuallis à cibo, & iejuni p̄sumpto raphani origanive aut thymi de cocto: nequaq̄ vero sumant, q̄ vehementius uomitū concitant, noxia sunt, n. eiusmodi, uentricu loq.; & eius ori debilitatē addunt, in ijs, qui iamdiu morbo laborarint; nā quidā ob uomitū acrius concitantia, uisi sunt melancholia capi. Illud quoq; nouisse conuenit, plerosq; hoc morbo infestatos, quo tēpore curabantur, nihil prosecisse, sibi dimissos cōualuisse, propterea, quia recte pri à medicis tractati, postea uires aduersus morbū maiores acceperint, cū antea remedij attriti forēt. Quamobrē naturæ, quies condonāda est: q̄ pluribus auxilijs affligi, quiete refici, uidemus atque iā extenuatos morbos superare. Qui canina lupinave melancholia tenentur, Februario mēse noctū domos exēunt, in cunctisq; lupos, & canes imitantur, vsq; ad diluculum uagant, sepulchraque p̄cipie recludūt. Ita affectos his notis dignoscet. Pallidi sūt, segniter aspiciunt, oculos aridos habent, concauos, nō lachrymātes, linguā siccā proferunt, saliuam nunquam reiiciunt, siticu losi sunt, in tibijs vlcera gestant, quæ sanari non possunt, & quia crebro offendunt, & q̄a à canib. mordentur. Hæc eorū indicia sunt, estq; hoc morbi genus melancholiæ sp̄s. Quā curabis cū se cōstitutio aeris immutabit, si uenā incides, & vsq; ad animi deliquiū sanguinē effluere sines egrotantēq; boni succi cibis ales, in balneas dulces adduces: & ubi trib. diebus serolactis vſus fueris, ægrotantem hiera, quæ colocynthim habet, purgabis, Rufi, Archigenis, aut Iusti, bis aut ter ipsā per interualla p̄bens. A purgationibus theriacā propinabis, quæ uiperas hēt. Alia quoq; remedia quorūcūq; supra meminimus, admouebis. Vespere demum aduentante morbi uiolentia soporiferis medicamentis caput irrigabis: odoramēta somnū procurantia porriges, naresq; papaueris succo inunges: & interdum aliquid, quod somnum conciliat bibendum exhibebis.



GALENO ASRIPTVS LIBER DE CVRA ICTERI

CENSURA

Multa hic uera, & ex Authoribus doctis exscripta.

A Icteri curam prima quidē duo sunt maxime necessaria auxilia, i. phlebotomia & purgatio. Sed purgatio quidē est, ppinqua, eo q̄ cholera & nō sanguis abundat in icticis. Fiet át & aliquā phlebotomia propinqua, qā si mulcum cholera abundat sanguis, & qā hepar vel splē ab inflāmatione tēdit & dolet, sicut multoties accidit: nihil. n. est aptius phlebotomia ī dolore viscerū. Alius át & phlebotomās curabat, sicut & Praxagoras: sed nō distin-guebat qui erat phlebotomādus, & qui non. Purgationes uero magis appropriate sunt huic egritudini: & plus iuuantur patientes, qn̄ purgantur iuxta principia. Ego át euphorbio miscens epithymum, & aloē, & petroselini, & dauci semen, & piper albū, purgo icticos: vt plurimū quidē solū hoc sufficit. Bene uero purgat & scāmonia cū aloe, & sicyoma, & qc̄ quid aliud acutis euacuat, maxime át qcunq; cholera ducunt. Debiliora uero subductoria fortassis non cōserūt, eo q̄ nō curantur facile i cterici p p uētris siccitatē, nec oīno descēdit cholera ad intestinū. Quib. át ī impedimento est aliquid vt purgen, his cōfert uomere per raphanidas frequenter, aliquā át & post cenā: etenī hepar ad ambas euacuationes, eā s. q̄ p subductoria, & eā q̄ p uomitus, nō improprie ducēdū est. Et hypochōdriū, ut utiq; mollius existens, cataplasmādū, miscēdo farinæ hordei de rore marino, & scincio, & artemisia, & absinthio, & abortano, & gramine, & ruta, & cardamo, et chamēpity, & allio. & cētaurea: hæc. n. alterna urinas mouent, q̄ egritudini ē magmū bonū, & cōtrahitur uiscus. Vētosarū át appositionē uidi p manib, existere ī medicis, qn̄ carēt eis q̄ propria sunt egritudini: nō tā ualde laudo, neq; uituperō eā, sed sūm tps. In eis. n. i cteris qui à uentre, post eos qui ab hepate, puto conferre: secundario verò eis qui ab hepate bene tumorem, aut dolorem habet. In eis autem qui a splene, nihil prodest uentosa: hepar enim & ueter applica-

A applicata phrenibus, possunt euacuari per vētosam uerius hypochondrium, propter cōtinuitatē: splen autē nullū cōe habet cū phrenibus, sed multū ab eis distat. Nequaquā igitur oportet eos, q. à splene, ieteros curare vētosam. Mitigatis uero febris, cerotū apponere, primū quidē cerā, & resina coquēdo cū cyprino.i.alcāna, & melilotō, & bdelliū, & ammoniacū miscēdo. Ignita uero hypochondria nequaquā la des, & farinā hordei cū floribus uitis albæ, melilotō cataplasmās: coquere autē oportet melilotū in dulci, & terere cū farina, effudēdo de ipso dulci: sit autē id, & absq; farina p panē mollē. Bibere autē oportet pharmaca in hac ægritudine, succū absinthij infundēs in aqua cum nardo. Fortius autē oportet coquere absinthiū in aqua, & colatum dare ietericis: optimū.n.est pharmaciū si quis animose offerat, nō attēdēs ad amaritudinē. Et nimirū apparebit tibi magis dulce, quā amarū, esse absinthiū, amariora.n.noui hoc aristolochiā, gentianā, cētaureā, & alia multa. Nēpe & prætermittere quid iuuantiū propter gustū, ingenerolum est: sicut & assumere quid no cuū propter delectationē, nefandū. Et nimirū patiuntur ieterici quid inconueniens: amara enim eis apparēt quē sunt dulcia: unde amaritudo, quē inest absinthio, à passione obtusa erit. Bonū autē est bibere ad ieterū, & hoc, Calaminthen: peristereonem, uocant āt sacrā herbam: acetosulā, laphium acutum, quod est rubrum in stipite, & frondibus, & stipes est quadrangularis, plenus semi-

B ne, radix uero eius est lutea: hoc autem per se comedestum: & decoctio radicis bibita, cito iuuat. Iuuat autem, & domesticum lapathū similiter: comedere autem oportet & de ea in prandio, & de decoctione radicum bibere. Nullo autem minus est anchusa, & silphium, & chamæpitys, & erythrodani radix, & rosmarinus, & uocatum hemionium, & subtilis aristolochia, & adiantum, & ferpyllum, & hypericon, & struthion: horum enim singulūm bibere licet coquendo in aqua uel cū uino: uel incisum permiscere cum melicrato, uel uino antiquo: ut plurimum uero pondus uniuscūiusq; est. 3 i. Bonum autē est, & terere ipsa, in aqua, ut in magnitudine fabæ. Expurgant autem bene in ieteris, & sulfur cum ouo sorptum: & allia assa & cruda comesta, & cæpæ, & raphanides: & melicratum per se est optimum, & cicerum decoctio, & cichorium cum uino, & caulis sucus, staphilini radices, & cornu cerui abrasum, & in uino bibitum, & amygdalæ amaræ coctæ in ptisana, & petroselini, & smyrnij molles radices, & anisum, & meu, & acorus, & radices de ponto odoriferæ, maximè autem asarum, & nardus, & solarri succus, & chamæmelum, & mercurialis, & *tamariscus. Hæc enim omnia sunt pharmaca ietericis purgativa: & offerre ipsa oportet sicut *Al. amarac*. ego cum multa experientia scripsi. Non autē in solis pharmacis faciebam curam, sed diætans quā maxime: aliquibus enim sola diæta præbuit quod quærebatur. Optimum autem est post exurrectionem mane à somnis, tentare fricari moderate cum oleo puro. Coquatur autem in oleo salvia, uel amarinum, uel artemisia, uel bacca lauri: uel chamæmelum, uel iris, uel nardus, uel cassia lignea, uel costus: expurgant enim prædicta colorationes, & sudores mouent: Deinde abstenso suauiter, ut remaneat pinguis, apponere hypochondrio cerotum uel malagma Amathonis, uel Polyarchi, uel alicuius talium, quæ primo quidem remittere habent: deinde cyprinum cerotum: & testo hypochondrio, et superaccincto paciente, ad deambulationem oportet exire: modicum uero moto bibere de prædictis Pharmacis. Supra potum autem, modico motu quiescere: deinde ire ad balneum. et ibi prius moto ut uocitante balneari cum aqua multa, et calida, simul. n. sudores sic conferunt: simul autem, et pruritus cessant, et maxime si nitro, et fæce uini uista abstergatur cutis. In balneo autem et melicratum bibitum consert. Cibaria uero ietericis, et pulmenta, sunt panes bene fermentati, et non multum puri, ad secessiones enim ij conferunt. Pulmenta uero, præsuccū gaziticum, uel byzanticum antiquum, et raphanides, et capparis cum oxytelite, et pisces mollium carnium, et petrini affi, et cum croco cnidio, et coriandro, et aniso cocti, et ericio, et cum melicrato: hæc autem et ut pharinacum prolunt ducentia ad urinas. Quan-

D do autem, et terrestris fuerit ericus, non oportet abstinere. Quando autem pisces non adsunt, cicera coquendo, bibere oportet aquam: comedere autem salsuginosa, et bibere uinum album oderiferum. Neq; ab oleribus oportet abstinere, sed et horum brodia quam maxime oportet sumere, quæ suauissime mouent mictionē: sunt autem talia, pastinaca, et cartamum, et struthij germina, et scandix idest enduua, et cyminum *, et molles cardui, et scéniculus, et eryngij radix, idest uitiale porrum, et asparagus, et smyrnij stipites, et mercurialis, et omnia talia: bonum est autem, et origanum uiride. Domesticorum uero olerū, aptissimum est caulis, et orinibū eius, et sulum et raphanis, et rapa, et cæpa hortensis, et germen linapi, et tritio quæ est de semine eius et de allio. Carnium autem, sylvestres sunt meliores domesticis, et elixæ magis, quam assæ: appendant autem selini semen, et * anethi, et cymini. Domesticas uero assas oportet comedere, quæ sint iuuementia. Excipere autem oportet omnia paludosæ, et aquatilia, et gallos nisi moderate carnosæ fuerint. Fructuum uero uentosi quidem oēs non sunt apti, sed qui sunt uisceribus familiares, et urinas prouocant, absq; quod sint bene cibabiles. Dactylorum uero balani, id est fructus, ita sunt diuretici, ut si quis uirides comederit, sanguinosas urinas copiose faciat. De tragediatis autem, fixa cicera sunt optima. Vinorum autem, alba, et substyptica, et subtilia, et noa ualde antiqua. Et iuuenum melius est oblationem facere post labores, et balnea, cauendo a reple-

DE CVRA ICTERI

tione, sicut, & ab indigentia, ambæ. n. iictericis sunt pessimæ, repletio quidem propter indigestio- E
nes, & eo q̄ obstruit hepar. indigentia uero propterea, q̄ cholericiores ostendit humores, & pro-
pter inanimositas, quæ sequuntur ægritudinem s̄m multā necessitatem. Vbiq; igitur q̄ est mo-
deratum, est optimum, hoc autem magis, ubi et excessus, & defectus nō documentum non paucum
infert, semel aut bis assumpti. Oportet autem, & tardante ægritudine, perigrinationes tētare, &
appēsiones, & equitationes, & in Sole nudari, & per se natis balneis v̄i: maximum. n. est ab uno-
quoq; eorum iuuamentum. Venerea uidi quosdam quidem medicorum laudantes in hac ægritu-
dine: manifestum autem est, q̄ si quidē utēdum est eis, in vltimis declinatio nibus competitū. Me-
lius uero est magis sobrie diætari in alijs, et in uenereis: nō enim possunt tantum iuuare remissio-
ne, & lētitia mentis, quantum nocent imbecillitate, & infrigidatione corporis, vltra autem, q̄ in
frigidant, tristiores faciunt: Omnino autem bonum animum, et mansuetudinem fistunt excitando
quod contristat. Hæc quidem est diæta iætericorū. Scire at oportet timendum esse si hoc te fa-
ciente, et pharmacis, et adiuventionibus, nihil ad melius addunt, sed magis fiunt, peiores habiti-
bus, hi quidem aquosati, alij aut exiccati. Duæ. n. sunt euerstiones malignæ, et difficile tractabiles
s̄m ægritudinem: iccirco et à lōge prohibere oportet, et obuiare eis, et obſistere, humidiores qui-
dem, per purgationes q̄ per diuretica, et labores, et solares stationes, et per sudorū eductiones sic F
cādo: sicciores uero per bonā nutricionē humectando. Si at quid remanet in vultu de iætero, q̄
fieri solet, effusionibus, que ad narēs, oportet uti. Fortissimū at est ad hæc elaterium, et cyclamini
succus permisti cum lacte, vt nō molestēt repleto ore aqua: debilior autē est anagallis, et sīclū, et
nigella, non tamen sunt inutilia: Eligat uero medicus q̄ conuenient ægritudini. Purgentur autē
primo quidē mucilago, deinde, cholera crassa, sicut uitellina. Licet at his, et post balneum uti ci-
tius enim euacuant, et simul balneum cōsolatur, et est minus mordax. Et hēc est cura iætericorū.



GALENO ASRIPTVS LIBER

DE CVRA LAPIDIS

CENSURA

G

Vtilia etiam, et hæc esse possunt, quæ hic Arabs scripsit, si cum iudicio legantur.

Ganon quem scripsit Alguazis Albuleizor filius Abumelech Filuzer Impera-
tori Saracenorum Any filio Ioseph filij Resaphin de curatione lapidis. Ac-
cidētia à quibus conuenientius est, cauere, et a quorum tractatione cautela
est adhibenda, sunt dolores propter timorem, qui est in eis: debilior namq; eorū prosternit uirtutem, et soluit inter hominē, et inter suas salutes. Et ipsi
quidem nō sunt sicut accidentia, in quorum curatione interuenit inimicus.
Et oportet, licet det inducias, ut abscindat in ipsis suis inducijs, propter suā
debilitatem in resistendo: et non sit contentus in debilitando ipsum, sed abscindat ipsum cum eo
quod acquirit ei uires, aut præparationes. Et canon conferens in segregatione causæ huiusmodi
accidentis per cuius assiduationem confido quod securabitur ab eo, est iste. Dum tempus estatis
perseuerat usque quo pertranseat plurimū tāporis autumni, & descendat pluvia multa, tūc valet
acceptio un. i. 5. de syrupo acetoso, facto cū aceto expressionis uiae puræ; et medietatis eius de H
syrupo uiolato cū un. v. aquæ, in qua bullierint cortices radicum fæniculi 3. i. 5. et cubebæ contri-
tæ. 3. i. donec consumpta sit aquæ pars quinta, et colata est cōuenienter: sumat hoc omnibus mo-
dis in omnibus xv diebus. Et acceptio aquæ ciceris secundum, qđ dixit, est bona, et bñdicta. Et si
inuenias aqua, et misceas cū ea in decoctione eius acetū, qđ destruat ipsius caliditatē, et roboret
eius incisionē, et ipsius abstersionē: et ad ultimū qñ inuenitur in acuitate complexionis, exqui-
rat studium in infrigidando: sumat hūc syruptū, siue medicinas decoctas in aqua quā narravi et
utat syrupo endiuie, et syru. acetoso, et syrupo nenufaris. Et ponatur in oībust pībus in aquam
cibariorū factorū cū aqua ciceris nigri, nisi apud uehemētiā caliditatis aeris: decoqua ergo cum
aceto qđ decoquatur cū aqua ciceris, et sit cū aceto cucurbita: uerū in cibarijs de cucurbita mul-
tiplicat origanū. Qñ ergo aduenierit autūnus (et nō intelligo p autūnū illud de quo absolute dī
hoc nomē, qm tota autūni natura est ex natura t pīs æstate, sed uolo per ipsū qñ cōplete cōple-
xio aeris, gradatim ad frigus, et associat illud ut humectetur aer per descensionem pluviæ) lu-
mat de cōfectione quā feci ei nūc quatuor drachmas cū decoctione ciceris nigri, condita cum sa-
le et paucō piperis, die una et interpolet diē quatuor uicibus, aut quasi illis. Qñ ergo uehemēns
fit sī.

A sit frigus aeris, & sigitur hyems, accipiat de theriaca magna oībus decem dieb, aut quasi illis. 3.i.
cū tāta aqua calefacta, quantū capit os semel, p̄misto ei de syrupo de corticib. citri. Et qñ possibi
le est ut utatur cibario factō ex olere vrtice, fiat ei cibarium olerum, decoctum factū cū carne hōe
di, qđ sumat in principio suā comestionis. Hoc regimē sufficit ad auferendas causas hmōi acci-
dētis. Et de illis, quæ oportet i psu in cibo sumere, est lepus, postquam confirmatur hyems, & t̄ Al. huiusmo
defectus pluviæ: & in uere die aliquo in dieb. At uero adolescens est multo melior quam aries* bi di.
nus in istis duob. t̄ pib. proprie. Et de illis, quibus oportet conseruari sanitas ab oīb. accidentibus,
q̄ de proprietate caloris est ut faciat accidēre, aut ut accidentia causa eius t̄ pe autumni, est ut sumat
in mēse Maij circa finē eius, & in principio Iunij. Istud: Hordei ex corticati, & contriti, & florū ne-
nusaris, & oculorum uaccæ mūdatorum ex suis interioribus, oīum ana. 3.vii. seminis scariolæ, &
volubilis, exiccatæ, & medullæ seminis croci hortula ni, & medullæ seminis melonis oīum ana. 3.
iv. florū violarum, & capil. ueneris, corticum radicis apij recentis, oīum ana. 3.ij. thu barbari ele
cti recentis, quartam. 3.vnius: terantur, q̄ sunt terenda, & infundantur oīa nocte una in mensura
libræ aquæ seruentis & in mane ponantur super ignē leuem: qñ q̄ inceperint bullire, confrentur
manib. calida, & colentur, & confrentur manibus in colatura de condito rosato ex saccharo. 3.
xij. & de medulla casiæ fistulæ mundatae a suis interiorib. & suis tunicis. 3.iii. & coletur, & misceat
cum eo tertia unc. de syrupo iuleb, ex saccharo: & sumatur mane alto: & quiescat die assumptio-
nis eius, & secunda. Illud vero qđ aufert esse lapidis, & eius prohibet generationē, est esse cōtentū
in cibo, pane fermentato spongioso, cuius farina molita fuit in proximo, cū aubus laudabilibus,
sicut pullis, & perdicib. & interpolatione lepore, & asparago, qñ possibile est: & cibarium olerum
ex urticis, & sicla est benedictū. Et non repleatur comestione multū: immo dimittat de saturitate
sua parū: & nō laboret post comestionē penitus. Et si est necessarium, ut frangat illud, quod gene-
ratū est ex eo, & extrahat illud, sumat de hac confectione, Recipe corticū radicū asparagi exicca-
tarū, & corticū radicū fœniculi exiccatarū, & polij, scolopendriæ, & cubebæ: oīum ana. 3.v. ebe-
ni, & gummi prunorum, & lapidis iudaici cōtriti super cotē, & casiæ, & cyperi de harach, & bdel-
lijuarij, & ammeos, oīum ana. 3.ii. terantur singulariter, & cribellētur, & cōficiātur cū syrupo de
saccharo: & sumatur ex ea ex trib. 3.usq; ad illud qđ est quasi illud, cū aqua calida in qua bullitū
suerit pars fœniculi. Et similiter ad ventositatē, & dolorē lapidis, & dolorē capititis, & stricturā an-
helitus, & dolorē brachiorū confert ei. Ad uentositatē sufficit regimen, quod ego præcepī ad pro-
hibendam eorū generationē penitus. Ea uero ex quibus generantur sunt permīstio in cibo, & in
C. tromissio cibi super residuū cibi, & labor post comestionē. Illud aut̄ quo est utēdū apud uehemē-
tiā doloris, nā dolor p̄dictis nō accidit nisi à gñatione lapidis stantis in aliquo meatuū virinæ, & q̄
ego determinauī ei, phibet eius gñationē, si ei alligetur ita, vt de eo nunq̄ cōqueratur: & nō acci-
dit aliquid ex eo, si alligato ceciderit iteratio mundificationis renū: ueruntamē nō est possibile,
nisi imperiū mandati auditur administratum in hmōi dispositionē, & istud. Rec. fœnugreci. 3.iv.
seminis apij, seminis dauci, amborū ana duas tertias. 3.i. bulliat totū in un. viij. aquæ, donec redeat
ad medietatem: deinde cōfricetur manib. donec aliquantulū uiscosum fiat, & in colato fricet ma-
nib. de condito uiolato ex saccharo vn. i.s. fricatione ultima & coletur: & sorbeatur in hyeme su-
per medietate. 3.i. de theriaca magna, & in æstate & suo simili de t̄ pib. aeris calidi, sine theriaca pe-
nitus. Et uaporetur locus totus cū hoc. Olei anethini. vn. iii. sumatur, in quo liquefiat adips galli-
ngunc. i. demum submergatur in eo lana succida, et uaporetur cum ea tepefacta locus multis ui-
tib. post potū medicinę p̄cedentis: demū administretur sternutatoriū bis vel quater. Dolor ue-
ro capititis qñ inuenitur, tūc si fuerit in t̄ pe caloris, sumat istud, qđ narro. Conditi rosati ex faccha-
ro. 3.xij. medullæ casiæ fistulæ mundatae a suis interiorib. et a suis tunicis. 3.vi. fricetur ambo in un.
v. aquæ calidæ, et colentur, et addatur colato syrapi violati de faccharo vn. i.s. sumatur in manæ,
D. et vngantur frons, et anterior pars capititis cum oleo rosato, concusso, cum tertia parte sui ex ace-
to forti, et infrigidetur: et sit effusio eius super caput cū uale strīti oris ab altitudine mensurę pal-
mi, qm̄ est melius, et uelocioris iuuamenti. Si autem accidat in tempore frigoris, sumat hāc me-
dicinam: Agarici uehementis albedinis. 3.i. et tertia, raued seni. 3.i. terantur ambo, et conficiātur
cum syrupo acetoso de faccharo, et sumat super illa duo, istud quod ego narro: Casie contritæ et
anisi, uniuscuiusque. 3.i. ferueant cum un. vi. aquæ, donec consumatur ex ea mensura tertiae, et co-
letur: misceatur in ea syrapi acetosi un. i.s. et sorbeatur. Et bulliant chamæli, et meliloti unius-
cuiusque ma. iv. in aqua quæ cooperiat ea, donec uehemens fiat eius calefactio: demum inclinen-
tur frons, et tempora super illum uaporem ascendentem ex ea. Cum ergo tepuerit aqua, in qua
bullitum fuit illud, quod dixi, submergitur in ea pannus lenis. et uaporetur cum eo ubi inuenitur
dolor in capite. Stricturæ uero anhelitus non est causa nisi additio carnis, et dimissio exercitij in
ieiuno, et conseruatione illius eleuatur. Illud uero quod accidit de dolore brachijs, et membris,
inungatur, quando inuenitur illud, cum oleo anethino, quoniam destruet illud.

Ad lapidem.

Et est ei iterū descriptio Suffus ad Lapidem. Rec. gñmi prunorum, et cubebæ, et lapidis iudaici
ana

DE CVRA LAPIDIE

an. drach. iiiij. corticēs radicis asparagi, & ebeni, ana. 3. ij. seminis dauci drac. s. terantur, & crible- E
lentur, & adiungatur ei media un. sacchari. & bibatur de eo omni die ex. 3. ij. usq; ad circuitum
eius, cum aqua, in qua misceatur syrups acetosus. Et sit cibus tafea ex lepore aut feniculum, &
cibarium olericū ex vrtieis. Et est ei descriptio infusionis illa ad illud. Recipe corticum radicū apij
corticū radicum foeniculi, ana. 3. ij. corticum radicum asparagi drach. iiij. rubiaē tintorū drac. i.
terantur omnia, & bulliant in vi. un. aquæ, donec minuatur medietas eius, & coletur: & misceat,
cum ea de syrupo acetoso scillitico un. i. s. & bibatur.

Ad lapidem in uestica.

Valet lapidi in uestica, i. frangit illum in uestica hoc modo. Accipe cortices radicū petroselini,
foeniculi semina eorum, milium Solis, semen maluæ & malauisci, foenigraci: omnia uniuersali- E
ter habere poteris: & bulliant in aqua, & colabis. In parte istius colatura pones un. pdicti olei: &
totum tepidū dabis ad bibendum, siue in balneo: & hoc ieiuno stomacho post aliquā horam post
cibum: & hoc frequenter, quousq; totum lapidē emitat. Veruntamen si fuerit iuuenis, & siccus,
aut macilentus, & in æstate, dabis ei cum decoctione seminis melonis citruli, cucumeris, & cucur-
bitæ, lactucæ seminis, maluæ vel malauisci, oīum æqualiter. Valet ægritudini uesticæ qñ impedi-
tur vrina humore frigido oppilante collum uesticę: quod percipies, qñ non sentit calorem circa F
partes illas, nec ardorem in urina: & q calidis iuuatur, & frigidis leditur: & qñ sentit frigiditatē cir-
ca pectinē, certior eris. Item quando sanies vulnerata, vel sanguis congelatus est in uestica, dabis
cum aqua mellis: sed caue ne vulnera recentia sint in renibus, de antiquis ne timeas.

Ad incontinentiam urinae.

Item si urina præter uoluntatē emittatur, da ad bibendū de uino, ubi decocta sint ruta, casto- G
rium, cupulæ glandium, semen myrti, & thus: ista eadē facias si mingat lente, partes illas frequen-
ter vngens. Prouocat urinam ex humoribus frigidis, vel sanie, vel sanguine congelato, aut lapi-
de in collo uesticæ, meatus ucinales aut ipsum collum uesticæ oppilantibus: uniuersa curabit, sicut
scriptum est. Item ualet doloribus frigidis, passionibus auriū frigidis. Valet paralysi, tremori mē-
brorum, & torturæ oris bibitum: debes ungere membrum læsum in his tribus predictis passioni-
bus, sed primo, & præcipue principia membrorum patientium, s. occipitum, & totam spinā dor-
si frequenter. Sed in paralysi, nō in principio, sed post iij. vel quinq; dies: nā tūc præsumitur, q hu-
mores nō sint superflui. Verum in paralysi sanguinea nequaquā fiat, nisi in declinatione: & tunc
cū cautela, ne sanguis aduratur, & febricitet infirmus, & periclitetur: in alijs duabus in ipso prin-
cipio usq; ad finem. Aut bibitur in hunc modum. Mentam, saluiam, calamithen, nucem musca-
tam, galangam, facies bullire cū pingui gallina: & in ipsa bullitione pone de oleo: si copiam non
habes olei, ad medietatem ponas olei cōmunis. postea de illo iure bibe ieiunus: & differas pran-
dium per duas horas: deinde ipsam gallinam comedas cum suo iure: si tantam copiam nō habes
olei, in parte illius iuris, si quod habueris, facies bullire, & haurias. Prædicta disciplina poteris cum
piscibus uti, addens cum prædictis herbis, & speciebus origanum, & pulegium: si etiam piscē eo
unctum assaueris, utile erit. Item hoc idem oleum cum aceto calido tam in ore, patitur tortu-
ram oris uel paralysim, & colluat os frequenter: maximum enim consequitur iuuamentum. Va-
let etiam ischiadicæ passioni, quādo frequēt̄ locus lēlus ungitur, & per clystere immittitur. Va-
let etiam podagrīcis, & arthriticis, ex frigida causa, cum quo fiat frē quens iunctio pedū uel arti-
culorum, addito modico aceti calefacti, & postea in fine ægritudinis sine aceto. Valet dolori dor-
si emplastrū ex eo: & ammoniacum in eo dissoluitur, & dorsum emplastretur cum eo: hoc etiā H
emplastrum apostema splenis, & eius duritiem dissoluit modico spacio tēporis, & oēs duritias, &
omnia apostemata dura. Iniectum naribus, ualet epilepsię: & quando epilepticus cadit, destilla
in aures eius cum penna aliquas guttas: & apprehende nares cum manu tua, & agita caput, & si
agitatur, sinatur post unam horam: in tempore interpolationis iniectum multum confert. Valet
oppilationi narium, quando nares oppilātur ex frigido humores, quod intelligas per absentiam
caloris: et ipse infirmus sentit nares frigere, & asserit istud sibi accessisse. Et calefacit cerebrū quan-
do ex eo ungis pollicem, fricans palatum, vel coronam, & tempora eo inungis, aut cum cibo su-
mis, aut cum iure parum ex eo usq; ad ij. drach. bibas. Valet contra obliuionem. i. delet eam quan-
do tu radix occipitum, & ungis frequenter illud: & etiam sumptum per os, siue in cibo, siue in ui-
no, in quo bulliat castorium, & saluia, & olibanum. Ista frequentare debes quousque iuuamentū
sentias: & hoc intelligas in omnibus operationibus istius olei. Et sedat dolorem dentiū, qñ est ex
frigido humore, uel ex frigiditate cuiuslibet rei: & iniungendo dentes uel gingiuas eo, parum ca-
lefacit. Et iniectum in matricem prouocat menstrua, quando in matricem cum pessario immitti-
tur, prius ad ignem calefactum. Aperit orificia uenarum, sumptum scilicet per os, sicut superius
diximus. Et dissoluit sanguinem congelatum in stomacho, & in uestica, quando sumitur sicut dixi-
mus, ubi locuti sumus qualiter iuuat renes, et soluit urinam, & frangit lapidem in uestica. Valet an-
helosis ex frigidis humoribus in pulmone contentis, sumptū cum decoctione hyssopi, et ficuum
siccarum, et liquiritię, aut alicuius istorum ad pondus drachmarum duarum ieiuno stomacho.

GALENO

A



GALENO AScripta QVAESITA IN HIPPOCRATEM

CENSURA.

Ex Prognosticorum, & Aphorismorum commentarijs,
sed iejune pleraque desumpta sunt.

B



Vid significat tenuis, & pallida vrina? nempe incoctam substantiam, colore concoctam, imbecillitatem q; naturæ: colore nanque, & facilem concoctu concoxit: non utique substantia, & collatu difficultis. Quod si ita diu feretur, a periculo immunis perdurare homo non poterit, quoad morbus concoquatur: admodum nanque tenuis urina perniciosem significat cruditatem, quatenus calor quod tenuum partium est, depascitur. Quid significat tenuis, & fuluum? nempe tenuis substantia, & fuluum colore, melius est pallido: sed tñ substantia incocta. Quid significat rufa vrina? nempe incoctionem, non interitum: sed non tam cito concoquitur, est nanq; ex sanguine putrido, qui nec dum perfectam accepit concoctionem, nec ēt suū colorē: ob hoc, morbus significat diurnorem. In continuis aut febris, vi multa sanguinis excitatis excernitur urina rufa, & crassa cum hypostasi rufa, manifestumq; ex colore, & profusionis substantia, quod assistit incoctum esse: egritudinis certe incocta vrina flava quidem colore, substantia uero tenuis. Quid significat tenuis mictum, & foris turbulentum? vtiq; incoctum ex circunflentia crassi flatu; significat uero naturam incepisse concoquere. Quid significat crassa mictura, & permanē crassa? talis mictura ita permanens est, ut iumentorum: pubescere ac uigere significat crassos humores, & spūs, ut feruorem. In his' capitibus dolor, aut iam præstò est, aut mox affuturus, p p perturbationem, ac sumidas exhalationes, quæ sunt in humorib. Quid significat crassum emicū, & deinde perdurans? quiescere quidem in humoribus ebullitionem, & attenuari: moderatam. n. significat quantitatem; hinc discernendi esse principium. Quid significat mictum tenuis, & idem perdurans? extremam incoctionem id significat: nam si natura ad concoctionem inclinare tñ tasset, neutquam tale excreuisset. Hoc autem fit aut virium imbecillitate, aut obstructione oppilatione que, aut ob egritudinis longitudinem. Nam quoniam longa quartana est, in principio ob multitudinem, & materiae difficultatem, vrina directa difficultis tenuis mingitur. uerum tenuis mingitur ob oppilationem iecoris, aut renum: cæterum ex loci dolore dignoscitur. Mingitur sane tenuis, & alba etiā in aestuosis febris, quæ causi nominantur: significatq; amentiam imminentem. Causus nanque febris, copiam significat bilis: at diurna vrina non est: manifestumq; facit in uasis bilem non manere, sed sua ad cerebrum euolui, ac uolitare leuitate: ac si amens non sit, hinc noris fore: quod si iam est, mingitq; tenuem, & albam cum interclusa febri, mortem proximam fore prædictio: neque. n. cerebri uires substinebunt per febrim aestuosal immisæ bilis acorem, & discrptionem putrescentis. Vnde nam oleosæ signatur urinæ? Conluevit febris primo quidē pingue liquefacere, deinde carnem, postremo solida exurit corpora: pingui ergo exusto, oleosæ excernuntur urinæ: sensim autem eliquescit pinguedo: inde principium habet, & ascensum, & vigorem. In principio itaque colliquefactionis oleosi coloris vrinas facit, ut ambiguum sit aquosæ sint, au oleosæ. At in ascensu oleum esse apparet, ut olei missione iam habere uideatur. Verū in vigore iam tam colore, quam substantia oleum esse dixeris. Idq; renum est duntaxat, aut totius corporis, ac si renum sit duntaxat, acruatim huiusmodi excernit multirudo, cum multo caloris sensu circa renes, sin totius corporis, pedetētum sumit incrementum. Quid significant eruosæ hypostases? cum iā depasta pinguitudo est, & reliqua eliquescit caro, ēt eruosas in urinis excernit hypostases. Cæterum aut renum est aut totius corporis: ac si ex renib. fuerit, urina ēt concocta est, & eruosas excernit hypostases: si cruda, totius corporis est malum. Quid significant surfuraceæ hypostases? cum febris depasta fuerit pinguedinem ad uasorum profundum in putrefactione, tum tales euadunt, angustiores foliosis, eis tamen crassiores excernuntur quandoque ex vesica, at si febris affuerit, totius corporis est malum: sin minus, uesicæ solius. Ac si urina fuerit in concocta, morbus totius est corporis: sin concocta, solius vesicæ: verum locum suum obtinet dolor. Quid pronunciant foliosæ? cum solida oblanguelcunt, primo nanque multum abraduntur: ac si

cum

QVAESITA IN HIPPOC.

cum febri, vñuersum affigitur corpus: si secus, sola vesica. Ex vesica quidem sunt concoctæ: ex E toto autem corpore, crudæ. Quid portendunt in vrinis hypostales criminodes. i. farinæ crassiori si miles? cum febris profundum vasorum comprehendenter, & maiorem latitudinem assumperit, & longitudinem ampliorem, fiunt furfurum hypostases, uocanturque criminodes. Cæterum criminæ duo significant: aut enim sanguinis torridam uim pronunciant, aut solidorum corporum ualidam colliquefactionem: Ac si alba sit hypostasis, solidorum est corporum languor: si rufa, id à sanguine est. Quid significat grauiter olens? tabem, & naturæ futuram extinctionem. Quid atræ significant urinæ? cunctæ profecto hæ, & crassæ omnino sunt, & perniciose. Rarissime, aut profsus nunquam atra inuenitur tenuis urina. Nigrum certe corpus, aut propter tostum efficitur sanguinem, aut ob totius corporis refrigerationem, aut melancholico humore purgato. Trinæ itaque hæ sunt differentiæ, quæ crassissimas obtinent substantias: ac crassæ inueniantur atræ urinæ, necesse est. In acutis profecto & gritudinibus perniciose, ut plurimum atra urina est. Cum male olens, & hypostasis atra fuerit, in & gritudinem acutam lapsum talem urinam emingetem, nōmo ri impossibile est. Si sublatio sit atra, minus malum: similiter si nebulam, vel subnebulam habeat si millem, mitius est malum. Siquidem atrum quandoque frigiditatem ostendit, quandoque caliditatem, seu quoquo modo uim torridam: Si igitur liuidum prius mingat, deinde ita fiat atrum, frigiditatem obtinet: Si fuluum antecesserit, inde in atrum conuertatur, tostum ex nimio calore ostendit sanguinem atrum euasisse. Nos vtique ne prætereat, quartana & melancholica dissoluta amētia, atras ex cerni urinas, & crassas: lienos si nanque tales frequenter emingunt. cū languens ita liens appareret: nullam nanque digestionem, & apparitionem intendit in redundantiam melancholicam. At nos ista perniciose esse pronunciamus in acutis & gritudinibus: cùm tam uiris: quām fœminis atræ urinæ existunt, esse pessimas, at infantibus, si aquosæ. Minus uero erunt perniciose atræ vrinæ liensem habentium in ualidum: ac non ex situatione, at ex frigiditate, atratus liuescit quodam modo sanguis, sicut aliorum quorundam: at id ex humoris melancholici refusione.



GALENO ASRIPTVS LIBER DE HVMORIBVS

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.



Vnde in mundo elementum, hoc in animalibus humor: sicuti sanè, & in tempore tempestas: non absolutam omnino identitatem, uel similitudinem habentia: sed eadem quidem aetiis, & passiis qualitatibus, quibus ea habent ipsum esse, componentiaque sunt, & principia eorum quæ sunt in nobis: differunt uero inter se cum multis alijs, tum ipsis etiam nominibus. Etenim elementa (ex quibus mundus) aer, ignis, aqua, & terra: Tempestates (per quas tempus) uer, estas, hyems, & autumnus: Humores, bilis, sanguis, pituita, & atra: ex quibus animalia constituta sunt, & homo. Humiditate autem omnia contemporata sunt, caliditate, siccitate, & frigiditate. Sanguis enim & aer, & sanè ipsum est uer, humida & calida. Bilis, quæ flava est, & estas, & ignis, calida & siccata. Atra, & terra, & autumnus, siccata & frigida: Pituita, & aqua, hyemsq; etiam, frigida, & humida. Uniuntur autem & inter se mutuo humor, elementum, & tempestas, distantque. Aer enim, & ignis, siccitate & humiditate differunt, caliditate uniuntur. Ignis & terra, frigiditate & caliditate discrepant: siccata uera omnino ambo. Sicuti terra, & aqua, frigida: distant autem siccitate, & humiditate. Aqua etiam & aer humida quidem sunt, caliditate autem & siccitate differunt. Ita etiam humores, & tempestates inter se constant, & distant: ac mixtionem illam φιλεχέον, quam vocant, hoc est ex amore, & odio conflatam, perficiunt. Verum elementa quidem eadem omnino sunt, & in eodem singula manent loco: transmutationeque mutua permanzionem habent, proportionalique nutrimento, quippe quæ, prouisoria quadam ratione, nutriantur. Eodem etiam modo tempestas motibus Solis ad Notum, & Boream, & sic, & dicitur. At humores non eodem modo, nec ijdem penitus sunt: sed inter se differunt loco, colore, consistentia, & qualitate. At transmutari quidem necesse est

inter

A inter se humores, sicuti etiam elementa inuicem transmutantur: non semper tamen eundem transmutationis modum seruare, nec æqualiter ipsos augeri, necesse est: sed nonnullis quidem à terreo in aqueum ordine quodam, & ab illo in aereum, à quo in ignem fit transmutatio: nonnullis vero inordinate à pituita in flauam, & à sanguine in atram. Testimonia autem huius rationis sunt, terreus sanguis, & atribilarius, salsa pituita, quæ proxima est bili isatodi, facileq; in eam transmutatur. Conspicitur autem, & pituitosa bilis, & mucola, & sanguis eiusmodi, veluti nimirum in hydris, & cacheoticis: sicuti etiam sanè in calidioribus, & siccioribus, impermista flaua: atq; si ijs ipsi non concoxitur, porracea euomi, & deiici conspicitur. Ordine itaq; transmutationū ordo quoque exuperationis progeries: contrarium vero, ijs quæ secundum ipsum transmutantur. Augetur autem in alio, atque alio aliis, atque aliis subinde humor, temperamento, hora, regione, ætate, & viæ ratione generascens: sicuti in omnibus omnes ordinatis circuitibus, & suis ipsorum tempestatibus generascentes, & incrementum habentes. Aestate enim augetur Amara bilis, ætate quoque & temperamento, & viæ ratione eiusmodi, adhucque etiam exterris rebus: nam & curæ, & iracundiæ, & tristitiae, & labores, & exercitationes, & vigiliae, & inediae, & indigentiae, latiore in flauæ b. lis humoré congerunt: Sicuti sanè somni, & aquæ potiones, & marinorum humidiорūq; omnium, & crassorum, & viscosorum esus, Pituitosum. Carnes vero, & volucrū pulpe, & oua, & concoctu facilia omnia, & bono succo prædita, Sanguinē: nisi forte aliquando proprietas aliqua oblatum cibum i. auertat: Similiter quoque, & Atrib: latiss. Quin & cōplicate quoque, prout etiam complicatis utimur alimentis, & consentanea sequuntur. Augetur autem adolescenti quidem Sanguis, quare, & gratosi ijs sunt, insaneq; ad ludendum animati: Bilis vero iuueni, iracudū ipsum, & animosum, & amarum reddens: Declinanti autem Atra, pessimus hic humor, & quocunque impetū fecerit, difficilis contentu, difficilisque permutatu existens: ac subdolam suam ipsis ætatem, maliq; memorem, ac quoquo modo difficulter corribilem efficiens. Est autem & seni Pituita, flegnis ipsa ætas, & obliuiosa, & comatosa; humida. n. & frigida: sicuti declinans, sicca & frigida; & adolescentis, calida & humida: & iuuenum, ea quæ est humoris proportione respondentis, & vincentis. Loci vero ipsorum tum generationis, tum permanotionis, tum motionis. Sanguinis quidem iecur, venæ, & ambæ nares. Flauæ vero, vesica ipsa propria, & circa iecur, & per aures, quod & conspicitur: Pituitæ autem, stomachus, & lumbi, & per os: sicuti Atræ, sub iecur, & lienem, & per oculos, vt dicitur. Color vero ipsum: Sanguinis quidem, ruber: Pituitæ autem, albus. Flauæ vero species septem: nam alia quidem est flaua, quæ & elementaris dicitur: alia, pallida: alia, rubra: alia, porracea: alia, vitellina: alia, eruginosa: alia, isatodes. Atræ autem, oleosus color peculiaris, & hic, qui μὲλαινα, idest atra dicitur: Est autem & gustui sanguis, dulcis: amara, Flaua: acida, atra: pituita vero qualitatis quidem expers primo, postea salsa, postea acida, ac præterea dulcis. Sunt autem Atræ, quatuor differentiæ: nam alia est à fæce sanguinis, alia ex superassatione flauæ, alia bituminosa, quod bituminis instar splendeat: alia autem * *

Ex his autem sanguis, & pituita, & atra, crassa sunt consistentia. Tenuis, & leuis, & sursum tendens, Flaua: sicuti alij duo humores, graues. Sanguis vero medium tenet, quod caliditatis sit particeps. Videtur autem charaktere obsignari sanitas, horum equalitate, & symmetria. Deficien-
tibus vero his, vel redundantibus præter modum, vel quantitate, vel qualitate, vel locorum muta-
tione, vel complexu inordinato, vel putredine vitiatis, morbi contingunt. Sicut etiā dicitur mor-
bos accidere humorū ametria: Quemadmodum etiam sanitatem reuerti ablatione, & adiectio-
ne, & tenuitate, & crassitudine humorum, & breuiter eucrasia, & symmetria ipsorum. At in sexto
Epidemiorum ab Hippocrate optime dicitur, "Humores, hos quidem expellere, hos vero exic-
care, hos vero imponere, tenuare, in crassare, cōtemperare, partim quidem sic, partim vero non.
Pro affectuum enim causa, remediorum sequelam comparat. Oportet autem, vt humores exqui-
site sint tum qualitate temperati, tum quætitate æquales, vt & sanitas præsens permaneat, & ab-
sens reuertatur; vnde etiam denominationem sortiti sunt, vt qui χυμοὶ πάρετο καὶ στειλεῖ, idest li-
quores à liquefendo simul dicantur. Manifestum enim est, si hoc sit sanitas, id quod non eius-
modi est, morbum utique esse, sicut etiam ostensus est. Quoniam vero morbus genus, in diuer-
sas species diuiditur, necesse est differentias à quibusdam differentibus causis prouenire. Causæ
vero, humores, & symptomata, hęc quidem, extrinsecus superuenientibus; hi vero, incrementis
& decrementis, & ætatis, & tempestatis, & viæ rationibus, & temperamentis permutati, vt prius dictum est. Hoc autem & Hippocrates significare videtur, "alios in alia hora florere Libr. de Hu-
dominarique in corporibus humores asserens, coloresq; differentes esse dicens corporibus pro-
mo. com. 2. t. 26.

Dicitur tum qualitate temperati, tum quætitate æquales, vt & sanitas præsens permaneat, & ab-
sens reuertatur; vnde etiam denominationem sortiti sunt, vt qui χυμοὶ πάρετο καὶ στειλεῖ, idest li-
quores à liquefendo simul dicantur. Manifestum enim est, si hoc sit sanitas, id quod non eius-
modi est, morbum utique esse, sicut etiam ostensus est. Quoniam vero morbus genus, in diuer-
sas species diuiditur, necesse est differentias à quibusdam differentibus causis prouenire. Causæ
vero, humores, & symptomata, hęc quidem, extrinsecus superuenientibus; hi vero, incrementis
& decrementis, & ætatis, & tempestatis, & viæ rationibus, & temperamentis permutati, vt prius dictum est. Hoc autem & Hippocrates significare videtur, "alios in alia hora florere Libr. de Hu-
dominarique in corporibus humores asserens, coloresq; differentes esse dicens corporibus pro-
mo. com. 2. t. 26.

exuperantia eorum humorum, qui in temperamento dominantur; Morbosq; pro redundantis
humoris natura gigni solere. Quin & in proemio libri de Humoribus, Color (ait) humorum, vbi
non est eorum turbatio, sicuti florum. Pro exuperantia enim humorum, solet in etatū successionē
hominibus immutari; Sicuti sanè, & mores animi; moratum enim animum faciunt humores. Ac
sanguis quidem hilariorem reddit; Flaua, iracundiorem, vel audaciorem, vel terribiliorem, vel
etiam vtrunque: Pituita, pigriorem & stupidiorum: Atra, iracundiorem & impudentiorem.
Immu-

DE MELAN. EX GA. RV. ET POS.

Immutantur autem animi mores, & in morbis ad speciem redundantis humoris, vt in vacilla E
tionibus. Quæcunque enim ipsarum à sanguine fiunt, cum cantu accidentunt, & risu. Quæcunque
Aph. 53. Ext. or. 53.2 vero à flaua, audaciores, & amariores: ob id etiam Hippocrates dicit,^a Quæcumque cum risu fiunt des-
ipientia, securiores, quæ vero cum studio, periculosiores: studium, audaciam intelligens. Quæcun-
B 1. Epi. cō. 3. t. 19. 3. 121. e que vero ab atra, toruiores, & taciturniores, & *fixiores. Quæcunque autem à pituita, nugato-
C 3. Epi. cō. 2 t. 1. 3. 135. c riæ, & instabiles. Et alicubi ipse testatur, qui in primo Epidemiorum ait, ^b "Silenum quidem cum
D 3. Epi. cō. 3 t. 85. 3. 151. c cantu, & risu vacillasse: In ^c "Philiste" vero in tertia Epidemia audacem fuisse vacillationem:
E 3. Epi. cō. 1. t. 2. 3. 127. c vehementer enim insanavit (inquit) circa meridiem: flaua n. erat morbi occasio, ^d "Mulierem
F 2. li. de Nat. hum. t. 1. 7. 181 autem, quæ Cyzici gemellas filias difficulter pepererat, insanuisse ait, vacillationis vero speciem
G In princi- pio libri. tetricam fuisse ac moestam: tacita enim erat mulier, ac neminem auscultans: atra autem, erat
H 1. Epi. cō. 3 t. 19. 3. 121. e causa morbi. ^e "Pithionem vero, qui propter Telluris èdem habitabat, nugacem factum esse in-
I 5. Epi. histo- ria prima. sanum: pituitosa autem illi erat ipsa occasio passionis. Post hæc oportet, vt, qui morborum va-
K 3. Aph. 21. Ext. ord. 24. c rietates curaturus sit, eorum causas præcognoscat. ^f Si enim quis (vt Hippocrates ait) causam
morbi nouerit, poterit sanè conferentia adhibere corpori, ex contrarijs morbo obsistens. Et in
primo de morbis: ^g "Qui de sanatione vult rectè, & interrogare, & interroganti respondere,
recteque contradicere, eum hæc animaduertere oportet. Primum quidem à quibus omnes mor-
bi omnibus fiant, &c. Noscuntur igitur morborum occasionses, primum quidem ab ætate. nam
si ægrotans sit adolescens, præcipue sanè à sanguine ægrotabit, sicuti tum superius ostensum est,
tum deinceps quoque ostendetur. Secundo ab horis: si enim vernalis fuerit hora, sanguis præ-
cipue est, qui molestat. Tertio à victus ratione: nam esculentorum, & poculentorū aliud alium
humorem procreat: & vinolentias, & edacitates, sanguineq; affectiones insequuntur. Sic agnouit
Hippocrates: ^h "Silenum, ex potu edoctus, ipsum ægrotasse: & i" olitoris vxorem, suborta illi
mensium suppressione: nimis enim largiter cibis se repleuerat. Quarto à regione: siquidem
calida calidores passiones inuehit. Quinto ab exanthematis: nam rubra, & rotunda, sanguinea:
lata, pituitosa, & alio modo alia, vt in Aphorismis ostendit. ^k "Sudamina vere, & æstate eueni-
re inquietans, tanquam à sanguine, & bile existentia. Et sanè etiam à colore, sicuti humoris exu-
perantia, sic & morbi, dignoscitur. Est autem hæc ipsa, nihil minus quam maximæ digni-
tates, exquisitissima: ac à Diogene alijsque eius seculi sapientibus tanquam diui-
natrix quædam iudicata est. Multum enim viri illi de coloribus sermonem fe-
cerunt: qui eorum differentijs morbos etiam partiuntur, rubicoloresque,
sanguineos: ruficolores, quibus amarus abundat humor: atricolores,
quibus ater: albicolores, phlegmaticos ipsos, idest pituito-
los, nuncupant: rubicoloresque, & ruficolores, & mor-
bos ab his profectos, & atricolores, & albicolores,
dicunt. Nescio tamen quomodo multa artis
testimonia omittentes, eaq; magis, quæ
morbi exquisitum discrimen præ-
bere possunt, coloribus solis
perfectum infirmitatis
discrimen tri-
bucint.

GALENO



GALENO ASRIPTVS LIBER DE PLANTIS

*Et est de Medicinis Occultis, quas noluit propalare, nec consignare in libris suis alijs:
que sunt experimentatae, & probatae.*

Per Dominum Grumerum Iudicem de Placentia, & per magistrum Abraham medicum, de Arabico in Latinum Marsiliæ translatus.

CENS VRA

Licet Spurius videatur, tamen Iacobus Forliuiensis, & Gentilis de Fulgineo, inter Galeni opera, vna cum Humain, recensent.

Glossa Humain, id est Ioannity filij Isaac.

Cixit Humain, Velle Galeni in hoc libro est repertere, quæ aggregauit in vita sua de medicinis mirabilium proprietatum, & ego pluries sum expertus, & nunquam sefelli ex experientia. Ideoque occultauit, ut plurimū gentibus, ne alicui certificarentur, nisi speciali homini digno sapientia, & sapienti cognitione: & ideo non sunt notæ communiter omnibus. Et venit ad meam notitiam nō translatio vna: & aggregauit ex eo solummodo quod verum est, & quod expertus sum: & curauit ex eo plurimos. Et quia iam me præcessit aliis Glossator huius libri non intelligens ipsum, propterea, quod addebat, & imminuebat, quod non intelligebat in libro, cum proposui glossare hunc nob̄ lem librum, fui valde sollicitus, & frequens in addendo ipsum secundum posse meum, postquam ipsum examinavi cum alijs multis translationibus ante me factis de lingua Græca in Arabicam adhabi. 3. ia iafar Maomet filium Moisi: & à Domino habeamus auxilium. Glossa tantarum, & medicinarum occultarum, & proprietatum ipsarum. Et sunt quadraginta sex plantæ.

Prima, *Dixit Galenus*, Arbor, quæ appellatur Alateli zinzi nomine loci. Confert epilepsiam, ^{Paeonia.} & tristitia cordis quando suspenditur in collo hominis, nec credit epilepsia penitus. Et multū confert venenis mortiferis, & morsibus venenosis: & quando qui morsus est, vel venenatus, & ex ea bibit, confert ei. *Dixit Humain.* Intentit Galenus dicere in dicto huius plantæ, Alateli zinzi, qui

Dest illa planta, quæ inter nos appellatur Pœonia, quod sicut planta ista eius, quæ bona vna est, quæcunque forma frangatur, crux interius reperitur, sic crux, quæ reperitur in planta Alateli, nisi quod Pœonia est nigrum lignum deforis sicut ebanus, & ideo appellatur Alateli zinzi: & istud lignum Pœonia appellatur Salcanebe. Et dixit Galenus, quod quando istud lignum appenditur personæ habenti epilepsiam, confortat. Et dicit quod est multum magni iuamenti, & fortis odoris, & cinerosi coloris deforis, & intus multæ albedinis: & melius ex eo quod intus habet cruces. Et dixit Galenus per veram experientiam hominis empirici, cuicunq; cito in collo suspendit, cessauit paroxysmus eius. Et quando amici infirmi crediderunt eum curatum remouerunt appensum, & statim rediit ægritudo. Et tunc cum ægro redierunt in eadem nocte ad Galenum, & iussit appendi iterum dictam pœniam super ægrum, & statim iterum recessit accessio: & iterum remouerunt, & rediit: & reposuerunt, & recessit. Et ego Humain hoc opus sum plurimum expertus, & repere verum, quod dicit Galenus. Et Rufus de hac planta fecit librum.

Secunda planta, *Dixit Galenus.* Planta quæ fluit sanguinem menstruorum, confert dolori stomachi, & matrici, & ventositati grossæ, quæ est in matrice: & confert impetigini. *Dixit Humain,* Intentio Galeni in dicta planta, quæ fluit sanguinem menstruorum, est quædam planta, quæ est appellata Hygailem: & est planta multum spinosa, & suæ spinæ sunt satis maiores spinis plantæ rubei,

L I B E R

rubei, id est rumicis: & multum nascitur in locis petrosis. Et habet rosas rotundorum capitū aggre-
gatorum non expansorum cōfectorum: & sua rosa habet pediculum. i. gambum, subtile sicut pe-
diculum violæ, sed est breuius ped culum pediculo violæ: & habet odorem odoriferum vinosum,
& mirabilem odoratus huius rosæ delonge, & fit inde puluis odo ciferus quem tenent apotheca-
rij in Yrac. Et habet gummam rubeam, quod appellatur adendam, & est menstrua suæ plantæ.
Et multoties contingit: quod fluit super stipitem suæ plantæ quoddam rubeum, quod assimilatur
sanguini, quod restringit fluxum sanguinis vnde cuncte sit.

Cicuta. Tertia planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ nascitur in fossatis. Confert dolori iuncturarum, &
uentositatibus frigidis excitat partum: & confert uentositati matricis, & dolori dētium, & poda-
græ antiquæ. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus plantam, quæ nascitur in fossatis, & est quæ appelle-
latur in arabico Harmel, id est cicuta maior: in Catalonia vocatur Stacoranzii: & intrat in magnis
confectionibus, & in magnis pilulis:

Barba hirci. Quarta planta, *Dixit Galenus*: Planta, cuius semina comedunt columbi agrestes, & caret folijs.
Barba hirci. Restringit fluxum sanguinis, & incarna ulcera statim. & nō indiget cum ea alia medicina, & for-
tificat membra fluxibilia, & confert veneno. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus cum dixit planta,
cuius semina, &c. est planta quæ appellatur barba hircina, & in græca lingua appellatur Ciosatos: F
& eius radix appellatur in Arabico Carapit. Et quando pistatur carapit, & miscetur cum pulueri
bus competentibus circa fluxum ventris, confert fluxui ventris, & fluxui sanguinis.

Gentiana. Quinta planta, *Dixit Galenus*: est planta, quæ quando cum ealauantur manus cum alcanarle,
stringit fluxum menstruorum, & confert morsibus venenosis: & aperit oppilationes, & speciali-
ter splenis, & abstergit visum. *Dixit Humain*: Intelligit Galenus de plāta, q̄ est Gētiana appellata.

Anacardus. Sexta planta, *Dixit Galenus*, Arbor quæ nascitur in India, quā non audent appropinquare sca-
rabei. Augmentat intellectum, & etiam memoriam, & rectificat calorem, & augmentat coitum,
& erigit virginem si ex ea epithimetur virga. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta, quæ ap-
pellatur Anacardus, quā si scarabei appropinquent, statim moriuntur. Et eius mel, si ex eo fiat
epithema super virgam, fortificat eam, & clarificat semen.

**Lignum Bal-
sami.** Septima planta, *Dixit Galenus* Arbor quæ quando inciditur, confert eius granum, & lignum,
& quod inde exit, uenenosis, & morsibus venenosis, & doloribus auris, & epilepsia: & facit de-
scendere superfluitates de capite: & confert omnibus infirmitatibus frigidis, & humidis. *Dixit*
Humain, Intelligit Galenus, dum dixit arbor, &c. est arbor quæ antequam euellatur, inciditur, est
balsamu. Et cū inciditur, fluit oleum, & quando scinditur, & oleū inde exit, statim moritur arbor. G

Arbor Salicis. Octaua, *Dixit Galenus*, Arbor longa quæ nascitur in ripa fluminis, & habet folia aliquantulum
pilosa. Euellit verruccas, & confert quartanæ succus eius, & aperit oppilationes. *Dixit Humain*,
Intelligit Galenus dum dixit, arbor longa, &c. est arbor salicis. Si ex falice fiat aqua sublimata, &
detur quartanario, eius elongat accessionem paroxysmi: probatum est.

**Arbor Derde-
lis.** Nona, *Dixit Galenus*, Arbor qua vtuntur pictores, confert morbillis: & fortificat stomachum.
& gingivam: & stringit fluxum ventris: & quando fluxibilia cum ea emplastrantur, confert exi-
turæ longaonis. *Dixit Humain*, Intelligit, dum dixit arbor qua vtuntur, &c. de arbore Derdelis.

Agnus castus. Decima planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ nascitur in rivis, amputat sperma, & ipsum deficcat:
& acuit visum, & confert fluxibilitati membrorum. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus in hoc suo
dicto, arbor, &c. quæ vocatur Agnus castus, & quandoque appellatur arbor Mariæ, & arbor A-
braham.

**Planta Xylo-
carape.** Undecima planta, *Dixit Galenus*, Arbor quæ habet foetentem odorem, cuius grana non affi-
milantur fæsolis. Cum mulier Capit ex ea vnum granum integrum, toto illo anno non impræ-
gnatur, & si plus capit, tot annorum differtur imprægnatio, quot granorum facit captionem. *Dixit*
Humain, Intelligit Galenus, dum dixit, arbor, &c. est planta Xylocarape.

**Arbor Ellebo-
ri albi.** Duodecima planta, *Dixit Galenus*, Planta, quæ in medio continet racemos, sicut arbor pomo-
rum paradisi, Occidit vermes, & alia animalia, & quando colligatur cum uno grano ex suis gra-
nis, confert ophthalmia: & hemicrania: ferenda auferit lachrymas oculorum. *Dixit Humain*, In-
telligit Galenus de arbore Ellebori albi.

**Granum Iuni-
peri.** Decimatercia planta, *Dixit Galenus*, Cum qua curantur iumenta. Quando ex ea capit quis tria
grana, & ligat in aliqua ligatia, & suspendit in suo collo, facit hominem sibi obedientem de eo
quod petit: & istud granum confert epilepsia: & malæ memorie. *Dixit Humain*, Intelligit Gale-
nus de arbore, quæ appellatur Aratir, & uocatur lingua romana Ymbrallicas, & uocatur grana
Iuniperi.

Solanum. Decimaquarta planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ nascitur in vineis, cuius lignum est quadran-
gulatum. Cum pistantur eius folia, & pistantur cum aceto, & patienti tenacem dantur in po-
tu, curatur: & qui biberit de succo huius arboris, nullo uino quod bibat inebriatur: & similiter si
prægnans inde bibit, abortit. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore Solatri, quam vocamus
Maurellam.

Decima-

DE PLANTIS.

121

A Decimaquinta planta, *Dixit Galenus*, quæ nascitur in fossatis ciuitatum. Quando appenditur *Yringnis*.
collo epileptici, curat eum: & si ex ea fiat suffumatio epileptico dum adest paroxysmus, statim
recedit. Et quando decoquitur cum sapa, & melle habenti retentionem vrinæ, & dolorem lateris,
curatur ægritudo. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore, quæ vocatur *Yringnis*, & est ap-
pellata lingua Romana Archanus.

Decimasexta planta, *Dixit Galenus*, Planta super quam quando cadunt aues masculi, cadunt ^{species} *Insi-*
inde statim mortui. Confert morsibus venenosis, & vētositatibus frigidis, & apostematibus duris: ^{quiāmi.}
& dissoluit podagram: & augmentat sperma, & fortificat virgini, & quando ex ea fit suffumi-
gatio, confert febri quartanæ. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore, quæ est Albeam in lin-
gua Græca vocata dorsogliata, & est species Iusquami indici, & in lingua persica vocatur Alf-
mear, & est arbor indiana.

Decimaseptima planta, *Dixit Galenus*, est planta, quæ quando eam mulier prægnans videt, ^{Herba Lup-}
statim abortit, & moritur in eius ventre foetus. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta in
lingua Arabica appellata occidens patrem: & significat in græca Acotinon: & dicit Iudeus, qd
eam uocamus herbam Lupanariam.

B Decimaoctava planta *Dixit Galenus*, Arbor quæ quando eam comedunt scarabei, si eius odo-
rem sentiunt, statim moriuntur. Confert apostematibus calidis: & eius cinis confert ulceribus
antiquis. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore Fusteci. Dicit Iudeus, quod est lignum glau-
cum, quo tingunt tintores. ^{Arbor Fustec-}
^{i.}

Decimanona planta, *Dixit Galenus*, Arbor quæ appellatur Portulaca agrestis. Et aperit oppi-
lationes, & tollit superfluitates humorum, & confert quartanæ, & apostematibus calidis. *Dixit* ^{Arbor Cuscu-}
Humain, Intelligit Galenus de arbore Cuscutæ: & habet nomen Iteroc, quod non habet radi-
ces, & habet venas, quæ circumvolvuntur aliis arboreibus, sine radice. ^{ta.}

Vigesima planta. *Dixit Galenus*, Arbor quæ quando aues super eam sedent, adhærent ita quod
eleuari non possunt, & vocatur Digil. Dissoluit apostemata, & desiccat ulcerationes, & confert
dolori aurium, & augmentat sperma, & fortificat membra. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de
planta visci, & vocatur lingua græca aliscat. Et hoc nomine vocatur, quia quando interius fru-
ctus est atsiuntur, & inde tingitur lignum, vel plāta, si postea super sic tincto sedeant aues, capiun-
tur: & ea multum vtuntur aucupes. ^{Planta Visci.}

Vigesimaprima planta, *Dixit Galenus*, Plāta quæ vocatur Amida indica, Augmentat virtu-
tem membrorum, & augmentat coitum, & memoriam, & confortat neruos, & confert cerebro. ^{Fruitus Ma-}
Dixit Humain, Intelligit Galenus de planta, quæ nascitur in India, & vocatur in lingua Arabica
C Afel, & Sel est fructus interior malii granati ind. ci, & exterior pars dicti malii granati vocatur Bel:
in Auicenna reperies, vt dicit Iudeus.

Vigesimasecunda planta, *Dixit Galenus*, est planta, quæ dicitur Planta crepatoria. Desiccat ^{Nux cupressi.}
humiditatem, & confert apoplexiæ calidæ. Et vocatur planta crepatoria, quia quando pistatur,
& superponitur loco crepato, consolidat, & ei confert. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de ar-
bore, quæ vocatur nux Cupressi.

Vigesimatertia planta, *Dixit Galenus*, est planta quæ vocatur Rubicundam, virtutis magnæ. ^{Coriandrum.}
Confert apoplexiæ calidæ, & retinet fluxū ventris, & incidit materiam cholericā, & vitimur ea in
pluribus cibarijs. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore, quæ vocatur Coriandru humidi.

Vigesimaquarta planta, *Dixit Galenus*, est planta quæ vocatur Lingua loquens, & verbū tran-
siens. Quando comburitur, & ponitur super venam fluentem sanguine, restringit fluxum cito: &
confert pruritiū dentium, & desiccat vlcus: & retinet fluxum mēstrorum, quando ex ea fit pess-
arium in vulua. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta quæ vocatur arabicè Burdi. Dicit
magister Abraham, quod est intus super palea, quo papiri loco vtuntur apothecarij in Alexan-
dria: quæ quando comburitur prodest; vt dicit Galenus. Et ideo habet dicta nomina, quia per pa-
pirum loquimur, & verba transmittimus, scilicet in epistolis.

Vigesimaquinta planta, *Dixit Galenus*, est planta quæ vocatur planta menstruorum. Confert re-
tentioni vrinæ, & morsibus venenosis confert, & confert sciaticæ, & dissoluit sanguinem compa-
tum in vesica. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore quæ vocatur Mederat. i. planta deau-
rata, quia eius folia habent colorem auri: & vocatur planta menstruorum, quia quando pistantur
eius folia, inde fit pessarium in vulua, & confert fluxui menstruorum. ^{Planta Men-}
^{struorum.}

Vigesimasexta planta, *Dixit Galenus*, Planta est, quæ vocatur Palpebra oculi. Confert dolori
dentium, & desiccat vlcera, & incidit superfluitates, & incarnat, & est mirabiliter absteruia, &
ideo multum facit macrescere. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta, quæ vocatur Arabi-
cè Mamiren, idest Chelidonia, quæ habet virtutem curandi oculos propriè: quæ quando pistatur,
curat omnes egritudines palpebrarum, siue sit ibi scabies, siue lippitudo, siue grauitas, uel quid
simile.

Vigesimasextima planta, *Dixit Galenus*, est planta quæ uocatur Lampas oculi. Et est de mor-
Spurij. ^{Condit.}

Q *x* tiferis

L I B E R

tiferis medicinis, quando homo non vtitur ea sapienter, & est de medicinis, quæ faciunt uomere. E
& non vtuntur ea nisi pauci medici: Et expellit omnes humores phlegmaticos de stomacho: &
inde fiunt caput purgia. Et quando traditur in potu, prouocat urinam, & menstrua, & siinde
aliqua quantitas sumatur. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta, quæ vocatur Condisi.
Ideo appellata Lampas est, quia sua planta translucet de nocte, ita quod quando itinerantes eam
de nocte vident, non iudicant alio lumine: & cum plus appropinquant ipsi plantæ, ipsius minui-
tur lux, adeo quod quando illuc venerunt ubi est, defecit lux.

Iusquiamus. Vigesima octaua planta *Dixit Galenus*, est planta, quæ vocatur Deceptor hominum. Confert
cardiacæ, vel tremori cordis, & fortificat cerebrum: & confert epilepsie, & paralyse, & torturæ
oris, & ægritudinibus antiquis, quando miscetur cum aliis medicinis temperantibus eam. Et
quando sola capit in magna quantitate, occidit: & si in parua, inebriare facit. *Dixit Humain*.
Intelligit Galenus de Iusquiamo, ideo quia deceptor aliquis cum discurrat per orbem, ingenia-
tur milcere cum suis cibis: & quando obuiat mercatori in itinere, inuitat eum ad sua cibaria, &
ad potandum secum, quo usque inebriatus est, & postea deprædatum eum: & propterea vocantur
ea vntentes aves, quia non mancos.

Papauer grum. Vigesima nona planta, *Dixit Galenus*, est planta, quæ vocatur insipidi odoris. Confert omni-
bus quibus proxima superior; & oportet quod debeas adæquare super æqualitatem, quia mali-
tiosa est, sicut superior. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta Papaueris nigri, de cuius suc-
co fit opium. Sed apellatur hoc nomine, quia quando eius succus, qui est opium, datur in potu
usq; ad quantitatem quod occidit, & superuenit medicus sic potato, inuenit potatum impotentem
ad loquendum, & ad membra mouendum. Et si medicus est subtilis intellectus, faciat inungi mem-
bra, & fricari fortifricatione, quo usque palma fricantis sentiat membra fricata calefieri: & deinde
tradat ad odorandum odorifera, & cum multum fricauerit, odore palmas proprias, & sentiet
odorē Opij: sicq; cognoscet infirmum opio potatum: & tunc curet eum cum medicinis remouen-
tibus malitiam opii: & ita facit bonus medicus.

Granum indicum. Trigesima planta, *Dixit Galenus*, est plata quæ reperitur inter alia sara. Retinet fluxū sanguinis,
& desiccatur vlcera: & quod pistantur eius folia, & supponit apostematibus, dissolvit ea: & est de
fortibus laxatiuis. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta cuius granum vocatur Granū indi-
cum. Et eius sunt duæ species scilicet sylvestris, quæ non est bona ad utendum, & alia domestica:
& ut plurimum nascitur inter alias arbores; & propterea dicto nomine vocavit eam Galenus.

Qua lula. Trigesima prima planta, *Dixit Galenus*, Avis est quæ appellatur Avis quæ occiditur à toni-
truo. Et est avis cuius fel confert quietode. i. cephalicæ: & eius sanguis confert dolori auris: &
quando comeditur confert cordi, & latifacit ipsum. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de ave,
quæ dicitur Curue, quæ nunquam est foris quando sentitur, vel audit tonitrua. Et quando est
tempus pluviæ, hæc avis cum aliis suæ speciei venit ad ripam maris, & abscondit se in conchis
ne audiat sonum tonitrui, quoniam si audit statim moritur: & quando tempus pluviæ, & imber
recedit, exirent, & remanent, & morantur in locis humidis. Credit Iudeus, quod sit qualula.

Lapis Aquile. Trigesimasecunda species, *Dixit Galenus*. Lapis qui vocatur generans aquileum. Ligatur co-
xæ parturientis, vel cum ipsum in manu tenuerit, facile educit partu sine labore. *Dixit Humain*,
Intelligit Galenus de lapide qui intus habet lapillum paruum ad instar armillæ, & sentitur cum
vibratur, & est grossitudinis unius nucis. Et cum aquile fœminæ non possunt parere, masculi por-
tant de terra Indiæ hunc lapidem de loco ignoto, & ipsum supponunt aquilæ, & parit statim oua.
Et hic lapis non reperitur nisi in nidis aquilarum, & vocatur lingua Romana Immarion, credo
quod sit lapis prægnantis.

Cominar. Trigesimatertia planta, *Dixit Galenus*, est planta quæ est appellata Infrigidatrix inflationis.
Confert Sodæ i. cephalicæ, quæ est ex fumositate cholerae: & quod supponit loco dolenti, statim
curatur, & aufert dolorem: & cum ponitur in camera alicuius febricitantis, statim tollit febrem:
Dixit Humain, Intelligit Galenus de planta, quæ vocatur in lingua græca Cominar. Et appella-
tur hoc nomine, quia refrigerat inflationem. Cum homo capit ex ea, & intrat in balneum bene
calidum, videtur ei, quod nullus ibi sit calor, immo q; aer sit frigidus. Et vocatur Arseni Uesen.

Lapis Adamas. Trigesimaquarta species, *Dixit Galenus*, Lapis demonicus. Cum apponitur alicui parti cor-
poris, nunquam sinit illud corpus pati apoplexiæ, paralyse, vel torturam oris, nec operabun-
tur in tali corpore medicinæ venenosæ, nec patietur minutionem sensus. *Dixit Humain*, Intelli-
git Galenus de lapide, qui vocatur lapis demens, qui incitat alios lapides: & artifices non possunt
sculpere alios lapides sine isto. Et de his lapidibus multi inueniuntur, & maiores ipsorum non ex-
cedunt magnitudinem vnius barat. Sed ideo appellatur lapis demens, quia in ea parte, ubi est, ne-
mo est epilepticus: & est lapis, qui non cedit ferro, nec comburitur igne. Et vocatur in lingua græ-
ca Catidion: & est Adamas, vt dicit Iudeus.

Avis que nō quæ sicutatur. Trigesimquinqua species, *Dixit Galenus*, Avis est, quæ vocatur in lingua græca Aaron, & lin-
gua persica Exquicobion. Est talis naturæ, quod qui comedit de eius hepate, inuenit augmentum
magnum

A magnum virtutis appetitiæ, & fortificatur corpus eius. Et ideo comedunt eam pugiles ad eorum corpora fortificanda, & idem faciunt mulieres. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de hepate avis, quæ sua natura nunquam satiatur propter fortitudinem suæ digestioñis: quæ bene egerit, quicquid comedit, & cito. Et de natura eius est, q[uod] vult quieret, & stare in locis altis, & non vult stare prope terram, immo super arbores ubi sunt boni fructus: quibus fructibus deficiunt ibus recedit.

Trigesima sexta species, *Dixit Galenus*, est Cerebrum avis quæ facit vigilias. Quando de suo cerebro sicco, & puluerizato capit drach. j. & inde fit caput purgiam cum oleo ex amygdalis ^{Avis, que nunquam dormit.} non sinit hominem dormire de nocte. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de ave, quæ Græci appellant Annon, quæ avis nunquam dormit de die, vel de nocte: nam de die sibi querit uictum suum & de nocte uigilat: & habet magnam uocem, & non sinit de nocte cantum usq[ue] ad matutinos, de inde aliquantulum quieticit: & uocatur Alchigar.

Trigesima septima species, *Dixit Galenus*, est planta quæ nascitur in ripis fluminum. Multum *Psallium*. cōfert tenacissimi, & extinguit caliditatē hepatis, & lentificat siccitatem palati contingentem ex fluxu cholerae, & cōfert Apostematibus calidis. *Dixit Humain*, Intelligit Galen⁹ de planta psilij.

Trigesima octaua planta, *Dixit Galenus*, est planta quæ uocatur Honor exercitus. Augmētatur ^{Tribuli: marini.} **B** sperma, & rectificat erectionem uirgæ, & frangit lapidem, qui est in uesica, & cōfert dolori dor- si, & dolori neuorum, & paralyſi, & torturæ oris. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta, quæ appellatur Alasat, idest tribuli marini, vel cecirum Imperatoris. Et uocatur hoc nomine, quia sternitur circa barbas exercitus, ad fortificandum exercitum contrainimicos.

Trigesima nona planta, *Dixit Galenus*, quæ uocatur Arbor cantharidum. Purgat phlegma, & humores grossos, & mundificat corpora repleta. Et nominatur arbor cantharidum ratione qua ^{Turbit.} alibi in alio libro dicemus. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta Turbit, & uocatur arbor cantharidū, quia cantharides morantur iuxta turbit. Et cum h[ab]entes uolunt̄ incidere, & euellere turbit, incidunt & projiciunt ad partē, & sinunt siccari ad Solē, & tunc cantharides intrāt in suis cānulis: & ideo turbit non est bonum nisi cannulatū. Et p[ro]pea cū peruenit in manus periti medici, non utitur eo in suis medicinis usque quo aperiat cannulas, & ipsas mundet a cantharidibus. Et cum peruenit ad manus imperiti medici, pistat ipsum sine dicta apertione, & mundificatione, & eo utitur in suis medicinis, & tunc facit magnas tortiones, & damnum magnum: & ex tunc peritus medicus tales curat cum ijs, quæ curant malitiam cantharidum. ^{Lapis Iudaicus.}

Quadragesima species, *Dixit Galenus*, Lapis Iudaicus, qui expellit aquam citrinā hydropicōrum, *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de lapide Indico, qui appellatur Arlas, & est cognitus inter sapientes. Et nomen huius lapidis est, quod quando superponitur hydropico, desiccat aquam citrinam, & eam tollit, ita quod si homo ponderetur, antequam ei superponatur, & post iterum ponderetur, inueniet manifeste diminutū, quantum de aqua citrina diminuit: & subtiliat corpus quoq[ue] de dicta aqua nil remaneat. Et est hic lapis de sua natura leuis, natans super aquam. Et cum hic lapis desiccauit dictam aquam, & postea ponitur ad Solem, & ibi relinquitur, Sol trahit inde quicquid ibi est de aqua, & sic reddit ad pristinum statum.

Quadragesimaprima planta, *Dixit Galenus*, Planta q[uod] appellatur Occidēs pulices. Dissoluit humiditates ex corpore, & cum ex ea fit gargarisma, purgat paulatim caput ab humiditatibus, & calefacit corpus. Et intrat in multa unguenta utilia paralyſi, & torturæ oris. Et quando epithema fit ex ea uirgæ, tempore quo quis uult coire, facit appetitū coeundi, & statim adiuuat ad spermatizandum. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta sic nominata, quia quando publices super eam cadunt, statim moriuntur.

Quadragesima secunda species, *Dixit Galenus*, Plata basilitonica. Augmentat sperma, & augmentat voluptatem coeundi, & erigit uirgam. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta Vntar. i. vrticæ. Et quando ex ea tangitur corpus humanum, rubefit & ampullatur, & facit pruritum qui tollitur post cūm unguentis frigidis. Et illud quod tollit hanc suam malitiam, est iusquiam quarta pars drach. i. cum drach. xx. secani abi y, i. siripi acetosi: & habet magnam amaritudinem.

Quadragesimatertia species, *Dixit Galenus*, Piscis, qui uocatur prouocator menstruorum. Confert fel eius epilepsia, q[uod] ex eo fit caput purgium ad quantitatem unius grani hordei. Et quando pistatur hepar eius, desiccat, & inde fit caput purgiū; & confert hemorrhoicis, & stringit fluxum languinis vnde cunq[ue] fluat. Et nodus medius nodorum spinæ huius piscis quando sumitur in ore tempore, quo quis appetit coire, statim definit appetere coitum. Et uocatur sic, quia prouocat menstrua, vt prædictū est. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de pisce, qui uocat Caras, & dī q[uod] est cete. Sed ideo sic uocat, quia est magn⁹ pisces: de quo nauigātes timēt, ne rūpāt nauigia. Et p[ro]pea nauigantes secum defecerunt pēnas, tintatas de sanguine menstruorū, quas projiciunt in mare, cū p[ro]pendūt hos pisces, & statim pisces sentiētes pennas fugiunt, & nauigia relinquunt. Et dicitur q[uod] est pisces qui uocatur Alchautias: & dicitur quod est tinham, qui reperiatur in flumine babilonico.

Quadragesimaquarta species, *Dixit Galenus*, Gummi caudarū. Mollificat dura apostemata, & membra dura, & omnem duririē remouet uesice, & confert dolori pectoris, & superponitur ^{Hypop: hum.}

LIBER DE PLANTIS

in locis conquassatis, & statim confert. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de hyssopo humida, id est vnguiculata, quæ aggregatur in caudis ouium tamdiu, donec assimiletur nigro gummi: & propterea hoc nomine vocatur.

Mumia.

Quadragesima quinta species, *Dixit Galenus*, est planta quæ vocatur Menstrua montium. Et confert ad mollificandum duritiem, & omnem conquassationem, & dolorem nerorum, & rupturæ ossium, & quod de ossibus rumpitur iuxta costas, & mollificat corpora. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de mumia ideò, quia mumia defluit de ipsis altis montibus ad minus altos: & defluit paulatim ad instar menstruorum. Et dicitur, quod exit de una Crotta inter duos lapides ab altiori loco ad minus altum: & aggregatur in terra super uas, quod ei paratur ad ipsam recipiendum. Et illis crottis super sunt custodes magnatum, qui custodiunt, quod ex ipsa aggregatur propter magnam penuriam: Et quando ex ea bibit ruptus, vel conquassatus, consolidatur inde usque ad vigintires horas. Et ex ea quando datum fuerit in potu multis animalibus ruptis, & conquassatis, per veram experientiam repertum, extitit medicamen accedere ad locum rupturæ, & circumuoluere se ei circa rupturam in modum filorum ligatorum. Et dicitur, quod quando ex ea quid modicum dissoluitur cum axungia porcina recenti, & bene incorporatur, & exponitur in aurem surdam, curat eam.

Asphalatum.

Quadragesima sexta species, *Dixit Galenus*, Filius aquæ. Mollificat duritiem, & exiccat ulcera, & confert morsibus venenosis, & mollificat membra dura. *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de Asphalto Iudaico. Et ideo hoc nomine vocatur, quia reperitur in marina ferente in terra Iudeorum. *Dixit Humain*, Haec sunt species plantæ, & gummi, & animalia, quæ Galenus occultauit, & etiam abscondit in suis libris medicinalibus. Et sunt in numero Quadrageinta ex.

GALENO



GALENO ASRIPTVS LIBER DE CLYSTERIBVS ET COLICA.

Ab Humain, id est à Iohannitio è Græca in Arabicam, & inde à Kalonymo in Hebræam linguam, translatus.

CENSURA FABII PAVLINI.

Quamvis spurius existimat, tamen multæ sunt non leues coniecturae, quæ Galeni esse librum persuadent. Humain vertentis autoritas, R. Moysis testimonium, auctores Græcicitatē Herodotus, Hipp. doctrinæ ratio, & maledicendi veteribus pruritus Galeno familiaris.



VI cum iudicio praxin medicam aggredi, in eaque fructum facere volunt, huic ante omnia sanitas curæ esse debet: quam ad rem non parum consereret, si in vera & artificiosa clysterum confectione exercitatus sit; & in quibus affectibus (secundum veterum medicorum placita) eius usus conducat, norit. Non deesse aliquos scio, qui hanc rem ut inutilem & imperfectam paruipendant: verum antiquiores medici, qui multi uaga sanè experientia abundarunt, uno ore afferunt, insignem huius medicamenti esse utilitatem; quippe qui modum applicandi clysteris, nō tam artis beneficio quā naturę instinctu potius inuentum & monstratum viderunt. Herodotus enim narrat Ibin, Aegypti auem, clysteris usum prodidisse primum, idque hac occasione. Auis hæc, animal natura vorax admodum cum sit, quæcumque oblata sine discrimine ingurgitat; hinc obstructa alio, magna fit crudorum coaceruatio, qui in dies magis magisque aucti, dolores vehementes pariunt. hos sentiens, petit mare, & marinam aquam rostro excepti, eam ano infundit, eaque intestina perluens, ad excretionem materiæ sibi molestæ, excitat. hinc ad consuetam vitæ rationem reuertitur.

Operæ pretium autem videtur hic recensere Veterum hac de re scriptis relicta experimenta: quin & rationes eaque argumenta quæ præmitti solent; de causarum nempe cognitione & ortu: de medicamentorum vario secundum causarum diuersitatem usu: tum etiam quæ diligenzia ad earum depulsionem adhiberi debeat. nam morbus si frigidus, calidus; si calidus, frigidus; siccus, humidus; humidus, siccus curandus. Contrarijs enim tolluntur morbi. Maligno autem aliquo humore copia austro contabescere corpus necesse est; eo vero extracto, rursus augmentum naturaliter acquirit. Hinc Hippocrates medicinam adiectionem & abstractionem esse dicebat; vt quæ resarciat addatque id quod deficit: quod vero redundat, tanquam inutile auferat, idque inter alia clysteris beneficio. hic enim in quibusdam morbis superfluitates noxiæ educit: est tamen ubi non conducere, sed noxam inferre videtur: cuius rei eidens signum suggerit ratio, siue iudicium, in ea natura, cuius difficulter est inuestigatio. ac experimentum quod rationi subest, quicunque sibi vendicat, subinde hallucinatur, ita ut rectam viam inire non possit. In plurimis inquam morbis eius usus non postremus: præcipue vero ad aluum nimis constrictam soluendam. Adstrictio enim præter naturam inualescens, plurimis malis ansam præbet: nec raro corruptionis corporis causa existit, sicutque & morbi & causæ morbi rationem obtinet. nam ex ea oriuntur febres acutæ, nunc continuæ, nunc intermitentes; lentæ, placide; quartanæ, interdum tertianæ; diariæ, quas sequitur nonnunquam apostema pulmonis, pleuritis, suffocatione, hemorragia intermittere recurrensque; ilium, secoris, lencis dolor, pertinax urinæ stolidicum, ventriculi cruciatus & debilitas, animi deliquium seu syncope, appetitæ deiectione, eructatio acida, punctiones, plethora, paralysia, colicus dolor, podagra, dolor iuncturatum. b Breuiter, ma-

Ex Aphor. R.
Mol. par. viij.
a Cœstrido ego-
stionis egestio-
nem adiuuat,
quia auger &
fortificat ipsa
contranaturæ.
& fortè huius-
modi est causa
defractiōnis.
generant enī
febrem secun-
dū species sui
diuersas, & a-
postomatā ma-
nifesta, & non
manifesta secū-
dū diuer-
sas species.

b Et facit fure
re dolorē quem
libet ex grossis
humoribus or-
tum, debilitat
virtutes natu-
rales, & corrū-
pit operationes
animales indu-
cendo grauem
sonnum & me-
tis permixti-
onem.

G A L E N V S

Ium id multi iugos dolores è crassis viscidis & glutinosis humoribus natos excitat, facultatemq; naturalem quam animalem labefactans; parit enim non raro soporem grauem, ingenij torporē, phrenesin, memoriae, cogitationis, ac reliquorum sensuum corruptionem; necnon visui interdū obest, dum crustae instar oculi membranis incumbit: auditum corruptum quoque, quod tamen ratione corrupti aeris evenire potest, vt si aspera admodum sit hyems, refrigerans cutem, cuiusque meatus coarctans, fuliginibus siccis exitum impediens. hoc si accidat, vt aportet alimentis humidis, & tempore se opponere contraria vietus ratione: partibus enim corporis arefactis, topiosus fiet flauæ bilis in iecore cum ceteris humoribus prouentus, quā segregans natura magna fieri coaceruatio humoris maligni, crassi, nigri, frigidæ in liene, estque is qui μελαγχολία seu bilis atra vocatur: prædictus enim tenuis, flauus, igneus, calidus in fellis dicta vesicula domiciliū obtinet, flaua bilis uocata. aqueus verò magis tenuis & ferosus in renibus hæret, & vena appellatur; cuius exiguis est in corpore usus: contrà ac bilis flaua, quæ ob substantia tentitatem & qualitatem acrem eximiis vībus destinata est; intestina namque perlabilis, quicquid in eis materia hæret, expellit. quod nonnullos in re medica fastuosos medicos omnino latuit; hi enim insistentes operationibus naturæ, cùm vident ictero correptos non posse aluum exonerare, tum & eorum excrements ad albedinem uergere, uniuersum corporis habitum, præcipue verò oculos, flauo croceo que colore F tintos, sciunt bilem flauam ea peruidere via insolita; hic autem natura sola per se morbificam causam expellit. quod Hippocrates innuit, cùm naturam eam esse quæ morbos curet, remediaq; R. Mos. par. iis tollendis idonea commonstret, * Cræci verò cùm de morbi remedio dubij sunt, naturæ facultates perlustrant; inquiruntq; cui facultati morbus molestus sit, videntesque quæ nam inter morbum & facultatem sit communio, nomen morbo quod eius naturæ conueniat, imponunt, sicque tollere conantur: argumentum ex eo desumentes, quod naturam eam esse uideant, quæ animal in sanitate conseruet, eam que amissam reuocet. Partium autem animalis temperies tibi cognita esse poterit, si singulis conuenientes humores, ex alimentis ingestis, paraueris: sanguinem nempe, pituitam, bilem flauam & atram (quorum singuli non puri, sed aliis permisti sunt:) tum etiam si loca ea, per quæ alimentorum superfluitates expelli debent rite præparaueris. Omnino autem sciendum est, quo pacto alimētum gignatur augeaturque, ex eoque proueniant prædicti humores, naturaque refocilletur, corroboretur, sicque recreata alacriter tuendæ animantis sanitati incombatur. Admiranda enim in eo Creatoris prouidentia, & prudentia, quod flauabilem ea crevit natura, ut leuis & tenuis existens, sursumq; ascendens, deorsum nihilominus feratur, infernas calcariæ partes: pituitam cōtra natura sua grauem in superiori tamen corporis collocari regio. G. quid Naturæ docta à se non sit complexio- nes membrōrum: & unicuique membro ministrat, qd sibi simile est ex cibo. Et cibus est cura qd sufficit tempore sanitatis et tempore agricul- tūmis.

Varijs itaque causis, variè parabitur clyster; prout materia clysteris crassior molliorve existit. Quod ego hoc loco agere statui, clysteres nempe describam, conficiendi & viendi modum, rationemque pro diuersitate morborum variam exponam. Communis clyster (vulgo etiam notus) ex oleo, melle, nitro, & aqua paratur: qui in omnibus morbis, quod nonnulli contendunt medici, non conuenit. noui enim qui in nullo affectu non eo utebantur, miroisque effectus pollicebantur; cum tamen non raro spesua frustratos eos uiderim, aluum magis quam antea erat, cōstringentes. At peritus medicus diligenter causas morbi examinans, quodnam remedium conducat, quod uero minus, pensitabit, nec raro pro uaria morbi natura, uariam quoque & medendi, & medicamentorum rationem instituet. quod iamdiu Hippocrates inculcauit, inquiens: Annis inter se differunt; quin & differunt inter se naturæ; hinc etiam medicamentum diuersimodè parandum, pro causæ nempe morbificæ diuersitate. Dico itaque prædictum clysterem variè diuer- simodeque componi debere: nunc enim plus mellis quam olei aut nitri; nunc plus olei, quam mellis aut nitri addendum: interdum æ quali omnia pondere miscenda. Aqua verò huic clysteri adjicitur, ut deducatur medicamentum ad loca affecta, quæ dolore tenentur. Cuius rei mentionem Hippocrates facit, dicens, Aquas uerrere alimenta & medicamenta. quod sanè in clysteribus usu uenire uidemus. Quod si quis dixerit, aquam medicamentis ad ea subtilianda adjici, huius sententia mihi uera: uidemus enim ueteres antiquos medicos quoties subtile requirentur: pharmacum, unum aquæ loco adiecisse: hoc enim & subtilius & aqua tenuius. Aqua itaque hoc medicamentis commodi adfert, ut promptè ad ea loca, in quibus morbificæ causæ hærent, perueniant. Interdum enim solo oleo paratur clyster: interdum ex oleo & melle: at ex mera aqua. Veterum qui fecerit, reperiás neminem: licet iactarit apud nos quidam se eum per inferiora felici successu in ecclise. * Vtemur uero nos aqua & oleo duntaxat in ardentibus febribus, ad inflammatiōnis & caloris uim frenandam frangendamque. Nec parum errant iij qui in calidis febribus clysterem ex aqua, oleo; nitro, alijsve acribus medicamentis, paratum adhibent, vt qui non parum incommodi argo adferant, dum febrem accendent magis, prauamque constitutionem corpori

R. Mos. par.
x.
Nos clysteriza-
mus tum oleo
& aquæ tantum
in febribus at-
tentis, ut dis-
pamus sui ca-
lorum aduren-
tem & accen-
sum.

A corpori inueniuntur ex solo itaque oleo febricitantibus paretur clyster, nec ullo modo ingrediatur medicamenta acrimoniam habentia. Cōstatre itaq; iā puto, cur aq; clysteribus addiderint Veteres.

In Clysteris autem applicatione hic seruandus modus: ut sit æger facie vertia, capite declinata, cruribus natibusq; erectis, hinc eum prehendens, ex aduerso ei te sitas, instrumentum ad eam rem aptatum id manum habens: sint autem digiti mundi, & vngues resecti, ne si in anum digiti indendi sint, laedatur æger, dum nempe incurvis tuis vnguibus laceratum intestinum apostema incurreret facile: quod dolorem acerbum excitaret. Sunt qui existimant eum clysterem omnium commodissimum esse, qui postquam infectus fuerit, recta ad ventriculum perget. Verum hi quoniam in Anatomias versati non sunt, ignorant quoque inter naturales vitalesque partes, dia phragma, impediens quo minus haec sele mutuò attingant: hinc & clysteris legitimus usus eos latet. hic enim ijs partibus, que ed quod infra corpus sita sunt, opitulatur quidem; verum supra intestina non ascendit, nisi corruptum & spongiosum iam sic redditum corpus; tunc enim littites suos transilis, & ad superiora corporis clyster peruenit. Quod si quis nihilominus contendat ad superiores corporis partes clysterem pertingerē, cohereturque sententiam suam ijs qui colicis infestantur flatibus, probare, in quibus nempe sapor clysteris lingua interdum percipitur: huic responsum velim, fieri id ratione qualitatis medicamentorum vehementioris, ventriculum pertrahit: sed & illud raro admodum accidit. Verum si contra hos disputationem insisteremus uelim, in maiorem quam partis, exsurgat hic libellus molem: sufficiat itaque id solū indicasse, quod ad clysteris cognitionem praecepit conduceat videbatur. Redeo iam eo, unde digressus eram, praecepit ut digiti midentur & praeparentur, praesertim uero index, hic enim oleo inungendus & in anum immittendus, ut olei illinitio planè irrigetur. Ipsa digitorum immissio, semel, his, autem repetatur, ut dilatetur magis foramen: hinc totus clyster iniiciatur; ea obseruata cautione, ne clysteris hac immissione nimis adhuc dilates meatum: hoc enim si fiat, vniuersa sine clysteris moles non ingredietur. Nec quoq; imperfecte clysterem immittes, effuerit enim, nec intra corpus perueniret medicamentum: verum mediocri insertione, hinc ambabus manibus & qualiter clysterem comprimento, exprimes omne quod in se continebat. Cum uero de clyster cogitas, agroti uires tibi examinande ueniunt, tum & aetas, temporis quoque constitutio: hec enim omnia in cunctis operibus medicinalibus perpendenda. Opus enim est, ut quantitatem medicamentorum clysterem constituentium augeras in duas, prout agroti facultates magis minime integras fuerint.

Quod si diu in uentre rereha excrementa sint, adeò ut crassa duraque iam evaserint: uti posteris decocto surfurū, uiscidum enim est, ac deorsum demergens, expellens excrementum siccū. Coquantur autē probè surfures, donec tercia aquæ pars absumpta sit: memineris præterea nitri & olei paululum adiuvare. hincque eo utaris.

Porrò aliis paratur clyster ex decoctis betarum, qui stricte conductet alio, eoqvæ magis si febris adfuerit: eum hoc parabis modo: sume betam, superinfunde aquam quæ ebulliat: hinc depuratur, parumque adiiciatur olei, sicque eo utaris. Quod si quis roget, ut in febribus non commēdem decoctum maluæ & coriātri, cum coriandrum refrigeret, malua uero emolliat: huic respōsum uelim, beta non nullam inesse salselinem; beta enim nec refrigerat, nec emolliit nimium: at coriandrum, cum extremitate frigidum sit, stuporem corpori inducit, iam uero malua flatuosa est, beta uero uarijs doloribus conducit, ac præsestitum ilium cruciatibus.

Paratur & clyster ex nitro: quo tamen utendum non est, nisi in robusto corpore, tumq; cum in uigore fuerit morbus: usus eius est in febribus quæ à copio la pituitæ corruptione cum flauæ bilis mistione exsurgentib; & cum intestina ab humoribus malignis vacua & libera fuerint. Dum ne dro eo uti animus est, sic ages: Accipe nitri quantum uoles, hinc oleum & mellis paululum superinfunde, sicque utere. clyster ualidus est.

Centaureum diuersis quoq; morbis prodest: præcepit autem commendatir eius facultas in ijs affectibus, qui constrictam sequuntur aluum. tum & nō parum conductet recorū obstructo, uentriculo dolenti, lienis apostemati, inturarum dolori, apostematibus & pituita ortum trahentibus: breuiter, ijs morbis qui abstricta pēdent alio, tu etiam qui aut ex uitium imbecillitate, aut temperamenti corruptione oriuntur, corrupti autē temperies aut ob quantitatem, aut qualitatem ipsius: interdum enim inualescit calor, interdum debilitatur. Verum quod ad quantitatē, modo calor augetur, modo imminuitur, quibusdam autem ob humorem tenuorem & aciore, quibusdam uero ob crassorem ac uiscosorem; item & alijs ob apostema uel solutionem continui. Oportet autem ut causæ illæ examinetur prius, sicque demum centaurei usus ineatetur. Quod si obstructio dolorue ob calidos tenuesque euenant humorēs, non uteris centaureo omnino, si uero ob uiscidos ac crassos humorēs, tunc parabis id quod maxime conduceere videbitur quod nempe attenuet crassos, & purget uiscidos humorēs.

Ex colocynthide paratur clyster, habens facultatem centaureo plante contrariam, idq; proportione diuersitatis elementorum. Opus autem cognoscere medicamentorum naturas & facultas-

GALENO

cultate tam generales quam particulares diuersas: sunt enim nonnulla quorum usus expetitur, E dum recentia adhuc sunt: alia aetatem requirunt, ut ijs quis uti possit. hoc quoque quam illud diu tius multo seruari incorruptum (pro temporis & regionis in qua natum, diuersitate) poterit medicamentum. Colocynthis autem prodest dolori capitis, & lethargo, ac grauitati, quae in capite oritur: tum & dolori ei qui uocatur hemicrania, atq; ei qui totum caput occupat laeditque. Verum cum fuerit capitis dolor ab humore tenui & acri, omnino a colocynthidis usu abstinentur. si uero a materia fuerit crassa; acceditque apostema cum facie rubore capitisque grauitate, tunc ea utaris, maximè uero tum, cum alii simul adfuerit adstrictio. Sedabitur enim oculorum dolor, cuanescet apostema, ac cessantibus lachrymis remittet se dolor prauitasque capitis.

Clyster qui paratur ex herba ozimo aquatica dicta (*id est Melissa*) si uenter phlegmonicus fuit, prodest pleuritidi, & defluxionibus in articulos, in hunc autem modum erit parandus. Recip. ozimū aquaticū (*uel Melissam*) super insunde aq; bulliat, hinc depuretur, & addatur parum melis & olei. ac sic utaris.

Paratur & ex anetho clyster, qui prodest flaccido uentriculo, appetitus deiectio, & eructationi, quae odore ingrato molesta est; tum & uentriculi apostematibus: conficitur hac ratione: Recip. anethi quantum sufficit, affunde aquam, coquatur probe, depuratur, adjiciaturque cumini, olei, & mellis pauxillum: mel enim & cuminum stomacho conducūt, cum expellat quicquid in eo flatuosum est. & talis quidem eorum est operatio, quoties infernè induntur.

Est & clyster Abrotani, qui conduit uermib. in ventre nascentibus. paraſt hoc mō. Accipe abrotani quantum uoles, & affunde aquam, coque diligenter, depura; addens aliquid mellis & nitri coq; sic utere, summo pere iā dicto malo consert, p̄cipue si in inferiorib. intestinis hæreat uermes.

Iam autem antea monui vnum eundemq; clysterem omnibus non conuenire etatibus: senibus enim qui iniiciendi sunt clysteres, confici debent ex medicamentis qualitatem humidam habentibus, veluti est oleum & mel. Contrà, qui junioribus aptantur, e nitro & melle, sed sicciori, parari possunt. At quoties sanitatis conseruationi debita curandi ratione studes, confice clysterem temperamento corporis conuenientem, expellaturque e corpore morbus per eiusmodi clysterem, qui facultate sua plane isti morbo contrarius existit. Pateri quidem ferent clysterem sic cum, acrem, pungentem: senes vero minime, nec ullam ex eo percepint utilitatem. Dico itaq; corpora siccata iuuari clysteribus humidis; humida siccis. Iuuenibus qui parantur clysteres, mel parca manu recipient; largius vero oleum affundendum: calor enim in iis uehemētior, vnde maior constrictio ariditasq; calor in quam quicquid in intestinis humidum absunit, hinc sicciora ex clementia redditia, tarde descendunt.

Verum in senum clysteribus oleum imminuendum, mel uero liberalius addendum; eorum enim corpora ad frigus magis prona sunt; plurimique iis morbi ex frigore ortum trahunt, bile enim non ita abundant, quo sit ut in eis ariditas oriatur.

Bene dixit Hippocrates, ijs quibus in pueritia uenter siccus, accrescente aetate humectari: quibus uero in prima aetate humidus, ubi adoleuerint, siccescere: humores enim aetatu mutatione, mutantur una. Euenit interdum ut flaua bilis in iuuenili aetate exuberet, eaque uenter largiter imbutus nullo laborioso enixa excrementa excernat: at accrescente calore, bilis retinet magis stercore, difficilemque parit egestionem. Modus uero conficiendi clysteres in febribus, talis est.

Ei qui laborat hemitræa febre, aptabis clysterem, cui nitri parum, at mellis & olei multum insit. At qui tertiana, multum olei, cōtra, mellis aut nitri parum debetur. Potest & huic febri clyster fieri ex oleo rosarum & aqua. Quartanam qui patitur febrem, aptatur clyster prout humores aut emollire, aut exsiccare, aut calefacere uolueris. Hæc uero dicta febris non indiget clyster e purgantibus acribusue medicamentis parato: uerum omnia ibi emollientia sint, remisse & parum admodum refrigerantia: hac enim qui astiguntur febre, malignis humoribus non sciant, cum membris eorum siccis insideat febris, nec multæ ijs insunt superfluitates, ob extemam macilentiā & membrorum tabefactionem. qui enim ea afficitur febre, calore corpus eius mirum in modum extenuatur. adhibendus itaque huiusmodi clyster: Accipe parum seminis lini, affunde aquam (non dulcem, falsam, aut aluminosam) coquanturque simul leuiter. ingeratur ijs qui febre exsiccate seu phthisi conficiuntur; nec tamen magna quantitate hoc uteris, cum non ad alii solutionem, sed ad humectationem conueniat potissimum. Proderit autem humor acri, vellicanti, qui ad intestina delapsus, ibi infixus hæret: hinc dolor uehemens & mordicans, quem uiscositas huius clysteris sedat, qui idem sua frigiditate febrem tollit. In hac febre cibi appetitus minuitur ægris, corpus exsiccatur, leuius redditur, bilis flaua calidior, & magis pungens quadrat, hinc oritur ijs qui hac tenentur, mordicatio in uentre, & copiosus calor, uehemensq; incendium. Prædictus uero eis conuenit clyster, modo remissior fuerit: parum enim calsaciet, ac humectabit, refrigerabitque moderate, ea enim e quibus componitur, naturalē accidētariamq; proficient operationem, uti aqua cui frigus naturaliter, calor accidentarie inest. Quoniam itaque frigiditatē ex se, caliditatem artis beneficio obtinet, egregie actiones administrabit aqua, nati ua

Aqua sua qualitate refrigerando accidentario calore celeriter medicamentum vim ad partes deducendo.

Ex priscorum quorundam medicorum sententia, prodest quoque is qui ex oleo rosaceo paratur clyster. eius enim medicamenti facultas, facultatem seminis lini similem fibi asciscit; eo quod refrigerat. nec scrutati sunt substantiam vel facultatum eius diuersitatem. confert ijs qui febre laborant frigida & tanquam ex niue contracta: verum febris natura diligenter inquirenda; postea curationi se accingere oportet. ad confectionem huius clysteris, sumatur oleum rosaceum, affundatur aqua tepida, & qualiter agitentur. hinc usus eius instituatur.

Is etiam veterum praecognitis effertur clyster, qui & ex papauere, oleo oliuarum & aqua consistunt; magnam sanè utilitatem videntibus adferens.

Fuerunt nonnulli qui in capitis dolore à bile flava, clysterem ex papaueribus componerent: verum in eiusmodi malo praestantius est, si papauer aqua coctum instilletur capiti, melius enim sedatur dolor. Clyster autem ex papauere hoc paratur modo: Papauer in aqua probè coquitur, depuratur, quo facto affunditur oleum. eo modo paratus, utilis est in dysenteria, aut in magno ac

Bdore æstuque, hic enim sedatur: fluxioque sistitur.

Clyster ex melle & aqua utilis est: modò diligenter ij inquirantur affectus, ubi usus eius conduit. Nonnulli enim hec tanta laborantes febre, immoderatè calent: alijs intemperatè siccii existunt; adeò ut corpus serum corporibus simile reddatur. In quibus calor vehementer exuperat, clyster parari debet ex oleo rosaceo & aqua tepida. quibus moderatè, loco ros. olei, indendum semen lini. Ubi immoderata siccitas, praestantior clyster humidus fuerit, utpote in huiuscemodi siccitate commodius humectans. At ubi in corpore frigus imperium obtinuerit, clyster ex melle paretur. Si vero calor fuerit remissior, reliqua medicamenta non conueniunt ijs, qui huius temperamenti sunt. hoc aut modo paretur: Recip. mellis laudabilis, fragrantem spirantis odorem quantum voles: cui tantundem aquæ affundas: moueantur diligenter. hinc utraris. prodest morbis frigidis.

C

DE COLICO DOLORE.



Nniuersum interdum corpus, ratione alicuius membra morbus inuadit: interdum totius corporis ratione unam aliquam partem apprehendit affectus. In colica ob vnum solummodo membrum homines totius corporis dolore, vigilijs, febribus infestantur. huius mali quoniam in titulo libelli à me facta est mentio, eius naturam hoc loco explicare statui. Oritur in intestino Colon dicto, idque ob uarias causas. quarum aliæ externæ; internæ R. Mos. p. xxv

aliae. Externæ, uti ex uitiosis alimentis, aeris ambientis nimio frigore. a Ali-
menta enim prava, vti brassicæ, similiaque olera frigida & siccæ, gignunt hu-
mores prauos, qui uarijs doloribus ansam præbent. Interna causa est ut plu-
rimum pituita alba, uitrea, quæ ex alimentis prauis & uitiosis ortu traxit: hæc è toto corpore b ad
intestina delapsa, hæret in prædicto intestino colo, pessimaque symptomata inuenit. corripit uen-
Dtriculum dolor, eo quod in intestinum distendatur, pertingitque ad tunicas uentriculum reliquaque R. Mos. pa. vi.

intestina cingentes; hac de causa graui dolore afficitur uentriculus. Vera esse quæ dico, probat cu-
rationis modus, quoties enim epithemate siue emplastro affectum hunc fugare instituis, auge-
tur continuo extensio. c Ratio autem curandi hunc affectum per emplastrum à ueteribus ad in-

uenta fuit. & oportet, ut qui eo uti uoleat, continuè applicet, nec ab instituto desistat. sic enim
æ grum à colicis doloribus liberare poterit: at si semel atque iterum solum epithema siue emplas-
trum applicet, moxque desistat, proculdubio grauiora excitabit termina. d Scito autem quod
musculus uentriculo & intestinis super expansus sit, adeò ut cum se se extendit intestinum, uen-

triculus doleat.

Simulac uero dolor hic hominem apprehenderit, illico ei subueniendum clystere ex deco-
cto lentium parato, cui olei pauxillum admistum sit; oleum enim humectando excrementum sic-

R. Mos. par. ix. e Emplastrum & cataplasma que antiqui inuenierunt ad curationem colica facta ex flegmate vitro ab intestino colon cōtēto ope-
ret te in paciente frequentare, quis cum frequenter operaris, ipsam curæ agit studinem, & à malis accidentibus liberas patientem. Et cum ea semel

vel bis tantummodo operaris, noces patienti nocimento magno, quia per illud sui tensio augmentatur.

d Et similiter extenditur lacertus qui extensus est supra stomachum & intestinum; & stomachus infirmatur; & similiter extenditur lacertus qui ex-

tensus est supra stomachum & intestinum ad extensionem intestini; & patitur stomachus ex hoc.

cum

tur.

a Cibi mali sāt
sicut carles &
similes eis ex frī
gidis herbis &
siccis.

b Cū repletur in
testine quod dī
citur colon, acci-
dunt inde acci-
dētia mala sto-
macho s. dolor
et punction, quia
hoc intestinum
cum repletur,
extenditur, &
accidit tunc do-
lor siphac, quod
circūdat stoma-
chum & intesti-
num, & stoma-
chus infrigida-
tur.

L I B E R

cum excretionem faciliorem reddit. quod si extremè siccæ in lapideam duritiem concreuerint. E
fæces, è purgantibus medicamentis clysterem parato. Attamen religiosè & summa cum cautio-
ne procedas; facile enim euenit, vt eiusmodi pharmaci commoti maligni humores, magno im-
petu ad intestina confluant, & ægro dysenteriam excitent. Quod si forte hac in parte hallucine-
tur medicus, incipiantque dolores hominem cruciare, sine mora parandus clyster ex aqua & sa-
le alexandrino: ni iuuet, indicio sit, bilem atram, causam mali existere; quamobrem sumas salis
alexandrini particulam vnam, spinæ Aegyptiacæ particulæ tres, hellebori nigri particulæ duas.
sal in aquam resoluatur; inde cocto salis decoquæ helleborum & spinam. hæc omnia iniiciantur.
Quod si alii solutio non cesser, colorque corporis obscurior reddatur, para clyster ex auripig-
mento, zedoaria, & alcale. eius descriptionem iam antè eo libro quem De medicamentorum cō-
positione conscripti, editam inuenies. hunc itaque clysterem parabis, si aliud laxa fuerit ob hu-
morum putredinem & malignitatem, quod si effectum conspicias, eius usi fidenter insiste.

Ex defectu solutionis, si colorem fœdè mutari cernas, franges facultatem medicamentorum,
cùm sumes vinum myrtleum & acaciam: acaciam autem comminue, & in myrtleum vinum re-
solue; ex eoque clysterem conficito, aut sumito gluten vsum, hocque probè comminutum re-
solue in rotulas.

Eidem quoque proderit placenta mousa vocata, quæ comminuta, in mel & aquam resolua-
tur, sitque sic eius usus. tollet enim hunc affectum plenè. si forte ad manum hæc placenta nō sue-
rit; conficiatur clyster ex decocto volubilis in vino austero vel acerbo: is enim humores præci-
puos constringet, & vclus si quod sit in intestinis, sanabit.

R. Mos. part. xij.
a Quidā anti-
guorū precep-
runt, ut si quis
pateretur, coll-
cā, acciperet la-
pillum salis, &
eum supponeret
sibi: quia sal ci-
riò extrahit ege-
stionem: illud
idem nitrum cū
supponitur, ope-
ratur.

Veteres autem robis reliquerunt medicamenta quædam vulgaria huic morbo propria, vti
sunt sumach, grana myrti, eiusque cortex, radices arboris mali punicæ, eiusque rasuræ, è quibus
hoc modo licet clysterem parare. Accipe ramenta mali punicæ, coquantur in aqua probè, depu-
rentur; sicque eis utere. Idem sentiendum est de arbore helc (*specie rube*) cum eius ramentis, vt
alia complurima omittam, quorum ab iis mentio fit; quæ omnia hic recclere supervacuum vide-
tur: sufficient ea quæ expertus ipse sum. Fuerunt portò inter veteres, qui colicis doloribus ve-
xato præciperen t usum lapilli salis, ex quo clysterem fieri iubent, quem leui & facili negocio ex-
crementa edocere asserunt. Verum idem præstat nitrum adhibitum.

R. Mos. part. xij.
b Clysterē fa-
ctū ex duabus
partibus picis
liquida, & ex
tribus partibus
olei confert mi-
rabilitate colica
passioni stomati-
co existente for-
ti: Cauendū est
tamen ab huius
modi clysteri, et
ab omni clysteri
in eo medicami-
na fortia ponun-
tur stomacho de-
bili existente: ha-
bentem vero sto-
machū debilēm
clysteraz, cum
medicinis leni-
tius: ipse enim
cum nō adunet
stomacho debili-
tate aliquā, nec
mutant de agri-
tudine in agri-
tudinem patien-
tem: & cum sit
clysterex forti-
bus medicinis,
magnitudine
forte perue-
nit ad stoma-
chum & ascen-
dit in linguam.

Sunt & alij qui mel eosque incrassant, donec resinæ consistentiam referat: quod elychmo si-
ue filo intorto circumjiciunt, hoc anno indunt, clysterisq; loco vtuntur nec infeliciter: soluit enim
placidè. Accedunt alij qui filum in mel immergunt, illudque postea nitro inuoluunt, hoc quo
magis demergitur, eo fortius soluit. Idem efficit lac mororum sumptum, lanæque immisum, sic
que clysteris in modum alio inditum; debitè enim eam prouocat. Item & raphanus idem præ-
stat, hoc modo paratus: Accipe raphanum; eum cortice priua, hunc filo intorto similem effor-
mans indas ano: soluet ex animi sententia.

Cepa quoque in eundem hunc usum trahi potest: idque hoc modo: Sumas cepam, probè cō-
minuas, hinc exprimoto, expressum lanteo molli spongiave excipiatur, eoque æger clysteris vice
vtatur; laxabit certò aluum.

Eodem modo & Allium sumitur, hocque ritè contusum exprimitur, in expressionem spon-
gia immersatur (aut simile quid) qua æger clysteris loco ad laxandam aluum utatur. Portum
quoque mundatum contundito, ex eoque quid ellychnio simile conficito, quod æger sibi sub-
dat, ut uentrem soluat. Stercus muris idem præstabit. Hæcque simplicia medicamenta acrimo-
nia sua & mordicatio ne aluum proritant. Observandum autem ut cùm acria admodum fuerint,
ut lac mororum, affa foetida & similia, ut inquam tunc lac ijs adiucere noris, ut frenetur eorum a-
crimonia, neue dum injiciuntur, anum exulcerent: pars enim exquisiti est sensus. hinc nonnun-
quam accidit ut ab acri aliquo uellicata, apostema postulasue incurrat. quod interdum fit, ubi
lagiter bilem flauam natura sua acrem & mordicantem excernit homo: & sanè quod res natu-
rales, idem & externas & alienas efficere quis dubitet? Hoc autem quoties euenit, multo penus
quæm in principio oritur malum; ut pote maior podicis ratione; constrictio, nam idem hic quod
in pulmonis & cordis uitij sentiendum. ueluti enim cor participat continuò pulmonis mala; sic
& uenter doloris natum particeps sit: ambo enim eiusdem naturæ membrana donata sunt.
Hæc ideo recensio, ut innotescat mirus ille consensus doloris coli cum uentriculo, utpote hoc
intestinum illi arte iungitur. Colica uero quandoque ex pituita frigida & uitrea ortum trahit,
eaque nonnunquam sua sponte euanscrit, quando nempe excernitur à natura magna eiusmodi
pituitæ frigidæ, quam sentit æger copia; tunc enim paulatim subsistet dolor.

b Colicæ non parum etiam conduit Asphaltum, si nempe uentriculo robusto: fuerit æger: si
debili, abstineatur ab eius usu. Idem de reliquis omnibus medicamentis dictum sit, ut nempe quo-
ties ventriculus robustus, medicamentis utaris ualidioribus: si contrà debilis existat, molliora
in usum trahantur, ne uentriculi imbecillitas augeatur magis, sicque ex uno morbo in aliū conij-
ciatur æger. Formula autem clysteris ex asphalte talis sit: Recip. Asphalti particul. duas, ol. oli-
uarum

DE COLICO DOLORE.

126

A uatum partic.vnam , misce, eisque vtere. Quod si colicæ coniunctum fuerit intestinorum apostema, sume ol.labdani partes duas; ol.oliuarum, adipis anserini ana script.vnum, resolute adipem in oleosam substantiam, & postea superinfunde ei oleum labdani, & vtere. non tamen in omnibus colicæ speciebus hic clyster conducet: oritur enim interdum colicus dolor ex alteratione & debilitate ventriculi, quæ dysenteriam non raro producit. Interdum à corruptione humorum in ventriculo, qui in intestina reiecti acrimonia sua deiectionem irritant. vti si bilis flaua largè in ventriculum & intestina effundatur. Interdum mæror aut perturbatio colicæ ansam præbet; quoties nempe præ inopinato terrore magna fit virium dissipatio: quæ res apostema intestinorum producere posset. Nonnunquam ex intestinis, corpuscula membranis non dissimilia defluere cernimus, quæ sanè videntur esse interiores intestinorum membranulae præ bile flaua largiter in intestina defluente, quæ acrimonia sua abradit. quòd si apparentibus hisce membranosis corpusculis, intestina distendantur, in eaque tunc temporis b.lis flaua impetum faciat, punget & mordicabit intestina, gignetque in eis vlcus, vnde dysenteria. Fortè & ex atra bile hic affectus originem traxerit: cuius rei Hippocrates in Aphorism.libris meminit, inquiens, *Dysenteriam ex atra bile ortam, funestam iis esse quos inuadit; idque ideo quod ater ille humor peruadens intestina, grauitate & aciditate sua abradit eorum substantiam; vnde mors subsequitur.*

Totius quoque corporis imbecillitas colicum causare dolorem potest: idque tū præcipue cùm hepar affectu, plurima loturæ carniū haud dissimilia expellit. Sunt qui existiment medici hæmorrhoides malum hoc gignere posse, vt & vlcus. Opus itaque est, vt diligenter omnes iā recensitas perlustres causas, hinc curationem instituas. hac enim ex parte cognita, perpēsisq; & examinatis cunctis symptomatibus, exactè perspecta tibi euadet colicæ causa: quia perspecta, de remedio illi malo cōuenienti adhibendo certus iam esse poteris. Causæ cognitionē si neglexeris, delinquas erresque in curatione necesse est, augeasque malū. Præ medicorū enim imperitia non raro innumeri exsurgunt morbi. Distinguas itaque inter hanc illamque causam, conferendo quæ incident iis, quæ à me iam relata sunt: examina humorum qui euacuātur qualitatem, quo colore prædicti sint, quem fundant fœtorem. Signa, ex iecoris, imbecillitate malum originem trahere, si corpus extenuatum sit, dolorque ingens: hæc inquam indicant vehementem impendere alui fluxum.

C Si hæmorrhoides in causa sint sistantur, nec amplius sanguis ex iis profluet. Verū vehementior dolor, causam eius docebit: nec fortè vna cum excrementis sanguis profluet, sed aut præcedet eius eruptio aut subsequetur. huic itaque diligenter attende, videbisque sanguinem admodum atrum prodire. Contingit dysenteria ex alteratione ventriculi, humorumque in eo contentorum corruptione, præcipue verò bilis atrox: nam atra bilis grauitate sua; flaua copia, malum hoc pariunt. facultate itaque existente debili, medicamenta superius enarrata vsui tibi fuerint, eorumque mitiora, non vehementia; cauendo ne quantitatem multum augeas. Sumas itaque medicamenta calida in superficie corporis, vt aperias meatus, & vt partem materiæ foras trahas; præscribasque alimenta styptica; ea enim repriment fluxum nimium. Quòd si minor sit solutio, clyster vteris, composito ex decoctis cedri & acaciæ; si hoc modo paratur: Recip. decocti cedri partes v. acaciae partes ij, probè contundatur acacia, & in decoctum cedri infundatur: imponanturque igni, lento igne coquendo, donec paulatim formam (*id est crassitudinem*) mellis ac quirat; vilcidum ita redditum, sic tibi commodus eius vltus.

D Paratus & decoctum cedri alio modo, vt Recipias decocti cedri partes iiiij. decocti ros. partes jj. hinc acaciæ contusam eis misceas: omniaq;ne simul igni imposita tamdiu coquito, donec consistentiam mellis adipiscantur. hinc eo vt. ris, cùm non vehementis, sed remissior fuerit morbus. Quod si causa uehemens largaque alui deiection, facito ex antedicto præscripto. Quoties itidem medicamento aliquo acri vti voles in colico dolore, vti cępe, porro, stercore muris, aut similibus, circumlinas anum prius oleo rosarum aut oliuę omphacinæ, ne natibus noxam aliquam inferas; quod certè nimungas, tibi euenerit, dum pustularum fiet prouentus.


F I N I S.


Registrum.


Aꝝ Bꝝ Cꝝ Dꝝ Eꝝ Fꝝ Gꝝ Hꝝ Iꝝ Kꝝ Lꝝ Mꝝ Nꝝ Oꝝ Pꝝ Qꝝ.


Omnes sunt quaterniones, præter Qꝝ, qui est ternio.

Venetijs, Apud Iuntas.









4
203

9.136

